









JOANNIS BUXTORFII P.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

DENUO EDIDIT ET ANNOTATIS AUXIT

BERNARDUS FISCHERUS
DR. PHILOSOPHIAE ET THEOLOGUS HEBRAEUS.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI,
ASHER & Co.
13. Bedford Str. W.C.

LIPSIAE,
IMPENSIS MAURITII SCHAEFER.

PHILADELPHIAE,
F. SCHAEFER & KORADI.
S. W. cor. 4 th. & Wood Str.

MDCCCLXXV.



JOANNIS BUXTORFII P.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM

IN QUO

OMNES VOCES CHALDAICAE TALMUDICAE ET RABBINICAE,

QUOTQUOT IN UNIVERSIS VET. TEST. PARAPHRASIBUS CHALDAICIS, IN UTROQUE TALMUDE, BABYLONICO ET HIEROSOLYMITANO, IN VULGARIBUS ET SECRETIORIBUS HEBRAEORUM SCRIPTORIBUS COMMENTATORIBUS PHILOSOPHIS THEOLOGIS CABBALISTIS ET JURECONSULTIS EXTANT, FIDELITER EXPLICANTUR,

ET COPIA AC DELECTU EXEMPLORUM TARGUMICORUM TALMUDICORUM ET RABBINICORUM ELEGANTER DECLARANTUR;

PASSIM ETIAM SUIS LOCIS HEBRAEORUM ET CHALDAEORUM PROVERBIA, APOPHTHEGMATA SENTENTIAE RITUS ALIAQUE AD SACRAM HANC PHILOLOGIAM PERTINENTIA EX PROPRIIS IPSORUM LIBRIS PRODUCUNTUR ET EXPLANANTUR;

QUAM PLURIMA DENIQUE VET. ET NOV. TEST. LOCA EX ANTIQUITATE ET HISTORIA HEBRAICA NOVE EXPONUNTUR ET ILLUSTRANTUR,

UT NON SOLUM VULGARIS LEXICI, SED AMPLISSIMI ET INSTRUCTISSIMI THESAURI PHILOLOGICI LOCO ESSE POSSIT;

OPUS XXX. ANNORUM,

NUNC DEMUM POST PATRIS OBITUM EX IPSIUS AUTOGRAPHO FIDELITER DESCRIPTUM IN ORDINEM AEQUABILEM DIGESTUM, ET MULTIS PROPRIIS OBSERVATIONIBUS PASSIM LOCUPLETATUM REIPUBLICAEQUE CHRISTIANAE BONO IN LUCEM EDITUM

A

JOANNE BUXTORFIO FILIO

LING. HEBR. IN ACAD. BAS. PROF. ORD.

DENUO EDIDIT ET ANNOTATIS AUXIT

BERNARDUS FISCHERUS

DR. PHILOSOPHIAE ET THEOLOGUS HEBRAEUS.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE.

IMPENSIS MAURITII SCHAEFERI.

MDCCCLXXV.

JOS. SCALIGER.

Si quem dura manet sententia judicis olim,
Damnatum aerumnis suppliciisque caput:
Hunc neque fabrili lassent ergastula massa,
Nec rigidas vexent fossa metalla manus:
Lexica contexat: nam caetera quid moror? Omnes
Poenarum facies hic labor unus habet.

TYPIS C. W. VOLLRATHII, LIPSIENSIS.

JOANNIS BUXTORFII

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

EDIDIT

BERNARDUS FISCHERUS.

VIRO

DOCTRINAE COPIA AC MORUM HONESTATE PRAESIGNI

JACOBO MAUTNERO

BELFASTINO IRO

HOC OPUS

UT PIETATIS ET GRATI ANIMI

MONUMENTUM ESSET

DEDICAVIT

EDITOR.

JACOBO MAUTNERO

S. D.

BERNARDUS FISCHERUS.

Noli succensere, Vir amicissime, amico Te hac salutatione ab arvis Britaniae laetis artiumque insignibus florentibus vocanti ad ripas Euphratis lugubres ruinasque temporum praeteritorum. Nec vero refugies ab illis monumentis nostros animos mire permoventibus. Quid quod necessitudo quaedam est et similitudo hujus ruinis oppletae regionis orientalis et patriae Tuae Britaniae? Nam illic sunt incunabula, illic primordia earum artium, per quas excultus est animus humanus, et in quarum favore triumphat nunc vestra Britania. Contemplare igitur mecum aedificium illud vetustum „regali situ Pyramidum altius", quod tristium quidem fatorum nobis memoriam revocat, quod multae nunc obumbrant tenebrae, quod profanorum hominum oculi formidant atque fugiunt. At Tuae acies mentis, revulsis nebulis, perspicit illas tenebras probeque agnoscit splendorem antiquitatis per ipsas saeculorum sordes tamquam fulgor adamantis perlucentis. Pateris Tu detergere me situm monumenta illa obsidentem, gaudes ostendi Tibi imaginem restauratam ingeniorum redivivorum et quasi revocatorum ex sepulcris.

Quid quod Tu Ipse in urbe Tua patria Germanica sepulcris defunctorum honestum locum consecravisti Tuis sumptibus idque sepulcretum tanto apparatu dotasti et exornasti, ut haec, quae Tu ob hoc sepulcretum expendisti, divitem reddere possent hominem, qui erat egenus? Monumentum hac pietate Tibi illic erexisti, ubi regnat silentium, unde reformidant homines de plebe, cujus nomen ipsum audire mors est mortalibus voluptati et corpori deditis. At tale monumentum loquitur voce clariore quam tubae et buccinae illorum, qui vulgo placere cupiunt captantque auram popularem vagam et inconstantem. Illic, in illo agro, Tu sparsisti semina virtutum Tuarum: et quemadmodum animi ipsi occulto adscendunt ad immortalitatem, ita factorum Tuorum semina ap eandem immortalitatem efflorescunt, flores nulli perniciei obnoxii.

Tu pro Tuo amore litterarum accede nobiscum ad veterem illam fabricam litterarum sacrarum. Nec vero nunc quidem aegre feras, quod iterum — ut feci in monumento illo in Tuum honorem exstructo — appello Te virum generosum atque cordatum. Nam es mihi fautor generosus, fautor cordatus. Beneficiis autem Tuis cumulum hac re adde, ut pro beneficiis Tuis publice sinas me Tibi agere gratias.


Opus, quod Tibi offero, ejusmodi est, ut sumptu magno paretur a Schaefero bibliopola, sed a paucis tantummodo hominibus ematur. At tantum est studium litterarum in bibliopola honestissimo ut nihilo minus tradi prelis opus velit. Ego vero non potuissem huic operi absolvendo invigilare, nisi animus Tuus generosus ita meis rebus domesticis providisset, ut esset meus animus solutus a cura mordaci alendae familiae meae. Tu quum hac tua plane singulari liberalitate me juveris, gratiam inisti ab litteris, si ego ope Tua aliquid profeci, quod utile esset litteris.

O utinam essem pictor, qui arte Apellea describere possem animum Tuum ingenuum, pectus Tuum amabile, mores Tuos sinceros! Haec mea imago referret virtutis solidae speculum! Vocis una mihi data dos est. Hac utar ut agam Tibi gratias, ut publice illud profitear, quod ait Horatius

> *„Totum muneris hoc Tui est*
> *Quod spiro et — scribo.“*

Vale et me, ut amas, ama.

Scripsi Lipsiae a. d. XVIII. Cal. Oct. anni MDCCCLXVIII.



PRAEFATIO EDITORIS.

Libri, qui Talmudis nomine comprehenduntur, quomodo orti sint et quo tempore compositi, in ipso lexico p. 68. not. 169. exposuimus. Jam reliquum est, ut nonnulla dicamus de argumento Talmudis atque mentionem faciamus eorum virorum, qui imprimis de eo meriti sunt, quibusque solis fere omnem ejus debemus intelligentiam. Sed cum Talmud ipse maxima e parte in litteris sacris nitatur, consentaneum videtur esse demonstrare, quae ratio intercedat inter illum et libros sacros. Atque quod attinet ad hanc utrorumque librorum inter se rationem, confitendum primum est Talmude explicari et illustrari libros sacros illiusque auctores id maxime egisse, ut ipsorum disciplinam congruentem esse divinis litteris demonstrarent, praeterea autem, ut unius Dei cultum per illas traditum philosophorum disciplinis comprobarent ac communirent. Temporibus vero vitaeque generibus immutatis fieri non potuit, quin litteris sacris novae sensim sententiae subjicirentur, quae a nativa simplicique illarum natura atque indole abhorrerent. Ita factum est, ut singula verba integrarum sententiarum loco haberentur et unumquodque enuntiatum pro graviter acuteque dicto praedicaretur. Quid? quod etiam nova praecepta, quae reliquos fugissent, in libris illis divinis repperisse sibi visi sunt Talmudis auctores. Non est igitur, quod miremur non pauca hoc modo prolata esse veritati et simplicitati repugnantia. Sed utcumque hoc est, concedere sane debemus multo plura recte et subtiliter ab iis tractata esse, quae ad libros sacros melius intelligendos valeant satis multum. Quod quidem etiam nostrae aetatis viris doctis concedendum est, modo dignum sua opera laboreque censeant Talmudem cognoscere, antequam illum dent quasi mortis saltum, quo his libris prorsus neglectis vix e scholis academicis profecti accinguntur ad interpretandas litteras sacras, quas nisi vocalibus interjectis saepe ne legere quidem possunt. Namque ut omittam, quae ad Judaeorum leges et instituta pertinent, continentur Talmude permultae res ad historiam maxime et antiquitates eorum spectantes, quae ad litteras divinas ipsas recte intelligendas et interpretandas vel plurimum faciant. Etenim cave putes Talmudicos in illis explicandis non adhibuisse judicium, immo vero critica demum ratione subducta illorum librorum divinam originem agnoscebant. Quid? Talmudicorum de vita atque humanitate sententiae hauquaquam inferiores sunt quam eorum, qui nostra memoria litteras sacras ne dicam explicarunt, sed degustarunt. Nam cum hi plerumque suae quisque fidei soli aeternam felicitatem vindicent, Talmudici discrimine omni hominum sublato unumquemque illam assequi posse perhibent, dummodo sincere, caste, integre, denique pie vitam transierit, nec dicere dubitant librorum divinorum leges ac praecepta eo dumtaxat consilio data esse, ut ad veram illam humanitatem mortales perducantur. Quin etiam longius procedit Ben Asai, cum dicat litteras divinas nihil aliud velle nisi ut in hominibus naturae ipsorum conscientiam excitent eosque sic instituant, ut se ipsi agnoscant a Deo procreatos divinaeque naturae consimiles.

Sed ne quis credat hoc de ratione inter litteras sacras et Talmudem intercedente judicium ex opinione quadam praesumpta pravaque proficisci, haud ab re duxi hoc loco paulo copiosius persequi meam de litteris sacris sententiam maxima ex parte in Talmude nitentem, quo hujus ipsius natura atque indoles in clariore collocetur lumine, praesertim cum ita apparere confidam, quam vanae sint quaedam recentiorum criticorum his de rebus quaestiones.

Tantum abest, ut Moses universum mundum vix tria millia annorum exstitisse omnesque homines ab uno homine procreatos esse nobis persuadere voluerit, ut ne originem quidem et historiam omnium populorum esset compositurus. Hoc unum Genesis auctor sibi proposuerat, ut historiam antiquissimam earum terrarum adumbraret, quae circum Euphratem fluvium sitae sunt, idque sic, ut simul morum praecepta gravissima insereret, quibus potissimum sui populi indolem et vivendi rationem contra reliquos Asiae populos, maxime Indos, tueretur. Haud incredibile est in diversis Asiae regionibus aut iisdem aut diversis temporibus circum aequinoctialem circulum animalia atque homines procreatos esse, sed illi quidem homines, qui primi auctore Mose fuerunt, in India exstitisse videntur; namque

hortus ille Eden nomine, quem eorum domicilium fuisse narrat, in montanis Indiae regionibus[1]) fuisse putandus est, haud scio an in monte Mero, ex quo Ganges, Brahmaputra aliaque illius terrae flumina initium capiunt, quem etiamnunc Indi domicilium deorum sedemque animorum defunctorum esse arbitrantur. Illic maxime videntur homines memores fuisse se pari ortu esse atque pecora, scilicet e terra ipsa natos, quare factum est, ut in illis regionibus carnem animantium comedere adhuc verecundentur propterea quod vita privare ea, quae pari essent origine atque ipsi, nefas ducant. Hanc de pari hominum bestiarumque origine opinionem cum Moses, quod quidem ad corpus hominis attinet, omnino evellere non posset, in suam ipse disciplinam recepit, sic tamen, ut adjiceret hominem ab ipso primordio iccirco creatum esse, ut imperium teneret in in pisces maris, in aves coeli, denique in omnia pecora superiorque esset ceteris animalibus. Atque hac ipsa de causa etiamsi ex humo hominem a Deo confectum esse concedit, tamen non verbo hoc factum, ut in ceteris animalibus dicit, sed ipsius Dei manu honem formatum animaque divina inspirata animatum tradit. Ac praeterea sexto, i, e. ultimo die eum creatum esse docet, ut tamquam culmen et summum gradum rerum omnium comprobet. Nec vero dubitat hominem aeque ac bestias vocare נפש חיה, i. e. animal spiritu animatum (voce enim נפש, quae inter animi nomina infimum locum tenet, modo intelligenda est vita animalis, quae de antiquorum sententia sanguine constat). Animaduertas autem, quomodo Moses hac voce utatur, prout de homine aut de bestiis loquitur. Atque de bestiis quidem dicit תוצא הארץ נפש חיה, i. e. procreet terra naturam, quae per illam נפש, per vitam animalem videlicet חיה reddatur, i. e. sibi conscia, patibilis. Verum de homine: Deus, inquit, in ejus nasum spiritum inhalavit itaque factus est homo נפש חיה, i. e. posteaquam natura divina jam inerat in eo, factus est natura animalis, animali praedita sensu. Quorum verborum vis ac voluntas haec fere est: Bestiae vita animali ad conscientiam excitatae sunt nec aliud quidquam est illa vita nisi vox quaedam sensuum, quibus morte exstinctis ipsa quoque vita exstinguitur, ideoque mortales sunt bestiae. Contra homo ad vitam animalem excitatur per illam, quae jam in eo inest, vitam divinam (נשמת חיים), quae etiam privata sensibus post mortem exstare et permanere potest.[2]) Primum autem omnium Moses ait hominem bestias spectasse discrevisseque in species et genera. Quod dum facit, opus erat cogitatione rationeque adhibenda, qua ipsa ratione, cum in mulieris societatem venisset, cognovit se esse איש[3]), i. e. omnium rerum quasi naturam, οὐσίαν, quamobrem se ipse איש vocat feminamque ex ipso natam אישה.

[1]) Hoc, ut puto, arcanum est, quod aetatem suam celare equum censuit Aben Ezra, cujus verba ad illlud ויטע ד' אלהים גן בעדן מקדם וישם שם את האדם אשר יצר (Gen. 2, 8) haec sunt: וה"א יש לו סוד גם נמצא ושבט המנשה הארונה i. e. *et He* (demonstrativum ante nomen proprium) *obtinet arcanum. Etiam invenitur* שבט המנשה הארונה, h. e. He demonstr. ante nom. propr. stirpis est ad orientem habitantis (מקדם). Ex quibus perobscuris verbis Aben Ezrae facile videre potes, nomen Adami ab eo minime nom. propr. unius viri, sed totius stirpis haberi, quam sententiam indicare magis quam pronuntiare voluit, timens ne a sua aetate haereticus haberetur. Exstant etiam aliae explicationes hujus loci Aben Ezrae: ex iis vero, quod verba sua non ad versum praecedentem (ubi bis nomen אדם cum articulo demonstr. legitur) sed, ad versum sequentem refert, facile videndum, ab eo non solum articuli demonstr., sed potius vocis מקדם rationem haberi.

[2]) Tali modo Moses: *vos*, inquit, *filii estis domini Dei vestri* בנים אתם לה' אלהיכם (Deut. 14, 1.) i. e. vobis, veluti filiis indoles paterna, natura inest divina indeque immortalis; quare לא תתגדדו ולא תשימו קרחה בין עיניכם למת opus non est, *ut vos incidatis aut calvitum faciatis super mortuo.* Spes enim immortalitatis haud recentior est, quam quaepiam alia in corde humana agitata spes, et haec tam vetus, quam ipse homo; minimeque credi potest eam ab optatis humanis unquam alienam fuisse aut omnino Mosem latuisse. Vide etiam notam sequentem.

[3]) Hinc איש איש (non גבר גבר, אנוש אנוש etc.) οὐσία quaelibet, quidquid per se *exstans*, individuum quodvis, sive est animal (Joel. 2, 7.) sive angelus, qui, ut s. v. אופן arguimus, οὐσία naturae est; aeque ac אישי המין, quo philosophi uti solent pro *speciebus, inviduis* cujusdam generis, quae sc. *essentia* generis sunt. Item: איש חסד איש מדון, איש מלחמה וכו', inviduum, cujus essentia bellum, lis, pietas est i. e. bellator, contentiosus, pius etc.; cave autem dicas אדם מדון, אנוש חסד, גבר מלחמה. Cf. praeter haec illa, quae ad vocem אית, אנוש et הל scripsimus, ex quibus videre potes voci איש significationem inesse *exstandi per se* contrariam atque illam a recentioribus lexicographis huic voci subditae significationem. Etenim, si ita dicere licet, furore quodam arabico capti recentiores lexicocraphi ullam pertimescunt apponere significationem vocabulo cuipiam hebraicae, quam ad etymon quoddam arabicum referre non possunt. Itaque ad ar. verbum أنس *societatem inivit, familiariter vixit* respicientes recentiores lexicographi vocem איש (quae primum obtinet locum inter voces איש, אנוש, גבר, אדם) *hominem* denotare dicunt *societatem ineuntem, familiariter viventem*, ζῷον πολιτικόν. Nugae! Nam ut ipsum usum hebraicum negligamus, qui huic etymologiae magnopere obstat, illa ar. significatio verbi أنس valde est suspecta. Itaque negari nequit radici أنس cui in ar. lingua notio inest *familiariter vivendi, societatis ineundae*, eandem esse radicem atque אנש, quae in Hebr. Chald. et Syriaco *debilem, fragilem esse* (gr. νοσ-έω) *malis obnoxium* denotat, neque restat, nisi ut, utra significatio primitiva atque utra earum derivata sit, deliberemus. Fieri autem poterat, ut prisci propter *debilitatem fragileque corpus*, quo tutiores essent adversus impetus ferarum, se in urbes congregarent i. e. *societatem inirent familiariterque viverent*, quod nihil aliud est quam si significationem arabicam

Posteaquam ita quantum praestaret homo ceteris animalibus exposuit Moses, virtutes ejus exemplis ex vita ipsa repetitis comprobare vulgaremque illam Indicam de homine opinionem imagine quadam horribili impugnare studet. Jam terra ortum αὐτόχθονα Adamum — ita enim vocat illum primum hominem in India natum – duos habuisse filios scriptum videmus in Genesi, Cainum et Abelium, quorum uterque Deo esset sacrificaturus. Tum majorem natu, qui de opinionibus ipsi innatis victimam immolare nefas haberet, fruge Deum coluisse; contra minorem, qui ab illa opinione de animalibus non caedendis jam abalienatus esset, nefas non duxisse victimam immolare ad placandum Deum. Sacrificio autem non litante desperatione adductum Cainum erraticam vitam degisse (נָע וְנָד) adeoque a pristina animi sententia discessisse, ut etiam fratri manum inferret. Quo facto ad orientem versus eum profugisse, cujus incolae ab hoc potissimum originem ducant, cum incolae earum terrarum, quae ad occidentem vergant, a Setho, minimo Adami filio, i. e. a populis posthac in India habitantibus, procreati sint. Recte igitur ait Ben Asai ad Genesis c. V. v. 1., ubi sermo est de similitudine hominis cum Deo Sethusque solus Adami progenies commemoratur, hoc uno loco summam litterarum divinarum voluntatem et consilium contineri; namque illis id unum agi, ut hominis praeter cetera animalia praestantia ac dignitas probetur. Praeterea vero scriptor historiam terrarum circum Euphratem sitarum conscribere voluit, quarum incolae Sethi progenies esse dicuntur.[1])

Ut Genesi Indica vivendi cogitandique ratio, ita Exodo et Levitico Aegyptiaca, Numeris et Deuteronomio, cum Hebrae jam terram Canaan ingressuri fuerint, Canaitica impugnatur. — Jam cum Moses ejusque successores sibi proposuissent, ut Indorum, Aegyptiorum, Canaiticorum rationem ac religionem impugnarent, Prophetarum fuit oppugnare religionem finitimorum Phoenicum, denique Talmudici id egerunt, ut contra Bactrianos, quorum religionem et mores intra captivitatem Judaei cognoverant, ipsorum religionem ac doctrinam a majoribus traditam defenderent. Cumque praeterea Legi Prophetisque interpretandis operam darent, Talmud quidam quasi thesaurus est paene inexhaustus Hebraeorum linguae, cultus, antiquitatum. Sed ut populi Judaici tempestates causa fuerunt Talmudis conscribendi et colligendi, ita omnes illius vicissitudines fortunae ipse quoque subiit. Summum florem in ipsa patria terra, Babylonia, assecutus est aetate eorum rectorum, qui Gaonim vo-

---

societatem inivit notione ductam esse a propria significatione hebr. verbi אנש *debilem*, *fragilem esse* dicas; minimeque contendi queat vocem hebr. איש neglecta propria significatione a voce ar. originem trahere. Plura de ea re agemus in synonymia hebraica, quam Deo juvante brevi edituri sumus.

[1]) Copiosius de ea re s. v. נבט agemus. Hic interea notare licet: Maimonides in describendo libro *de agricultura* (עבודה הנבטית, עבודת האכרים, الفلاحة النبطية apud Arabes) multa refert de vi vitali, quam ethnicae gentes arboribus adscripserunt. Ita quidem in eo libro narrari tradit de arbore quadam, quae in India proveniat, cujus radicibus forma sit humana voxque humana, ramis vero tantam inesse vim vitalem, ut, in terram eos si quis jaciat, serpentes ex iis evadant atque reptilia. Itidem teste Maimonide in eo libro de arbore quadam narratur mirifica, quam Adamus primus (cui, ut dicunt, fuerunt parentes) e regione solari prope Indiam sita (מאקלים אלשמס הקרוב להודו) in Babyloniam migrans secum tulit. Pergit idem auctor scribere gentem religioni in illo libro traditae deditam maximam aliquando fuisse omnium his temporibus gentium. Hanc igitur theologiam ethnicam ab Indis maxime traditam atque cultam ut ex animis hominum suae aetatis evelleret, jam pridem unicum fuisse dicit Abrahami nixum, et post eum Mosis, qui omnes institutiones ad evellendas tantum doctrinas illas noxias constituerit. (Vide eum in libro More, pars III. c. 29. 30. et 37.) Haec Maimonides, cujus verba non solum sententiam nostram hic expositam confirmant, sed etiam scrupulum nobis eximunt, cur in S. s. mentio non fiat de animi immortalitate. Quin etiam omnia fere a Mose proposita virtutis pretia ad hujus tantum vitae beatitudinem spectant. Nimirum maxime necessaria ab antiquissimis hominibus illa tantum remedia quaesita sunt, quae ad confirmandam augendamque bonam conditionem terrenam, uti sunt ubertas frumenti, conferrent. Fuerunt vero illa in libro de agricultura hominibus commendata remedia nil nisi superstitio, stultitia et idololatria, in quarum locum Moses intelligentiam, claram humanam mentem atque cultum unius tantum Dei supposuit; quasi dicere vellet Israelitis: vos praesidia si quaeritis ad suppeditandas res nessarias, minime in illis vanis, sed in colenda veritate ea reperietis. Praeter haec apud Maimonidem inventa argumento mihi sunt, quae de Janne et Jambre (Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς II. ad Thimoth. 3, 8. et Plin 30, 1.) in Talmude, Midraschim et Jonathane (Menach. 85a, Zohar et Jon. ad Num. 22, 22. Midr. Tanchuma s. כי תשא, et multis aliis locis quos vide in lexico, s. v. יוחנא) leguntur. Quarum narrationum vim potestatemque si recte intelligere vis, nihil est nisi Jannem et Jambrem auctores cujusdam libri magici fuisse dicas, id quod jam pridem recte observaverunt Hilarius (Ambros. 2 Timoth. 3, 8.) et Origenes (Tract. 35 in Matth.). His adde illam apud Nabbataeos (qui cultui in libro de agricultura maxime sunt dediti) vigentem fabulam de ינבושאר praeceptore Adami primi (Cusari l. 1. p. 60.). Quibus omnibus comparatis non improbabile videtur nomen ינבושאר idem esse per metathesin ac ינברוס, ita ut idem magus, cujus disciplinae theologicae Judaei in Aegypto et deserto maxime indulgebant, idem sit atque ינבושאר, qui a Nabbataeis magister Adami habetur, i. e. auctor libri de agricultura, confirmarique possit sententia mea, secundum quam temporibus Mosis Indicam apud Hebraeos praevaluisse theologiam, quam eradicare unicum fuisse studium S. s.

cantur. Postea quoque, ubi in Africam, Hispaniam, Italiam Judaei transmigraverunt, Talmudica studia admodum viguerunt. Sed ex quo Aristotelis imprimis philosophia apud Arabes tractari coepta est atque grammaticae studia ad summum floris fastigium pervenerunt, magis magisque a Talmude tractando viri docti abhorruerunt. Nec minus Judaeorum doctorum in Italia viventium ingenia animique tenebantur nova illa et Platonica et Pythagorica philosophia, qua adducti Cabbalam composuerunt, qua illas philosophiae disciplinas partim, quoad quidem fieri posset, cum ipsorum doctrina ac religione consociarent, partim easdem refutarent; Talmud autem in utramque partem auxilio advocatus est. Verum tali modo multo plus detrimenti quam incrementi ortum est studiis Talmudicis, si quidem ad cujusvis generis somnia praestigiasque, quibus tum dediti erant Judaei, Talmudis quoque auctoritas adhibebatur. Maximum vero detrimentum cepit, ubi ex Hispania et Italia in Galliam, Germaniam ceterasque Europae partes translatus est. Atque hic quidem jam inde a saeculo duodecimo p. Chr. n. usque ad nostram aetatem propter Judaeorum illiberalitatem et inscientiam haec studia neglecta jacuerunt. Etenim alii somnia sua opinionumque commenta in illis libris reperire sibi videbantur, etiamsi a propria nativaque verborum vi ac potestate essent alienissima, eaque tantum ex iis arripuerunt, quae ad aeternam beatitatem adipiscendam opus esse censerent; alii ignoratione moti nihil nisi hujuscemodi somnia in Talmude inesse existimabant. Quae cum ita essent, in meridionali Gallia saeculo duodecimo homines quidam religionis et litterarum studiosi conspiraverunt, qui nomine בעלי תוספות, i. e. glossatores Talmudici appellati sunt, iidemque praeclare de Talmude meriti.[5]) Quoniam autem Judaei illis temporibus ab omni vitae societate exclusi essent vehementerque vexarentur, glossatores illi lingua, philosophia, antiquitatibus omnino neglectis et fere pro nihilo habitis eas potissimum Talmudis partes respiciebant, quibus Dei auxilium impetrare se posse confiderent, ad caerimonias nimirum ritumque spectantes. Ea horum studiorum condicio ad nostrum usque saeculum permansit, quo novum paradisum in terris adepti coelestem illum paradisum Judaei jam non desiderant nec est iccirco, quod libris sacris Talmudeve studiose tractandis meliorem a deo statum supplices efflagitent. Quae cum ita sint, hodie quidem haec studia plane neglecta jacent paucique Rabbini Talmudem etiamnunc intelligunt cognitumque habent, longe plurimi legere vix possunt. Quid? quod etiam probro habent ab alio edocti locum aliquem Talmudis in templis explicare, scilicet quod tale quid non usu venire vident in templis Christianorum. Ac pro dei fidem! vix me contineo, quin maximo opere conquerar de hodierno Judaeorum statu et conditione, quippe qui jam ad eam rerum divinarum contemptionem et negligentiam progressi sint vel potius degenerarint, ut ridiculum iis videatur, si quis Rabbinum quempiam ob librorum sacrorum Talmudisque intelligentiam commendare velit, nisi forte corpore est obeso, urbano habitu, voce sonora. Ex his nimirum rebus solis idoneus censetur ad munus administrandum, quo impetrato magis ejus interest, ut lamentabilibus orationibus lacrimas moveat mulieribus quam literis divinis Talmudeque recte et rite interpretandis probetur viris. Nihilo tamen secius ut omnibus temporibus sic hodie quoque non omnino desunt, qui nimio sui amore avaritiaque remotis quique abhorrentes ab ridicula illa alios imitandi cupiditate solius Dei veritatisque ducti amore Talmudi probe intelligendo ingenioseque interpretando operam suam studiumque navent, neque indignum esse videtur referre eorum nomina, praesertim cum hoc quoque nostrum sit, ut optimos horum studiorum fontes, e quibus etiam haec nostra maximam partem emanarunt, aperiamus.

Paulo post Talmudem confectum vocabula, quae in eo inveniuntur, litterarum ordine (ערוך) primus disposuit in ipsa urbe Babylone

Zemachus ben Paltai (צמח בן פלטאי) rector (גאון) scholae Pumbeditensis a. 872—891. Idem conatus est aliquando post

Rabbi Machirus (רבי מכיר), Mediomatricensis, frater Rabenu Gersonis (גרשון בן יהודה הזקן), cognomine מאור הגולה i. e. lumen exilii (mortuus dicitur a 1040) lexicon rabbinico-francogallicum conscribens. Qualia fuerint utriusque lexica, hodie judicare non possumus, cum perierint. Ceterum liber Zemachi, qui Aruch inscriptus fuit, nonnisi in Abrahami Zachi libro Jochsin (s. v. אבא בר חם et באדן) commemoratur. Alterius libri mentio fit a R. Salomone sub nomine אלפא ביתא דר' מכיר ad Gen. 43, 11. et in tractatu talmudico Cholin 206a. Verus igitur artis lexicographicae talmudicae parens jure haberi potest

Rabbi Natanus ben Jechiel (רבינו נתן בר רבינו יחיאל seu בעל ערוך κατ' ἐξοχήν, mort. a. 1105), qui composuit librum adhuc superstitem Aruch nomine. Natus ex familia nobili nomine עכו (nescio an appellata sit ex urbe עכו Phoeniciae?) institutione usus est illius Rabenu Gersonis, quem supra commemoravimus, tum archisynagogi munere Romae functus est. Ex ipso opere apparet, eum accuratissime instructum fuisse cognitione tum regionum orientalium tum illius aetatis morum rituumque, qua ex parte magni momenti est ad Talmudem intelligendum, neque interest, id quod ambigitur, utrum, ut Abrahamus Zachus (in libro Jochsim s. v. רבי ר׳מי׳ מנהרדעה.) ait, Babylonem sit profectus an ex interpretationibus illorum rectorum Babylonicorum, qui Geonim vocantur, an ex magistri institutione hauserit. Utcumque hoc est, non sine magno ipsorum detrimento ejus opus a lexicographis neglectum erit Sed cum tam multae ac tam diversae res comprehendendae essent, fieri non potuit, quin subinde non sa-

[5]) De colligendis describendisque Glossatoribus summum sibi comparavit meritum Vir doctissimus *Zunzius*, cujus opera vide.

tisfaciat Vir ille doctissimus nostrae exspectationi. Neque vero mirandum est inveniri in Talmude vocabula, quae in lexico Rabbi Natanis aut omnino non reperiuntur aut certe non satis accurate enucleata. Quo factum est, ut fere 50 annis post supplementum illius operis conficeretur ab

R. Samuelo Aben Gamia (ר' שמואל אבן גמיא, אגור nomine), cujus tamen mentio non fit nisi apud De Rossium (num. 140 et 180); haud scio an asservetur manuscriptum in bibliotheca Parmensi. Aliud supplementum, quod, ut suspicari licet, circiter Damascum urbem etiamnunc exstat, confecit

Abrahamus Zachus auctor libri Juchsim (c. a. 1500). Laudat hoc opus manuscriptum R. Samuelus Schulam in praefatione editioni libri Juchsim, quae Constantinopoli a. 1542 in lucem prodita est, praefixa. Praeterea nominibus memoranda sunt opera

Eliae Levitae (אליהו לעוויטא s. אשכנזי i. e. Germanus. Mort. a. 1509), qui nomine Meturgeman (מתורגמן) et Tischbi (תשבי) duo conscripsit lexica chaldaico-talmudica. Utrumque vero opus minime comparari potest cum opere R. Natanis. Quamquam non de arte lexicographica ipsa, attamen de explicandis enucleandisque vocabulis talmudicis ac rabbinicis optime meritus est Vir illustris

R. Salomo Isakius seu **ben Isak** (רבי שלמה ירחי compos. רש"י) Trecis (mort. anno 1105 peracto aetatis a. 65). Inter plurimos, quos conscripserat, libros excellit commentarius (קונטרס) in Talmudem, in quo nullum fere desideratur vocabulum in Talmude Babylonico obvium. Quare insigniter ejus ratio habetur a Buxtorfio ceterisque lexicographis. Eo tamen vitio opera ejus laborant, quod in interpretando lingua utitur francogallica hebraicis literis descripta, qua quidem re admodum frequentes admissi sunt errores. Non minus de arte lexicographica talmudico-rabbinica quam de arte medica, logica, ethica, metaphysica meritus est

Moses Maimonides seu **Moses ben Maimon** (רבי משה בן מיימון comp. רמב"ם) natus Cordobae a. d III. Cal. April. a. 1204. Ab aequalibus ob ingenii magnitudinem alter Moses appellatus est. Hujus Jad hachasaka i. e. *manus fortis* s. Mischna Thora i. e. *explicatio legis* maximi aestimanda est non solum iccirco, quod tamquam compendium est Talmudis ipsius, verum etiam propter vocum sagacem accuratamque interpretationem et explicationem. Etiam magis arti lexicographicae profuit nominibus plantarum in Talmude et Mischna obviarum diligenter enarratis ejusdemque commentario in Mischnam haud dubie optimo duce utentur, qui amplum illum litterarum talmudicarum campum sunt perlustraturi. Sed ut ille R. Salomo francogallica, ita Maimonides arabica lingua usus est ad interpretanda Talmudis vocabula idque sic, ut etiam harum rerum peritissimis difficile sit eruere nomina herbarum, quae praeterea vix in paucis lexicis arabicis inveniuntur. Quo factum est, ut paulo post

R. Tanchumus bar R. Joseph Hierosolymitanus (רבי תנחום ירושלמי) opera immortalis Maimonidis interpretatione adornaret, cui nomen est אלמרשד אלכאפי i. e. *dux sufficiens*. Hujus operi item arabice confecti quattuor exempla asservantur in bibliotheca Oxoniensi. Munkius (in praefatione interpretationis francogallicae ejusdem scriptionis, Parisiis 1843 editae) esse opus ait praestantissimum, quod ut edatur, vehementer sit optandum. Hi, quos supra commemoravimus, viri artem lexicographicam talmudicam ad quendam perfectionis gradum perduxerunt, quatenus voces talmudicae rabbinicaeque ad prosapiam linguarum semiticam pertinent; non aeque valuerunt in enucleandis vocibus graecis latinisque et in moribus, sententiis, doctrinis ex occidentalium populorum ingenio explicandis. R. quidem Natanus multarum videtur instructus fuisse linguarum scientia praeditusque earum sensu quodam, quem dicunt, nativo, ut plerumque suum cuique voci locum tribueret, prout ad semiticam aut indogermanicam linguarum prosapiam pertineret; ille tamen naturalis quidam sensus dumtaxat eo usque valuit, quatenus vox quaepiam non majorem aliquam mutationem subierat. Multo minus praestitit in iis vocabulis eruendis, quae ex graeca latinave lingua repetita ita mutilata sunt, ut nisi mutationis legibus perspectis agnosci nequeant. Ceterum antiquarum litterarum studia illis temporibus vixdum colebantur nec nisi intra monasteriorum claustra, ut Judaeis praesertim perdifficile esset aliquid ex iis sibi arripere. Temporum demum decursu contigit, ut saeculo XVI. existeret summus ille Buxtorfius, qui omnibus, quae arti lexicographicae talmudicae obstabant, impedimentis feliciter superatis ad summum illam perfectionis fastigium perduxit. Quemadmodum autem in rebus naturalibus aeque atque in historia magna portenta antegredi solent exiguae quaedam res et quasi antecessores, sic in hoc quoque litterarum genere Buxtorfii ingenio viam complanaverunt viri nonnulli haud contemnendi. Quorum primum locum tenet

Reuchlinus (1455—1521) restaurator ille praeclarissimus apud Germanos litterarum et graecarum et hebraicarum. Multum quoque valuit ad propaganda haec studia ars typographica paulo ante inventa, qua multi libri hebraici in bibliothecis Italicis a Mediceis una cum graecis latinisque collecti celeriter multiplicati sunt et a saeculo illo discendi studiodissimo quasi uno haustu devorati. Imprimis ad scholas ab Elia Levita, quem supra commemoravimus, Romae, Venetiis, Paduae habitas multi undique confluxerunt adolescentes Christiani, ut novum litterarum genus degustarent, iidemque posthac magni fuerunt momenti ad universalem eruditionem proferendam. In quibus est

Sebastianus Munsterus (1489—1552). Is non modo Reuchlini lexicon hebraicum emendatius edidit, sed etiam ipse novum lexicon hebraico-talmudicum atque insuper lexicon trilingue condidit, quorum uterque liber cum laude nominandus est. Ex his temporibus, de litteris hebraicis propagandis bene meriti sunt: *Capito* (mort. 1541), *Pellicanus* (mort. 1556), *Pagninus* (mort. 1541) denique *Vitablius* (mort. 1547), qui e com-

mentariis R. Salomonis multum fructus percepit. Nec omittendi sunt hoc loco *Lutherus* ipse *Melanchthonque*, qui, cum in verbis litterarum sacrarum ipsis quam accuratissime intelligendis insignem operam industriamque collorarent, ad vulgandum studium linguae hebraicae vel plurimum valuerunt. Totum se litteris talmudicis tradidit

Guido Faber Boderianus (Fevre de la Boderie, natus Bodoriae Normanniae a. 1541) a conciliis intimis ducis Alenconensis. Cujus lexicon syro-chaldaicum Buxtorfius quoque diligenter adhibuit et, quamvis multa in eo vituperanda inveniret, tamen de laudibus ejus nihil detraxit. Longius etiam progressi sunt

Valent. Schindlerus, Guil. Alabastrus et **Jo. Ernestus Gerhardus**, qui, cum ad universum talmudicorum et rabbinicorum thesaurum eruendum etiam finitimarum linguarum cognitionem necessariam esse intellexissent, in *lexicis pentaglottis* jam comparativa linguarum tractandarum ratione usi sunt. In ipsis rabbinicis litteris subtilius cognoscendis operam posuere

Postellus (mort. 1581), cum Cabbalam potissimum tractaret, et

Drusius, cum Rabbinorum scripta ad morum disciplinam spectantia colligeret. Ad hoc scripsit nonnulla de Talmudicorum arte arithmetica et calendaria. Porro cum laude ex illo saeculo nominandi sunt:

Christmannus (mort. 1613), qui recensionem fecit librorum talmudicorum, **Conradus Gesnerus** (mort. 1565), **Genebrandus** archiepiscopus (1597), **Andreas Masius** (1573), qui libros bibliothecae Vaticanae manuscriptos magno cum fructu usi sunt. In Italia ad litteras talmudicas tractandas viri docti se contulerunt impulsu potissimum

Davidis ben Isak de Pomis medici Venetici (natus est Spoleti a. 1525). Is Italica lingua scripsit lexicon talmudicum *Zemach David* nomine, quo etiamsi non multum novi attulerit, ejus tamen in artem lexicographicam talmudicam merita non plane sunt praetermittenda. Item in Gallia ad propagandam illam haud parum contulit

Philippus Aquinas. Ejus liber מעריך מערכות a Wolfio (in Biblioth. jud. Pars II. p. 540) magnopere laudatur. Judicat vero Wolfius, ut suspicor, secundum titulum, qui multa pollicetur, summa vero libri paulum novi, quod non jam pridem in Arucho legatur, praebet. Verum horum omnium lumina suo lumine obscuravit Vir admirabili quadam scientia saeculorumque memoria dignus

Joannes Buxtorfius. Natus est Comeni in oppidulo Guestphaliae a. d. VIII. Cal. Jan. a. 1564. Cum theologiae studio se dedicasset, prae ceteris adamare coepit litteras talmudicas, in quibus brevi tantos progressus fecit, ut aliquot opera rabbinica in latinum sermonem converteret et multis libris de Talmude litterisque rabbinicis compositis non solum Christianis, verum etiam Judaeis harum rerum peritis viam ad litteras talmudicas patefaceret. Quae in arte bibliographica praestitit, multum valuerunt ad tractandos scriptores etiamtum ignotos; quae ejus antecessores in grammaticorum praeceptis et antiquitatibus investigandis invenerant, unus, quo erat ingenio, non modo complexus est, verum etiam ad eum perfectionis gradum adduxit, ut etiamnunc ejus opera fundamenti instar habendi sint iis, qui aditum sibi ad interiores harum litterarum recessus aperiri volunt. Opus ejus praestantissimum, quod nunc auctius et emendatius Viris doctis proponimus, sit licet retractatus Aruch, tamen in rebus maxime grammaticis vocibusque ex lingua graeca latinave repetitis tantum novi praebet, ut pro novo opere existimari debeat. Quod si solum esset a Buxtorfio profectum, satis esset ad nomen auctoris posterorum memoriae prodendum. Quamquam Buxtorfius non protulit leges, secundum quas vocabula graeca et latina in hebraica lingua immutata sunt, tamen exemplis ab illo multis allatis non admodum difficile fuit eas investigare. His legibus nixus

Benjaminus Mussafia seu **Mussafia ben Immanuel** (philosophiae et medicinae doctor, mort. 1675) *addita-menta* scripsit *ad librum Aruch* (מוסף הערוך), quibus imprimis vocabula graeca et latina in illo omissa explicanda et illustranda sibi proposuit. Idem consilium secutus est

Menachemus de Lonsano (מנחם די לאנזאנו) supplementis ad librum Aruch nomine ספר המעריך editis. At hic iis, quae in praefatione promisit, non stat, cum multo plura ex lingua turcica quam ex graeca latinaque interpretetur. Ad hoc tam pauca ab eo vocabula explicata sunt, ut non cum Mussafia, nedum cum auctore libri Aruch aut Buxtorfio comparare eum liceat. Multo magis operae pretium fecit

Davides de Lara ben Isac Cohen Amstelodamensis (mort. Hamburgi anno 1674). Scripsit enim vocabularium rabbinico-graecum nomine עיר דוד i. e. *urbs Davidis*, quo in libro licet aeque atque in Mussafiae מוסף הערוך multa ex Buxtorfio deprompta deprehendantur, tamen non pauca invenimus nova ac bene animadversa. Sed neque operis ambitu neque iis, quae pro sua litterarum antiquarum scientia in vocabulis graecis latinisque illustrandis praestare poterat, nostris expectationibus respondet Davides de Lara. Quibus magis videtur responsurus fuisse libro כתר כהונה i. e. *corona sacerdotis*, „opere quadraginta annorum", ut in fronte voluminis inscriptum videmus, sed inchoatum et imperfectum hoc opus reliquit, cum usque ad litteram Jod dumtaxat pertineat. Nomina sola satis erit nominasse

Christiani Stockii, cujus „*breve* Dictionarium chaldaeo-rabbinicum" ne iis quidem, quae in fronte libri inscripta videmus, respondet et

Joannis Henr. Othonis, qui in „*lexico* suo *Rabbinico-Philolog.*" dogmatum, rituum et statutorum Hebraeorum magis rationem habet, quam artis lexicographicae ac philologiae. Multo plus praestitit ille multarum linguarum peritissimus

Edmundus Castellus. Qui etiamsi multa ex Buxtorfio et Mussafia hauserit atque librum Aruch θεόπνευστον (quo nomine ipse Kimchium et R. Natanem in

praefatione appellat) secutus sit, ratione tamen, qua ceteras linguas orientales ad vocabula talmudica illustranda adhibuit, optime de hisce studiis meritus est. Praeter hujus opus, quod nomine *Lexici Heptaglotti* ubique notum ac celebratum est, alia scripserunt *lexica heptaglotta* linguam rabbinico-talmudicam eruentia:

Vitalis et post eum **Jo. Henr. Hottingerus.** Ille vero paulum novi praebet, hic, etiamsi in enucleandis nonnullis vocabulis talmudicis prosperum fecerit progressum, tamen ob exiguum numerum vocabulorum ab ipso tractatorum ejus opus exigui pretii nobis est. Quamquam nullius fere momenti est, tamen omnino praeteriri non debet

Lorsbachius, qui in *archivo* suo *hebraico* tam pauca vocabula talmudica tractat, ut, nisi in annotatis nostris eum citavissemus, in numero lexicographorum talmudicorum numquam enumeravissimus. Tali modo compluribus ex illis temporibus occurrimus lexicographis, qui in eruendis vocabulis hebraicis passim vocabulum talmudicum eruunt, quorum vero profectus minores sunt, quam ut locum tenere possint inter lexicographos talmudicos. Etenim jam opere Clarissimi Castelli eo perfectionis pervenerat ars lexicographica ad Talmudem pertinens, ut supra addi nihil posse videretur. Quare factum est, ut posthac potius in convertendos Talmudis Mischnaeque tractatus integros incumberent viri docti. Quorum in numero habendi sunt: *Sennertus* (mort. 1666), *Cellarius* (mort. 1684), *Buxtorfius minor* (1664), *Coccejus* (1669), *L'Emperius* (1648), *Pococcius* (1691), *Lingfootius* (1675), *Carpzovius* (1699), *Buddeus* multique alii. Quamquam per se apparet his Talmudis, Mischnae et Cabbalae studiis multum utilitatis etiam ad ipsam linguarum scientiam artemque lexicographicam redundavisse. Quo in genere commemorandus est

Hadrianus Relandus (mort 1719), qui voces persicas in Talmude obvias eruendas sibi suscepit dolendumque est ei non contigisse, ut, quod ipse ait, „majus otium nactus plura Deo volente colligeret." Ejus vestigia magna cum laude secutus est

Sam. Bochartus, qui etiamsi ex parte dumtaxat in arte lexicographica talmudica elaboraverit, tanta tamen diligentia ac sagacitate in ea versatus est, ut hodieque de laudibus ejus detrahere nefas sit; licet enim contendant quidam „Bochartum nihil fere nisi etymologias compilasse" (Act. Erud. T. V. p. 449), non vereor dicere nomen ejus aetatem esse laturum.

Jam inde ab eo tempore Christiani paulum tantum studii in his artibus posuerunt (memoratu digni sunt: *Bashugsenus* propter *Clavem talmudicam*, *Vitringa* propter librum de *synagoga vetere*, *Millius* propter *catalecta rabbinica* ab ipso edita, pauci alii), Judaei omnino nihil. Nam nova illa aetas Hebraeorum, quae condita est superiore saeculo maxime per *Mosem Mendelsohnium*, tametsi ad populi ipsius conditionem et statum reformandum et corrigendum multum valuit, talmudicis tamen studiis non modo nihil incrementi attulit, verum etiam magnum illa ceperunt detrimentum, cum ex illo praecipue tempore repetendae sint causae potissimae, cur hodieque theologiae apud Judaeos studia neglecta prorsus jaceant atque inculta. Nimirum post illam aetatem Rabbini bene dicendo magis quam bene sentiendo cogitandoque excellere praeoptare et histrionum potius quam magistrorum partes agere coeperunt. Nostro domum saeculo renovare conatus est pristina studia talmudica

Mos. J. Landauus. Hic miro quodam usus est artificio in discernendis iis, quae falsa apud Buxtorfium inveniuntur, et quae recta, haec ut removéat ex libro suo מערכי לשון, illa ut in eum recipiat. De eo severum quidem, sed justum tulit judicium

Sal. Jeh. L. Rappoportus in libro Bickure haittim anni 1830. Verum is quoque ostendit, quanto sit facilius alios reprehendere, quam ipsum meliora proferre. Namque illa rudimenta lexicographica, quae fecit libro Erech Millin (ערך מלין) ab se edito prorsus nihili sunt aestimanda. Attamen dolendum est eum opus suum modo ad litteram Aleph usque perduxisse, cum multa in eo insint ad antiquitates et historiam Talmudicorum spectantia, quae haud parvi sunt pretii. Bonus liber est

J. B. Schoenbakii (Sobolskensis) *Aruch novus* (ערוך החדש) sive *Ha-maschbir*, ut eum alio nomine appellant. Huic idem contigit, quod multis hominibus modestioribus, ut despiceretur; ego ipse valde doleo, quod ejus opus ante absolutum hoc primum volumen mihi non copia facta est inspiciendi et cognoscendi. Prorsus alia indole est

Lewius: hic enim opus chald. Wörterbuch für die Targumim (cum appendice Fleischeri) conscripsit, in quo difficile est dignoscere, utrum arrogantia praestet an stupiditate. Nempe sagacitatem et acumen eo probare voluit, quod Buxtorfium recte judicantem vituperavit, ubi vero ipse novi quid ex Buxtorfio non desumtum attulit, turget ingenio levi, obtuso, inepto. Ita accidit, ut ejus lexicon nihil aliud sit nisi epitome ex Buxtorfii opere contorta vitiisque refertissima. Nostra denique memoria complures viri docti, sed vario illi quidem eventu arti lexicographicae talmudicae operam dederunt. Atque haud contemnendum opus est

Mich. Sachsii (Beiträge zur Sprach- und Alterthumsforschung) qui linguam graecam cum talmudica non inepte comparavit, itemque

A. Jellinekii, qui in libello שפת חכמים licet conjecturas multas fecerit vehementer addubitandas, tamen ad agnoscendas voces arabicas atque persicas bona subsidia attulit. Longe diversum est genus quoddam hominum non doctorum illorum, sed fucatae cujusdam doctrinae specie se jactantium, ad quos cum nonnulli alii pertinent tum *Lagardus*, qui eo ineptiae progressus est, ut hoc illudve vocabulum ex lexico repetitum contexta, in qua legitur, oratione aut omnino non inspecta, aut, quod verisimilius est, non intellecta cum hoc illove vocabulo alius linguae non plane dissono conferret atque cognatum esse utrumque cum altero contenderet. Hac scilicet ingeniosa linguarum comparandarum ratione

evenit, ut ex praesepi faceret stabuli magistrum (cf. ann. nostram 262 p. 112), vel ut mendum quodpiam typographicum copiam ei praeberet veriloquii eruendi speciosi certe illius, sed ridiculi (cf. notam 187m. p. 82). Quo magis laetamur inter multos lexicographos hujus saeculi paucos quidem inveniri, qui istorum hominum praestigiis revelatis vero lumine viam collustrarent. Inter eos principem haud dubie locum obtinet

Julius Fuerstius. Natus a. 1805 in oppidulo Posnaniae, cui nomen est Zerkowo, posteaquam a prima juventute multum operae in hisce studiis collocavit, gymnasio quodam Berolinensi transcurso Herbartioque philosopho audito Halam se contulit, ut Gesenio potissimum duce totum se antiquitatis et linguarum orientalium studiis dedicaret. Cum ad munus Rabbini fungendum destinatus esset a parentibus, posthac in seminarium Posnaniae rabbinicum receptus illa tamen studia semper revocavit atque in dies magis amplexatus est. Anno 1835 rudimenta fecit grammatica dialectorum aramaicarum edita. Id opus secuti sunt libri admodum copiosi tot, quot in hoc quidem litterarum genere post Buxtorfium nemo ediderat iidemque non minus exquisita sinceraque doctrina praestabiles. Sed cum non in certam quandam sectarum illarum se insinuaret, qui, proh dolor! etiam nunc principatum tenent litterarum, diu gloriam meritam non adeptus est, dum operibus ejus in complures linguas conversis fieri non potuit, quin omnium quidem, penes quos est harum rerum judicium, ferret comprobationem. In operibus ejus nullum quidem totum ad artem lexicographicam talmudicam pertinet, verum continentur fere omnibus res permultae, quae lexicographum fugere minime debeant, maxime illae ad comparationem linguarum semiticarum et indogermanicarum spectantes. Nunc professoris in academia Lipsiensi munere fungitur ita, ut dubium sit, utrum doctrina magis an modestia sua illam exornet.

Habes nunc, Lector benevole, quae in hisce studiis adhuc praestiterunt viri docti. Num justum ubique et aequum de iis judicium tulerimus, Tuum erit videre. Hoc unum licet addere judicasse me „sine ira et studio, quorum causas procul habeo.“ Jam vero quispiam sibi persuaserit hanc artem ita esse tritam omnibusque numeris absolutam, ut melius proferri fere nihil possit. Hoc si quis animum induxerit, vehementer falletur. Est enim fons ille, ex quo emanarunt haec studia et ad quem recidunt, perennis, innumerabilesque sunt rami ex arbore librorum sacrorum erumpentes. Non est igitur, quod metuamus, ne oleum et operam perdiderimus; immo speramus nos quoque aliquid attulisse allaturosque esse ad haece studia in honorem Dei Optimi Maximi, cujus causa suscepta sunt, promovenda atque exornanda. Haud pauca a nobis peccata esse, non nescimus et ipsi, quibus tamen, quaesumus, veniam des, Lector candide, aequa eorum, quae ad memoriam summi Buxtorfii recolendam bene retractasse visi erimus, compensatione.

Minime credideris, me nunc primo volumine absoluto nescire, quantum peccaverim; immo multa, si etiamnunc possem, emendarem, quod, quantum fieri poterit, in fine totius operis partim peculiari mendorum recensione fiet, partim spicilegio adjecto.[6]) Nimirum cum ad opus Buxtorfii denuo edendum aggrederer, collaboratore usus sum, cujus erat plagulas typis exscriptas corrigere et annotationes latinas in justam formam redigere. Is vero brevi post promissis non satisfecit, sed ad me omnia relegavit. Quo labore suscepto accidit, ut vicesima plagula confecta officina ipsa, in qua typis opus describitur, incendio absumeretur atque una cum illa magna pars eorum, quae manuscripta illic asservabantur. Quo factum est, ut ea, quae per multos menses elaboraveram, totidem mensium lucubrationibus reficere cogerer. Praeterea multum temporis oculis laboravi, ut scribere omnino non possem, atque postea etiam quam convalui, tamen corrigere opus non sustinui, sed alii cuidam, qui officio suo parum diligenter functus esse videtur, corrigendum tradidi. Quibus rebus adductus opus porro edere desiissem, nisi viri docti iidemque amicissimi ad persequendum laborem me cohortati essent.[7])

Postremo nonnulla liceat addere de operis in tria volumina distributione. Confitendum nobis est salvis summi auctoris manibus Buxtorfium parum rationem habuisse Talmudis Hierosolymitani ejusdemque dialecti. Quibus vitiis ut remedium pararem, multa collegi, quae appendicis sive supplementi loco novae editioni adjecturus sum. Jam is appendix copiosior fiet, quam ut opere bipartito edendo alterum volumen non nimis accrescat. Quare praetuli edere tripartitum primumque volumen littera Thet conclusi. Vale!

Scripsi Lipsiae a. d. XIII. Cal. Jan. a. MDCCCLXVIII.

Bernardus Fischerus.

---

[6]) Interea supplere lubet: אסקנדרי (lex. p. 96) pers. سکندر, *ludi genus* fortasse idem, atque gr. κυνδαλισμός lusus, qui fit paxillis, ad quem R. Salom. his verbis respicere videtur תתיכות עץ קטנים שמשחקים בהם; דרדא *fundamentum* (Lex. p. 297). Rectius vocem per *damnum, detrimentum* explices, ut sit ar. ضرر, quae sententia esse videtur glossatoris talm. Bm. 2b. Chag. 21b; הבאי *hyperbole, superlatio sermonis* (Lex. p. 302). Est vocabulum mere gr. ἠβαιόν *tantillum, res nihili*, τὸ διὰ σμικρότητα βάσιν μὴ ἔχων, ut haec vox a gramm. gr. explicatur. זכה (pag. 329) ipsissima vox latina usus esse videtur — זוין (lex. p. 339 in notis) rectius vocem ad pers. vertas (زون) *pondus* item *maneta* et generaliter *pecunia*. — טיטראות (Lex. p. 447) gr. esse videtur ἡδητήριον, quod idem.

[7]) Absoluto fasciculo nono hanc mihi scripsit epistolam Vir Cl. Fuerstius:

„Magna cum voluptate lexicon Buxtorfii abs Te novis curis editum, quantum adhuc in lucem prodiit, pervolutavi, cum viderem Te non satis habuisse opus novis litteris describendum curare, sed emendati

iis, quae Buxtorfius pro suae aetatis scientia peccaverat, totum lexicon retractasse itaque propemodum novum opus protulisse. Vere dici potest magnos hoc opere, in arte lexicographica talmudica et rabbinica factos esse progressus. Praeter ceteros, qui his studiis operam dant, Tu videris is esse, qui hanc quoque litterarum orientalium partem, quae tam diu paene neglecta jacuit, ita promoveas, ut ad eum, quem par est, perfectionis gradum nostro demum saeculo adducatur. Quam ob rem vehementer opto, ut Tibi liceat etiam in posterum his litteris operam Tuam et laborem dedicare. In iis quae melius quam ceteri tractavisti, haecce potissimum putanda sunt: nota 18 pagina 21, 70 p. 27, 213 p. 93, 262´p. 112 et 81ª p. 333. Verum magis etiam arbitror Te meritum esse his de litteris iis locis, quibus Buxtorfius per librum Aruch in errorem inductum esse demonstrasti, propterera quod multis locis et illius auctor Rabbi Natanus et reliqui omnes lexicographi locum Talmudis ipsum non intellexerant, Nota 168 pagina 67, 187 p. 82, 285 p, 123, 77 p. 188, 78 p. 189, 119 p. 244, 2 p. 332, 9 p. 333 denique nota 10 p. 334.

Quibusdam vocibus annotationes addidisti, quae ad cultum et philosophiam Talmudicorum recte intelligendam permagni mihi videntur esse momenti, ut: nota 51 pag. 121, 246 p. 102, 297 p. 126, 67 p. 324, 28 p. 341.

Noli igitur concidere animo, sed quod coepisti, ad finem quaeso perducas. Licet enim hic labor Tuus in varias imperitorum atque invidorum reprehensiones incurrat, eruditorum quidem et harum rerum studiosorum hominum haud dubie feres approbationem." etc. etc.

Quanti sit litterarum momenti iterata atque renovata Buxtorfiani lexici editio, ex hisce fere verbis Viri doctissimi Delitzschii intelligere licet. Scribit enim:

„*Dignum profecto propter praestantiam atque raritatem erat ingens illud et singulare Joannis Buxtorfii Lexicon, quod rursus in usum eorum, qui litteris Judaicis operam navant, in lucem prodiret: qua de causa grate agnoscimus magnum* Bernardi Fischeri *meritum, qui perdifficile hoc et perdiuturnum negotium suscepit. Diu exspectandum erit, donec existat qui immensam judaicorum idiomatum materiam denuo pertractet. Interea magnopere laetamur Lexico illo targumico, quod* J. Levy, *Rabbinus Vratislaviensis, feliciter ad finem perduxit, atque etiam variae istae fructuosaeque annotationes, quibus* Fischerus *novam suam Buxtorfiani Lexici editionem locupletavit, judaicarum litterarum studiosis multum utilitatis afferent, quod quidem memet ipsum expertum esse libelli quem* „Handwerkerleben zur Zeit Jesu" *inscripsi, pagina tricesima septima testificatur. Quum vero dolendum sit, in Lexico Buxtorfiano paene omnes eas formulas, quae ad artem codicis talmudici dialecticam pertinent desiderari, certo speramus* Fischerum *hac potissimum in re suppleturum quae operi Buxtorfii desunt. At sunt et alia innumera quibus perfici queat. Itaque sincere optamus, ut erudito huic praeclari operis editori contingat, ut ad exitum prosperum perducat id quod superatis magnis difficultatibus tam confidenter aggressus est.*

Accipe nunc **Catalogum alphabeticum capitum omnium et singulorum,** quae in Talmude exstant, ex quo intelliges, quod singulorum initium (hoc enim Talmudici citare solent, omisso codice et numero capitis), cujus codicis et cujus numeri.

א		
אין עומדין	ברכות	פרק ה'
אלו דברים	שם	פ"ח
אלו דברי' שאין להם שעור	פאה	פ"א
אלו מפסיקין	שם	פ"ב
איזהו ערים	כלאים	פ"ז
אין אסור	שם	פ"ט
אין תורמין	תרומה	פ"ט
אין נתנין	שם	פ"יא
אוכלין עראי	חלה	פ"ג
אנדרוגינוס	בכורים	פ"ד
מועד		
אמר ר' עקיבה	שבת	פ"ט
אלו קשרין	שם	פ"טו
אור לארבעה עשר	פסחים	פ"א
אלו עוברין	שם	פ"ג
אלו דברים בפסח	שם	פ"ו
אמר להם הממונה	יומא	פ"ג
אין צדין	ביצה	פ"ב
ארבעה ראשי שנים	ראש השנה	פ"א
אם אינן מכירין	שם	פ"ב
אין דורשין	חגיגה	פ"ב
אלו הן הממונין	שקלים	פ"ה
נשים		
ארבעה אחין	יבמות	פ"ג
אלמנה לכהן גדול	שם	פ"ו
אלו נערות	כתובות	פ"ג
אף על פי שאמרו	שם	פ"ה
אלמנה נזונת	שם	פ"יא
ארבעה נדרים	נדרים	פ"ג
אין בין המודר	שם	פ"ד
אלו נדרים	שם	פ"י
ארוסה	סוטה	פ"ד
אלו נאמרין	שם	פ"ז
נזיקין		
ארבע אבות	בבא קמא	פ"א
אלו מציאות	בבא מציע'	פ"ב
איזהו נשך	שם	פ"ה
אחד דיני ממונות	סנהדרין	פ"ד
ארבע מיתות	שם	פ"ז
אלו הן הנשרפין	שם	פ"ט

	מועד	
שמנה שרצים	שבת	פ"יד
שואל אדם	שם	פ"כג
שלשה עשר שופרות	שקלים	פ"ו
שבעת ימים	יומא	פ"א
שני שעירים	שם	פ"ו
	נשים	
שני דייני גזירות	כתובות	פ"יג
שלשה מינים	נזיר	פ"ו
שני נזירים	שם	פ"ח
	נזיקין	
שור שנגח	בבא קמא	פ"ד
שנים אוחזין	בבא מציע'	פ"א
שור שנגח את הפרה	שם	פ"ה
שבועות שתים	שבועות	פ"א
שבועות שתים	שם	פ"ג
שבועות העדות	שם	פ"ד
שבועות הפקדון	שם	פ"ח
שבועות הדיינין	שם	פ"ו
שמאי אומר כל הנשים	עדיות	פ"א
	קדשים	
שלוח הקן	חולין	פ"יב
שתי מדות	מנחות	פ"י
שתי הלחם	שם	פ"א
שום היתומים	ערכין	פ"ו
שלשה ושש	כריתות	פ"א
	טהרות	
שיעור כלי חרס	כלים	פ"ג
שלשה תרוסין	שם	פ"כד
שלש על שלש	שם	פ"כח
שני טמאים במת	אהלות	פ"א
שבעת ימים קודם שריפת	פרה	פ"ג
שנים שהיו	שם	פ"ח
שלשם עשר דברים בנבילה	טהרות	פ"א
שש מעלות	מקואות	פ"א
שמאי אומר	נדה	פ"א
שק שהוא מלא	משקין	פ"ג
	ת	
תפלה השחר	ברכות	פ"ד
תמיד נשחט	פסחים	פ"ה
תנור תחלתו	כלים	פ"ה
תנור שהוא	אהלות	פ"ה
תינוקת	נדה	פ"י
תולין	שבת	פ"כ

Quingenta viginti quatuor haec capita (פרקים) comprehenduntur sexaginta tribus libris praeter quos quatuor adhuc sunt tractatus a posterioribus una cum Pirke Avot corpori talmudico adjecti. Sunt autem sequentes:

I. מסכת סופרים *tractatus Scribarum*. Agitur in eo de modo scribendi librum Legis in pergamento, et quali pergamento utendum: an maculam atramenti vel litteram aliquam eradere licitum sit: de vocibus diversae lectionis et scriptionis: quando et quot personis liber Legis in synagoga legendus: de utilitate et praestantia studii Legis et similia quaedam. Capita ejus XXI.

II. אבל רבתי *luctatus magnus* vel מסכת שמחות *tractatus laetitiarum* scil. prohibitarum. Ubi agitur de luctu, quibus cerimoniis mortui lugendi, quomodo lugentes consolandi, quomodo polluantur ob cadaver. Cap. ejus XIV.

III. כלה *sponsa;* de acquisitione sponsae, ornamentis ejus et concubitu, aliisque ad sponsam pertinentibus. Capite *uno* constat.

IV. מסכת דרך ארץ *tractatus viae terrae* i. e. *tract. de moribus*, quos vocant *viam terrae*. Distinguitur in tractatum majorem et minorem: ille continet capita *decem*, hic *sex*. Subjicitur ad finem caput peculiare, quod vocatur פרק שלום *caput de pace*.

Praeter usitatissimas in plerisque fere lexicis obvias (quarum explicatio exinde omittere licet), haec in nostra editione occurront abbreviaturae:

Ar., Aruch.
ar., arabice.
As., Avoda sara.
ap. Tos. apud Talmudicos.
ap. Ros., apud Rabbinos.
B. Ar., Baal Aruch.
Ber., Berachot.
Bez., Betza.
Bech., Bechorot.
Bic., Biccurim.
Bk, Baba kama.
Bm., Baba metzia.
Bb., Baba bathra.
Br., Bereschit rabba.
Chag., Chagiga.
Chal., Challa.
Chol., Cholin s. Chullin.
c. aff., cum affixo.
Cast., Castelli (lexicis heptaglorton, Londini 1669).
Dem., Demai.
Dr. vel Deb. rab., Debarim rabba.
Er., Echa rabba.
Erach., Erachin.
Erub., Erubin.
Edj., Edaejot.
Esth., Esther.
Fr., Freytagii (Lex. arab.).
Frs., Feurstii (Lex. chald.).
Gem., Gemara.
Git., Gittin.
gl., glossa.
gl. talm., glossa talmudica.
glt., glossator v. glossatores.
Gu., Guido.
Hor., Horajot.
Jalk., Jalkut.
Jed., Jedaim.
Jeb., Jebamot.
Jelam., Jelammedenu.
Jom., Joma.
Jon. Jonatan.
Ket., Ketubbot.
Kel., Kelim.
Kid, Kidduschin.
Kil., Kilaim.
Kin., Kinnin.
Krit, Kritot.
Koh., Kohelet.
Mas., Maaserot.
Meg., Megilla.
Men., Menachot.
Mac., Maccot.
Mid., Middot.
Mk., Moed katon.

Ms., Maaser scheni.
Mikv., Mikvaot.
Machs., Machschirin.
Midr., Midrasch.
Mr., Midrasch rabba.
MT., Mierasch Tillim.
ME., Midrasch Echa.
M. Esth., Midrasch Esther.
MK., Midrasch Kohelet.
Midr. Tanch., Midrasch Tanchuma.
Maim., Maimonides.
Munst., Munsterus.
M. d. L., Menachem di Lonsano.
Mus., Mussafia.
Nas., Nasir.
Ned., Nedarim.
Neg., Cegaim.
Nid., Nidda.

Oh., Oholot.
Okz., Oketzin.
Onk., Onkelos.
pp., proprie.
pec., peculiariter.
pers. persice.
Pes., Pessachim.
Rh., Rosch haschana.
R. Rabbini.
Sab., Schabbat.
Sanh., Sanhedrin.
Seb., Sebachim.
Schvi., Scheviit.
Schvu. Schevuot.
Schek. Schekalim.
Sav. Savim.
Sot. Sota.
Suc., Succa.

Sr., Schemot rabba.
syr., syriace.
T., Talmud.
TH., Talmud Hierosolymitanum.
Ti., Talmudici.
Tis., Talmudicis.
tr., tractatus.
tr. talm., tractatus talmudicus.
Tan., Taanit.
Tem., Temura.
Tah., Tahhrot.
Tj., Tibbul jom.
Tr., Truma.
Tg., Targum.
TgH., Targum Hierosolymitanum.
TJ., Targum Jonatis.
Wr., Wajikra rabba.
Willm., Willmetti (Lex arab.

*) Voces novae quae in hac editione accesserunt. IR., 1 Reg.; IIR., 2 Reg.; IS., 1 Sam.; IIS., 2 Sam.

Abbreviaturas in Talmude librisque rabbinicis obvias sub fine singularum litterarum in ipso lexico addidimus, et quae ad intelligendum utrumque Talmudem Babylonicum et Hierosolymitanum requiruntur auxilia sub calce libri Deo juvante addituri sumus.

מזמור שיר.

הבו כבוד בני אלים הבו לאדוני יושבי חלד: קדו לאלהים מאורי שחק והשתחוו ברעדה: נגהות חרם האירו תבל גלו נתיבות שדי הליכות אלי כיום האירו: הבו ליי חדרי תימן שחו השפילו אלוני קומה הבו ליי בהדרת קדש: עולמות אין מספר ברכו את־יי חוללו וחוגגו על חוג הרקיע וברכו את יי: יפיפי יצורים שאו זמרה ספרו עוז יחד אחים ירננו: חול הים לגבולות עולמים לעצור ימים לברית משבר ידי אלהים כוננו יחד יי שמו: חרס אל חרסה קרא רום שחקים הרחיב יריעה הליל בקר חוה דעת כוכבי נשפה הדו את יי ובאור פניו תנהרו: ספרו נפלאתיו שכני חמר בשרו טובו חבור יצורים הנה מלך הכבוד: אן אביט ויי לא ילין אשא עין ואיתו אפק שחקים עבים רכובו אחת שאול עורר שבטו נגדי: על חוג מזרות אשים קני לארץ ימגרני אשכון בין כוכבים בתהומות ירמני עולם ועד: אחור וקדם שדי נפלאות הליכותיו בקדש: הארץ הדומו הרקיע מקומו תהום מרומו סלה: בדי צבאות מרום אביטנו בתחתית שאול אשורנו שמה בין שיחים הנהו בכנפי רננים הנחו: אוחות אבי עד מסביב עיני תחוינה תוצר מיוצרו יחוה דעת במבנה תבל אראה מראהו מקול תחלות את קולך אשמעה יי: בכפל חסדים עטרת אדם הראית בנפלאות חלד בקרב כליותיו תוית דעת נגלית ברוח לתמימי דרך: הביטה שדי רננת שפתי בחון כליותי חדרי בטני בכל מאודי עדיך אתפלל אתה מחסי יי אלהי: דעת רצונך תטיב נגהה עשות חפצך שמחת לבב התודע אלהי אל־נפשי סוד דרכיך הבינני: נגלית זה רב לחוזי ישרון ברוחך הארת את עיניהם תעלמות חכמה מצאו חקרי בינה באו סלה: שישו יושבי ארץ עלזו בני דבר רצונו קדש גלה כרה אזנים לנו: חזות נורא שמעו עתידות ידעו שמחו באלהים כל נפלאותיו זמרו עליון בשמו רננו: אל מתי תמותה יביטו עפעפיו מגבהי שמיו ארצה תחת כל מפעלם ישגיח סלה: את שבועי פשע חקו הודיע פקודת חיים רוחם כי תשמור מעון יתקו נצח: הללוהו כל חי רחם כל מעשיו הללוהו באורים חיתור טרף יצורי בינה בבתי חמר הללו את יי סלה:

ILLURTRIBUS ET POTENTIBUS

GRONINGAE ET OMLANDIAE

ORDINIBUS,

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS, GRATIAM

ET PACEM A DEO OPT. MAX.

PRECATUR

JOHANNES BUXTORFIUS FIL.

Cum magna semper fuerit omnium eorum laus, Viri Illustres et Magnifici, qui humanioribus et politioribus literis ac linguis propagandis operam suam contulerunt; maxima certe jure meritoque debebatur iis, qui sacratioribus linguis, quibus verbum Dei est comprehensum, illustrandis, omnes suas curas et cogitationes impendunt. Quanto enim sanctissimum Dei verbum scriptis humanis praestat et praecellit, tanto praestantius quoque et nobilius est omne illud studium, quod circa ejus illustrationem versatur, quantumvis in speciem vile saepe et perexiguum. *Ego ut vero fatear,* inquit alicubi D. Bernhardus, *jam olim mihi persuasi, in sacri pretiosique eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam.* Nec otiosa proin vel supervacanea censenda est illorum opera, qui in minimarum etiam eloquii Divini particularum explicatione solidiore occupantur. Quales inter alios sunt illi, qui vel per Scholia et Commentarios, vel per Lexica et Grammaticos libellos literalem et genuinum Sacrae Scripturae sensum, ex linguarum ipsarum Originalium natura et fundamentis, solerter eruunt et scrutantur. Cum vero hanc ad rem, ex omnibus in hoc universo linguis, nullae majorem praestare possint usum, quam Hebraea et Chaldaea, optime certe omnes illi et suis et aliorum studiis consulere videntur, qui linguis his solidius, seu discendis seu docendis, omnes ingenii sui nervos intendunt. His duabus etenim linguis Sacrae Veteris Instrumenti Tabulae sunt consignatae, his duabus maxime linguis, quicquid uspiam est scriptorum vel librorum Judaicorum, est comprehensum, Et tamen nescio quo iniquo fato nunquam eam felicitatem aut dignitatem linguae istae hactenus assequi potuerunt, ut vel tam necessariae et utiles ac caeterae haberentur, vel pari studio excolerentur. Ad unum vel alterum melioris notae authorem Latinum vel Graecum enarrandum aut recensendum non piget multos, quantum est Latinorum et Graecorum authorum, evolvere, et quicquid ad ejus illustrationem momentum aliquod afferre potest, incomparabili studio et diligentia conquirere et colligere: quotusquisque autem est, qui ad Sacrorum librorum illustrationem idem sibi faciendum putet et priscos etiam Hebraeos consulendos ducat? Et cum foedus iste neglectus atque contemptus universum hoc studium hodie fere occupet et comitetur, tum vero vel maxime Talmudicorum et Rabbinicorum librorum lectionem adeo acriter invasit, ut perpauci reperiantur ex omni Hebraizantium Christianorum numero, qui eos audire et adire, vel velint vel valeant. Nolo nunc amplissimum illum campum ingredi, ut vel de contemptus hujus causis vel e contrario de Rabbinici studii usu et utilitate in genere prolixe disseram; unum tamen de Talmudico studio in hoc praelopuio non plane intactum a me relinqui, et

ad Patris mei τοῦ νῦν μακαρίτου, et ad meam quoque famam asserendam, pernecessarium esse duco. Nam cum tantum apud multos Talmudis Judaici vigeat odium, ut vel ad solam ejus mentionem perhorrescant, vel omnia promiscue, quae ex eo proferuntur, propter solum ejus nomen condemnent et contemnant, valde vereor, ne vel ipsum statim hujus libri frontispicium, dum LEXICON TALMUDICUM inscriptum vident, vel ejus argumentum, quod post Chaldaicas in Sacra Biblia Paraphrases, magna ex partem Talmudicarum vocum et rerum explicatione versatur, superstitiose eos offendat, Inutilem arbitrabuntur, imo Christiano homini vix dignam operam, Talmudis Judaici non duntaxat lectorem, sed et interpretem agere, atque ad ejus lectionem nostram juventutem tam operose invitare et adjuvare, quod illi potius modis omnibus supprimendum et exterminandum, atque adeo flammis devovendum, vel undis submergendum censent. In promptu hic sunt ipsis gravia praejudicia, quibus illud praegravant; quod nempe plurima contineat absurda, fatua, fabulosa, falsa; multa aperte impia et blasphema contra Jesum Christum et sanctissimam ejus matrem, contra Apostolos et Evangelistas; multa denique haeretica et Christianorum religioni e diametro contraria et repugnantia. Non est instituti mei, Talmudis Judaici patrocinium suscipere, vel per omnia illud excusare: sed hoc duntaxat asserere, non etiam ex omni parte esse damnandum et abjiciendum, multaque utilia ex eo quoque, ut et caeteris Hebraeorum scriptis, in Christianorum usum depromi posse. Et accusationes quidem prolatas quod attinet, nequaquam negamus, multa in eo contineri *absurda, fatua, et fabulosa,* quod ipsimet in hoc et aliis libris passim ostendimus; sed hoc interim etiam sciendum et dicendum, non omnia, quae imperitis talia videntur, esse talia. Prisca enim gens Judaica, pro more omnium Orientalium, arcana mysteria, per figuras et aenigmata, perjucundas et ingeniosas lepidas et graves enarrationes, sigmento et fabulis saepe similes explicabant, ut illis rudiores et simpliciorem plebeculam ad lectionem suaviter allicerent, et istis quasi illecebris artificiose caperent; ingeniosum autem lectorem ad scrutenda et explicanda profunda mysteria, sub specioso cortice latentia, pressius exercerent. Haec apud imperitos, tam Judaeos recentiores, quam Christianos, antiquorum theologizandi et philosophandi modum ignorantes in ludibria et blasphemias convertuntur, quae non intellecta sine judicio potius condemnantur, quam ut cum judicio legantur et considerentur. Quis ignorat Poetas gentiles, etiam gustum Christianismi habentes, Theologiam, Ethicam, Politicam, simili modo tradidisse, quorum tamen libri, ob eloquii venustatem, aliasque virtutes, a Christianis leguntur, imo tanquam pretiosa κειμήλια asservantur, et in Scholis publice praeleguntur? *Impia et blasphema* quod attinet contra Christum et sanctissimam ejus matrem; vel contra Evangelistas et Apostolos; unus est duntaxat liber Talmudicus, De Idololatria inscriptus, qui talia nonnulla continet, qui proinde totus ex editione Talmudis Basileensis, per ejus censores, Marcum Marinum, Italum Brixiensem, et Petrum Cevallerium, Professorem Hebraeae linguae Genevensem, viros quibus inter Christianos tum in his literis doctiores nulli exsiterunt, est exemtus. Deinde verum etiam est, in uno et altero adhuc loco Jesu Nazareni fieri mentionem; sed Judaei eum alium a nostro Christo ejusdem nominis esse volunt, qui centum et decem circiter annis, secundum illorum Chronologiam, ante ipsum vixerit, quod tamen nos contra ipsos ex aliis circumstantiis, alicubi in hoc opere in dubitum vocamus. Proinde ne fraus Judaica imperitiae Christianorum in libris Talmudicis fucum faceret, omnis ista quoque historia ex editione Basileensi est deleta. Loca illa alicubi a nobis sunt annotata non ad stabiliendas et confirmandas Judaeorum blasphemias, sed ad eas detegendas et deplorandam ipsorum malitiam, fraudes et imposturas in lucem producendas. Omnino enim Christianorum interesse videtur et haec ab illis non ignorari. *Haeretica et Christianorum religioni contraria* multa in Talmud reperiri, negari non potest. Constat enim, illos in praecipuis fidei articulis a nobis dissentire. Negant in Deo Personarum Trinitatem; sed de eo nulla peculiaris in toto Talmud contra Christianos est assertio vel dissertatio, simpliciter docentes illud Mosis; *Audi Israel, Jehovah Deus noster Deus unus est,* Deut. 6, 4. In Articulo de Messia similiter errant, quem ipsi credunt venturum, Christiani, venisse. At vero hic et in aliis a Christianis erudiendi sunt et docendi, ut dum eadem loca de Messia accipienda esse simul cum Christianis fatentur, etiam discant et convincantur ab iisdem Messiam istum jam venisse et eum ipsum esse, quem Christiani agnoscunt et colunt. Idem de Traditionibus humanis esto judicium: exemplo Jesaiae et exemplo Christi doceantur, religionem ipsorum esse praecepta hominum, unde Deus sapientiam sapientum inter ipsos perdidit. Quod si itaque Graecorum et Latinorum gentilium libri hactenus non sunt aboliti, quod fidei et moribus Christianis contraria multa continent, sed inter nos conservantur, ut linguis istis per-

fectius discendis et docendis inserviant, quis jure vitio vertet, eodem modo et fine libros Talmudicos et Judaicos inter nos retineri et ad illorum lectionem juventutem dicendi cupidam, mediis autem et subsidiis hactenus destitutam, omnis generis adminiculis allici? maxime cum ex his turbidissimis licet fontbius subinde aliquid etiam puri ad uberiorem Verbi Dei illustrationem hauriri et proferri queat. Nequaquam enim, quod multi somniant, ita jam a Christianis interpretibus exhausti sunt illi fontes, ut nil sit posterorum diligentiae et solertiae relictum. Plura certe adhuc restant, quam prostant. Sint modo, qui eos adire velint et possint. Utut ergo multae sint inutiles quasi paleae, multi furfures, in Talmud et aliis Judaeorum libris: at omnia, quae in iis traduntur, talia esse credere, praecipitatae mentis est insania. Habent et illi utilia quandoque grana et puram similam: sunt in illis quoque infinita e contrario bona et Christianis utilia comprehensa. Cujus rei testes sunt, Johannes Picus Mirandulae Comes, Johannes Reuchlinus, Sebastianus Munsterus, Martinus Raymundus (cujus compilator fuit Petrus Galatinus) Santes Pagninus, Johannes Mercerus, Emmanuel Tremellius, Angelus Caninius, Joh. Drusius et alii, qui omnes magna harum literarum lumina fuerunt et passim in suis scriptis multa egregia in Christianorum usum ex illis deprompserunt. Sunt enim in Talmud adhuc multa quoque Theologica sana quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Majemon alicubi loquitur, involuta: sunt in eo multa fida Antiquitatis Judaicae collapsae veluti rudera et vestigia, ad convincendam posterorum Judaeorum perfidiam, ad illustrandam utriusque Testamenti historiam, ad recte explicandos ritus, leges, consuetudines populi Hebraei prisci, plurimum conducentia. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Physica, Ethica, Politica, Astronomica, et aliarum scientiarum praeclara documenta, quae istius gentis et temporis historiam mirifice commendant. Sunt in eo illustria ex antiquitate proverbia, insignes sententiae, acuta apophthegmata, scite prudenterque dicta innumera, quae lectorem vel meliorem, vel sapientiorem, vel doctiorem reddere possunt et ceu rutilantes gemmae non minus Hebraeam linguam exornant, quam omnes Latii et Graeciae flosculi suas linguas condecorant. Sunt in eo multae vocum myriades, quae vel voces in Scripturae Sacrae usu raras, illustrant et native explicant, vel totius linguae Hebraeae et Chaldaeae usum insigniter complent et perficiunt, qui alioqui in defectu maximo mutilus et mancus jaceret. Sunt denique in eo quamplurima ad infinita Novi Test. loca quoad voces, phrases et historiam insigniter illustranda, maximum momentum habentia. Possent haec singula, quae extremis tantum digitis attigimus, fuse deduci et amplificari, nisi id viris in hac lingua peritis et exercitatis aliunde notum, et passim in hoc quoque opere vivis exemplis jam demonstratum esset.

Quocirca nequaquam vel inutilem, vel non necessariam operam insumpsisse censeri debemus, si nos in Hebraicis et Chaldaicis literis idem, quod ante nos alii in caeteris linguis, Latina praesertim et Graeca, praestitimus; ut videlicet jam nostro labore Juventus Hebraica discendi avida, sine suo labore, non minus ad perfectam illarum linguarum intelligentiam pervenire queat et Hebraeos atque Chaldaeos codices, qui hactenus plerisque Christianis ignoti et occlusi erant, evolvere: praesertim cum tantus hactenus hujusmodi subsidiorum fuerit defectus. Quamvis enim alii ante nos hoc argumentum tractare inceperint, ut Sebastianus Munsterus, Guido Fabricius Boderianus in Opere Regio Hispanico, David de Pomis Judaeus in Italia et Valentinus Schindlerus; tantum tamen abest, ut publico desiderio satisfecerint, sitimque φιλεβραίων restinxerint, ut eam potius vehementius accenderint et adauxerint. Nam praeter infinitos vocabulorum defectus et pravissimas illorum scriptiones et interpretationes, aliosque innumeros errores, hoc in illis desiderabatur, quod in nudis vocum interpretationibus substiterunt, neque illarum usum, vel in diversis phrasibus (qui pro earum varietate insigniter etiam quandoque variat) vel in rebus ipsis, ad vocum et phrasium intelligentiam scitu saepe pernecessariis, ostenderunt. Unum enim idemque vocabulum aliam apud Grammaticos, aliam apud Philosophos, aliam apud Theologos, aliam apud Jurisconsultos significationem nonnunquam obtinet, quae differentia sine exemplorum praxi et rerum quarundam explicatione, dextre nullo modo expediri potest. Qui Rabbinorum libros et loquendi modos recte vult intelligere, eum oportet non solum linguae et vocabulorum sed et multarum rerum consuetudinum, jurium, historiarum, atque adeo etiam nugarum Judaicarum, peritum esse. Quod itaque in aliis hactenus desiderari animadvertimus, id ut in hoc opere suppleretur, strenua a nobis navata est opera. Ita enim in hac materia tractanda versati sumus, ut una cum vocum interpretatione et explicatione, simul in totius linguae elegantiam, in rerum Hebraicarum cognitionem, librorumque Rabbinicorum usum universum studiosus Lector veluti manu ducatur et intromittatur.

Nam *Primo* plenissimum et perfectissimum exhibemus *Lexicon*, seu *Vocabularium*, omnes dictiones continens, quotcunque uspiam in Hebraeorum libris utraque lingua exaratis extant, una cum natavis et genuinis illarum expositionibus et significatis Latinis. In utroque quid supra caeteros Lexicographos praestiterimus, malo Lectorem in usu ipso experiri, quam jactanter hic amplificare. Qui collationem instituere volet, deprehendet innumeras voces a nobis primum, longo usu et assidua Hebraeorum scriptorum lectione,collectas et observatas, quae in caeteris Dictionariis nullibi comparent; infinitas ex iis, quae apud alios quidem extant, sed depravatae et corruptae, restitutas; deprehendet etiam tantam in expositionibus quamplurimis differentiam, ut aliam linguam nos interdum tractare videri queamus. Has enim non ex caeteris vel Judaeorum vel Christianorum Lexicis sine judicio exscripsimus, sed vel ex Hebraeorum Commentariis excerpsimus, vel ex ipsorum locorum consideratione et collatione eruimus, vel denique ex ipsarum vocum origine et etymologia venati sumus, quod cum maxima sua non solum utilitate, sed et voluptate, Lector experietur. *Secundo Etymologici* quoque vicem praestat hoc Lexicon, singulas voces, quantum fieri potest ad primas et veras suas origines referens, de quo ante nos nulli, vel certe parcissime et rarissime, cogitarunt. In Talmud et Medraschim praesertim, plurimae occurrunt voces peregrinae, ex aliis linguis, Graeca potissimum, petitae, sed ita insigniter non raro deformatae, ut vix indicium aliquod nativae ipsarum formae appareat. Has plerasque ad suos fontes revocavimus et orthographiae suae restituimus. Vocum Chaldaicarum ex Hebraeis originem et derivationis rationem, ubique etiam ostendimus et docemus. *Tertio* continetur hic *Phraseologia* copiosissima et selectissima. Vocibus enim singulis ex Targumim sive Paraphrasibus Bibliorum Chaldaicis, ex Talmud et vulgaribus Rabbinorum libris, exempla usum indicantia statim subjiciuntur, sine quibus imperfecta et insufficentia sunt Lexica. Officium namque illorum non tantum hoc est, ut nudas et simplices voces duntaxat Lectori sistant et exhibeant; sed praecipue, ut usum et structuram illarum, pro diversitate phrasium, locutionum, aut materiarum, ostendant et ad aliquid novi scribendum, inveniendum et excogitandum, materiam suppeditent, quod in his linguis a nullo hactenus tentatum, nedum praestitum. Atque in Targumicis quidem exemplis ea methodus est observata, ut secundum vocum accidentia, eorumque ordinem, ut in Lexigis Biblicis, illa sint disposita; in Talmudicis vero et Rabbinicis ea ratio tam accurate observari non potuit; attamen singularis in illis habitus est delectus, ut singula fere exempla aliquid peculiaris vel usus, vel elegantiae, vel doctrinae habeant. *Quarto* enim studuimus, ut simul παροιμιολογίαν et γνωμολόγιαν seu ἀνθολογίαν studioso Lectori exhiberemus. Hinc, quotiescunque fere observare potuimus, vocis aut phraseos alicujus usum, vel in eleganti aliquo adagio, vel gravi et illustri quapiam sententia occurrere, illas prae ceteris, veluti pretiosissimas gemmas et suavissimos flosculos, inseruimus, puae Opus hoc no solum ornarent et illustrarent, sed et Lectori tanto magis commendarent. Quantum ista res momentum habeat ad Orationis alicujus γένεσιν ejusdemque decentem ornatum, ex lingua Graeca et Latina judicium fiat. Sine harum certe cognitione de linguarum ipsarum usu nemo gloriari, de illarum elegantia nemo rite judicare potest. Hic autem si quis adverterit, inveniet in unico hoc libro majorem multo sententiarum et proverbiorum Hebraicorum et Chaldaicorum numerum, quam in universis hactenus editis, et mihi quidem visis, Christianorum libris. *Quinto* denique φιλολογίας hujus sacrae praxis ostenditur, qua ratione hoc genus studii vel ad Hebraeorum authorum utilem lectionem, vel ad Historiae sacrae et prophanae usum, vel ad alia, accomodari queat. Hinc ex occasione unius vel alterius vocabuli aut loci breves saepe sunt institutae digressiones et dissertationes de certis quibusdam consuetudinibus, ritibus, vel de locorum quorundam peculiaribus interpretationibus, vel de aliis variis rebus, ex quibus, qua ratione in Hebraeorum scriptis versari, quidque potissimum in illis observare debeant, studiosi addiscant. Atque haec omnia ita sunt pertractata, ut nullum vocabulum nullumque exemplum sit adductum; nulla sententia producta; summa nihil quicquam dictum, quod non continuo Hebraeorum authoritate et testimonio sit confirmatum: Exempla ex Targumim, quibus in capitibus et versiculis contineantur, indicatur: Talmudica, suos adscriptos habent libros, folia et columnas. Idem observatum in Rabbinicis, quod in nullo alio ante nos visum. Hujus autem rei usus non solum hic est, ut exempla authoritatibus suis confirmentur et ex iis fidelitas interpretationis dijudicetur; sed etiam, ut studiosius lector erudiatur, in quibus libris, et apud quos authores, de hac vel illa materia aliquid reperire queat. Verba enim sunt notae rerum: ubi frequens vocabuli alicujus usus, illic et de reipsa communiter solet agi. Haec autem cuncta et singula ex Hebraeis authoribus eruere, colligere, disponere, describere, ad sua quaeque loca

referre, quanti laboris, taedii, temporis et patientiae fuerit, soli ii aliquo modo novisse possunt, qui similes labores subierunt et experti sunt, satis autem vix quisquam recte expendere. Nullus enim Christianorum hactenus istam viam hac ratione nobis praeivit, vel materiam aliquam suppeditavit, nisi forte in maculis eluendis et erroribus corrigendis, quo ipso plus saepe cursum nostrum retardarunt, quam promoverunt. Hinc factum, ut in tot annos Opus hoc praeter spem et opinionem nostram fuerit protractum. Trigesimus enim nunc annus vertitur, ex quo Pater meus b. m. maximorum virorum suasu et rogatu, primitus hanc telam est orsus, Anno videlicet infelicissimi et literis funestissimi hujus saeculi MDCIX. quam per viginti annos, (quamdiu sc. per fata licuit) immensis laboribus et sudoribus continuavit; ita tamen, ut aliquoties alia interspersorit, sed talia, ex quibus huic quoque nascenti operi subinde aliquid incrementi et augmenti accessit. Et quamvis nihil magis in votis haberet, quam ut huic monumento, in quo magnam melioris suae aetatis partem insumpsit, ipsemet ultimam manum, atque ita huic studio supremum quasi culmen imponere posset, ad quod hoc unicum adhuc subsidium desiderari videbatur; aliter tamen visum est ei, qui de nostris votis et conatibus pro suo arbitrio disponit, DEO OPT. MAX. Eousque quidem ab eo vivente fuit perductum, ut totam Alphabethi seriem perfecerit et absolverit, atque ita sceleton totius operis reliquerit, sed multis partibus mutilum et imperfectum. Nam cum initio hos labores aggrederetur, nequaquam tam completum et diffusum opus, sed brevem tantum Epitomen ad formam Lexici sui Hebraici proponere cogitavit: unde factum, ut ultra dimidium literarum ordinem eam rationem tenuerit et observarit. Cum vero ulterius progrederetur et quid in caeteris Lexicis desideraretur, quaque ratione defectus isti suppleri possent, quotidiano usu et experientia edoctus, magis magisque videret, animus ipsi cum laboribus crevit, perfectum et absolutum systema concinnandi, quod ad omnes authores, omnesque in hoc studio usus posset sufficere. Tum demum exempla copiosius caepit conquirere, Targumicum, Talmudicum et Rabbinicum usum accuratius distinguere, Aruch, quod Lexicon est Talmudicum Judaeorum, sed Christianis hactenus aeque ac Talmud ipsum inaccessum et impervium, diligentius excutere, in loca authorum ipsa inquirere, eademque cum librorum nominibus et paginis adscribere et quaecunque ex assidua lectione nova et notatu digna occurrerent, suis locis addere. Cum autem absolutis ultimis literis, cogitaret praecedentes quoque in eandem formam redigere et caeteris aequales reddere, inevitabili Fati lege, in secunda litera Beth calamum deponere et cursum sistere jussus fuit Anno MDCXXIX. Unde factum, ut et in inextricabili fere confusione et maxima inaequabilitate Opus post se reliquerit. Itaque ne tot annorum immensi labores inutiliter perirent, praecipue vero, ut et supremo Parentis voto, et publico virorum doctorum desiderio satisfacerem, divina fretus gratia, sepositis omnibus aliis studiis et cogitationibus huic uni per aliquot annos totum me consecravi et operi huic perficiendo et perpoliendo omnibus viribus incubui; antecedentes Parentis labores adhuc confusos in ordinem redegi, quae restabant, adhibitis, quae ad manus erant, subsidiis, ad eundem modum et methodum pro virili sum prosecutus. nihilque adeo, quod quidem in me erat, reliqui feci, ut quam absolutissime in lucem prodiret. Fuerunt, qui mihi authores essent, ut ea quae de meo addidi, peculiari charactere vel signo distinguerem: sed in ejusmodi Opere quod infinitis pene additionibus, detractionibus, mutationibus, efformandum et perficiendum fuit, id vix fieri posse videbam, neque etiam multis de causis id consultum fore duxi. Maneat Parenti sarta tecta gloria Authoris: sufficiet mihi, si Editoris haud incommodi laudem promeruero. Fidei certe et diligentiae a me adhibitae testes habeo Deum et conscientiam meam.

Sub Vestro autem patrocinio, Viri Illustres, Opus hoc lucem adspicere et in publicum prodire, non sine gravibus et ponderosis rationibus volui. Prisci mortales, quod aeternum cunctisque venerandum esse voluerunt, numini cuipiam dedicarunt, ut vel religio hominum petulantiam deterreret ab injuria. Exemplum hoc a lucis, a templis paulatim demigravit ad studia, ut si quid novi operis pararetur editioni, celebri cuipiam gratiosoque nomini dedicaretur. Hinc illud Aristidis Adrianei dictum; τους μεν νέως τοῖς ϑεοῖς καϑιεροῦν, τους δ' ἄνδρας τοὺς ἐλλογίμους τῇ τῶν βιβλίων αναϑέσει τιμᾶν. Aequissime sane et rectissime! Quid enim aequius, quam literis eorum virtutem celebrare, quorum gratia et authoritate suus honor, suumque decus illibatum illis constat? quid justius, quam eorum memoriam literarum monumentis aeternitati consecrare, quorum munificentia vivunt vigentque literae? quid denique convenientius, quam literarum illorum nomini Templum dicare, qui literis, ut sancte et intemerate colerentur, tumplum magnificum erexerunt? Quo nomine Vos, Viri Magnifici et Amplissimi, summo praeconio, quinimo aeterna laude concelebrandi estis. Nam

cum Martiis his temporibus Musae ubique profligentur, Pietas in exilium relegetur Bonae literae opprimantur et intereant; vos contra, ut Pietas constabiliatur, Musae floreant, et Bonae literae conserventur, sapientissime et laudatissime providetis. Hoc quippe fine, ante non ita multos annos, novam ACADEMIAM in urbe vestra GRONINGA munifice fundastis, magnificum aedificium et Musarum Templum in ea exstruxistis, Viris doctissimis et literatissimis, longe etiam lautissimis stipendiis evocatis, eam ornastis et, ne uspiam vestra liberalitas claudicaret, publico etiam hospitio Academico auxistis, in quo, qui tenuioris fortunae essent, vestra benignitate gratiose sublevarentur. Quis hanc Vestram Pietatem satis venerari, vestram hanc Prudentiam satis admirari, Vestram hanc Benignitatem satis deosculari, Vestram denique hanc Munificentiam satis depraedicare possit? Tanta certe haec sunt singula, ut ad ea digne describenda, nedum juste amplificanda, dissertissimorum quoque hominum vis et facultas deficiat, omneque eloquentiae flumen exarescat. Itaque cum et mihi hic verba desint, major laus erit, ut in omnibus rebus magnis, silere quam infra rei dignitatem dicere. Interim ut testatum facerem et me inter illos esse, quos Vestra haec insignis Pietas, Virtus et Prudentia, in amorem et admirationem Vestri rapuit, Illustrissimo Vestro Nomini, Opus praesens, viginti annorum decursu a Patre meo b. m. adfectum, decennali opera a me confectum et in lucem editum humiliter inscribere et dedicare volui, ut vel in eo, quamdiu illud vivet, ILLUSTRISSIMI ORDINES GRONINGENSES inter non postremos ACADEMIARUM CONDITORES ET CONSERVATORES immortali encomio legerentur. Animum mihi ad hanc rem addidit, quod compertum haberem, haec linguarum Orientalium studia inprimis apud Vos, ut in toto Belgio, in honore esset et pretio. Nam ad caeptos hos labores paternos prosequendos et perficiendos, insigne mihi calcar est additum ex vestra quoque Academia, a praecipuis ejus luminibus et columinibus, Viris Venerandis et Dignissimis, D. FRANCISCO GOMARO et D. HENRICO ALTINGO, Theologis celeberrimis, meorumque studiorum olim Heidelbergae et Dordraci directoribus, nunc Fautoribus et Amicis honorandis, qui, ut complures alii, suis quoque literis ad id me serio cohortari voluerunt. Tantorum virorum monita vel ideo non contemnenda mihi esse duxi, quia et ipsi sunt harum literarum et linguarum peritissimi, quod praeter alia profundae eruditionis suae documenta, Venerandus senex D. D. GOMARUS vel nuper satis superque declaravit in LYRA sua DAVIDICA, in qua a temporibus Prophetarum colapsam et per tot saecula sepultam Prosodiae sacrae rationem et artificium, primus ingeniosissime et sagacissime detexit et aperuit. Horum itaque Virorum Clarissimorum in me favore, meoque mutuo erga illos amore, etiam factum, ut tanto magis animo et affectu ad vos ire gestiverim. Quae ergo hactenus Vestra fuit erga literas et literatos percelebris Virtus, erga Deum ejusque Verbum, cujus illustrationi hic noster labor ancillatur, pietas, gratioso quaeso vultu libri hujus Dedicationem, quam veluti Tabulam sacram, pii Parentis manes, humiles, Filii manus, ad excelsam Vestrae Virtutis, Vestrae Pietatis aram, devote appendunt, accipite, atque in tutelarem Vestram protectionem benigne suscipite. Hoc ut a vobis debita observantia et submissione contendo: ita Deum supplex veneror, ut Rempublicam Vestram in pace, Academiam in Flore, Ecclesiam sancta unitate et concordia, Vosque omnes et singulos in laeta tranquilitate et prosperitate quamdiutissime ad suam gloriam et publicum bonum, clementer conservare velit.

Basileae mense Febr. ANNO MDCXXXIX.

IN THESAURUM SACRUM PHILOLOGICUM

REVER. ET CLARISS. VIRI

D. JOHANNIS BUXTORFI,

HEBRAEARUM LITERARUM DOCTORIS SOLERITISS. AFFINIS ET COLLEGAE HONORATISS.

M. LUDOVICI LUCII

ELEGIDON.

Noscere qui cupiat sacri mysteria Verbi,
Nec velit a sensu devius esse sacro:
In vim verborum prius hic inquirat, oportet,
Et phrasin assuescat condidicisse Jovae.
Sunt voces sacrae sacrarum symbola rerum:
Absque his illarum cognitio esse nequit.
Cognitio veri munus est venerabile valde;
Per quod se vere prodit imago Dei:
Nemo sed assequitur facile, nam, quo magis est res
Sacra, magis gravis est, dificilisque nimis.
Ingenii haec celata latet caligine crassa:
Falsorum moles hanc quasi nocte premit.
Quam quia Mortales malunt praeponere luci;
Ignares tot habet Mundus ubique viros.
Ast sapiens ex his tenebris, in lucis apricum,
Philologus verum ducit, et arte probat:
Philologus, cui res curae, pia grammata cordi;
Aurum, qui, puantum distet ab aere, docet.
Qualis, Buxtorfi, *vir es admirandus in aevum;*
Qui Linguae sanctae cognitione vales,
Adque hanc Discipulis dux es: quos voce fideli
Instituens, veri pellis inire viam:
Ac res diversas recta ratione coaptas,
Verbaque cum rebus consona cuncta facis.
Dum Paraphrastarum sacrorum sensa recludis;
Et Rabbinorum dogmata versa notas.
Naturae bona dona tuae quis dicere possit?
Indefessa canat quis meditata tibi?
Quae tibi si soli tantum retinere placeret:
Utilitas tenuis, gloria parva foret.
At nunc non defossa tenes tibi credita dona;
Omnibus expendis, qui modocunque petunt.
Nil equidem puerile doces: aperire laborans,
Sensa quibus pateant, mystica verba Dei.
Sic, quae nunc stolidis spreta est sacra Lingua diebus,
Incipiet, duce te, rursus amore coli.
Sic tibi devinctos reddes Pietatis alumnos:
Gloria sic constans stabit ubique tibi.
Sic te, qui tua committis bona semina multis,
Ceu Solem, faciet lumen habere Deus.
Hic-idem, precor, hunc vertat feliciter annum;
Atque a Te clemens arceat omne malum!
Augeat ille tuas vires, ac dona docondi;
Viventem placide servet et ille diu!

Postrid. Natalis Domini, inchoantis annum 1639.

אליהו עלה שמים לא חדל
היות בארץ באלישע רוחו גדל:
ורבינו יוחן בוקש״דורף יה שלקחו
בקרב בן יחיד הן עתה חי רוחו
אשר מורה בלשון קדש בעיר בז״אל
מלמד דברי תורה לבני ישראל:
והנה זה ספר בוקש״דורף האב חברו
בימינו הוציא בן נחמד ויקרו
מפרש בו תרגום כתוב בלשון כשדים
וחכמת רבנן גם חכמת תלמודיים.
ועתה פה קרבי שתורה חפציכם
קנו נא הספר המאיר עיניכם:
ואתה איש גדול מורה סוד בחורים
אחובי עמלת תאכל מעבורים
ראה בשלום ציון גם בבני בניך
תהי ברכת שדי לעד את פניך:

JOH. JACOBUS WOLPHIUS,

LING. HEBR. ET GR. IN SCHOLA TIGURINA PROFESSOR.

LEXICON

CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM.

א[1])

אאורך Haec vox in lexico talmudico Aruch prima est propter duo א, a quibus incipit. Adducitur autem non tanquam vox significativa, aut cujus significatum explicare sibi autor lexici proposuerit, sed propter controversiam, quae de ejus scriptione in Gemara a doctoribus talmudicis movetur. Disputant enim, an qui duas literas in sabbatho scribat, peccet propter violatum sabbathum. Traditio proponitur talis: הכותב שתי אותיות בין בימינו בין בשמאלו בין משם אחד בין משתי שמות בין משתי סימניות בכל לשון חייב, i. e. „scribens (in sab.) duas literas sive dextera sive sinistra, sive ex uno vocabulo, sive ex duobus, sive ex duabus signaturis in quacunque lingua, reus est", sc. violati sabbathi. Schab. f. 103, 1. De sensu huius traditionis doctores in Gemara disputant. Rabbi Jehuda statuit, si quis scribat duas literas, quae aliquod separatum nomen aut vocabulum constituant, veluti שש, תת, דד, aut similes, is reus est violati sabbathi. At si quis scribat duo Aleph vocis אאורך, quidam opinatur, eum non fieri reum, quia duo Aleph nihil per se significant. At R. Schimeon distinguit ac dicit, si scribat duo Aleph בגלמורי „in amuletis ac schedis magicis" tunc peccat. In amuletis enim duae istae literae aliquid certi significant, veluti אמן אמן, amen, amen, vel possunt denotare duo nomina angelorum, aut nomina divina אדני אלהים, aut simile aliquid, prout voces multae in talibus pergamentis nudis initialibus literis scribi solent, ad tegendas magicas aut superstitiosas artes. Glossa talmudica vocem talmudicam גלמורין explicat per vulgatam rabbinicam קמעין. Et sic in Ar. Est autem קמע „amuletum", scheda membranacea, magicis literis et characteribus, ac superstitiosis vocibus conscripta, ac de collo suspensa ad abigendos morbos aut alia mala. Aut. Ar. ergo non explicat vocem אאורך, sed vocem גלמורין. Quid autem אאורך sit, adhuc quaerendum, In Talmud etiam non explicatur, et praeterea non per ו, sed per ר in medio scribitur, אארדך. Falsi ergo sunt, qui hanc vocem idem volunt esse, quod גלמורין sive קמעין, amuleta, chartas experimentales, brevia, schedas

[1]) א Hebraeis et Chaldaeis, ܐ Syris, ا Arabibus prima litera Alphabeti est et arithmetica nota *unitatis*. Id ad opus nostrum quoad pertinet de ea litera notandum: I. Chaldaei eam pro ה servili usurpant sive ad indicandam formam „hiphil" et „hithpael", sive ad declarandum genus, sive ad designandam personam vel rem gnotam pro ה articulo emphatico v. g. a בדל hebr. fit הִבְדִּיל et הִתְבַּדֵּל chal. אַבְדֵּל et אִתְבַּדַּל; a מלך *rex* hebr. מַלְכָּה chald. מַלְכָּא *regina*, הַבֹּקֶר chald. צַפְרָא *dilucuculum illud*. In fine item pluralem numerum generis masculini format interdum: ut a מלכא fit מַלְכַיָּא reges. In medio verborum quiescentium in Ainpoal constituit participium praesens: ut דָּאִין *judicans* a דָּן, תָּאִיב *revertens* a תָּב reversus est. II. Nominibus praefixa litera א apud Talmudicos reperitur loco אל *ad, super*, על *praeter, prope, secundum*, עד *contra, usque, donec* v. g. אלבא „ad cor", אבב „ad ostium",ארישא „super caput"; אמאי „cur, quare", pro על מאי „secundum quam rem", אגב, איידי (vocabula, quibus talmudici utuntur ad indicandum aliquam rem nullius momenti per se, sed ea de causa doceri, quoniam de alia re simili sermo est) pro על גב „super tergum" i. e. quasi „in tergo ejus fertur" על יד „per id"; ארזוטר pro עד דזוטר „quod pertinet ad Dzuter"; אדתני pro עד דתני „dum docet". III. Vocabulis peregrinis a duabus consonantibus incipientibus „alpha prostheticon" praefigitur ad elevandam pronuntiationem: ita a σχολή vel a voce „braccae' fit אסכולא, אברקין. Interdum vocabulo peregrino aspiratae literae inchoanti ס praefigitur et tum demum א: ut a φάρμακον fit אספרמקין. Invenitur vero et ante voces una consonante inchoantes; ita a nomine „Magus" dicitur אמגושי. IV. Caret saepe ubi etymologia eam postularet, quod praec. in Talm. hier. reperire potes v. g. דמר, נן per aphaeresin pro אנן „nos", דאמר „dixit enim". Id longe plurimum apud nom. propr. fieri solet: ר' לעזר, ר' בון, pro ר' אלעזר, ר' אבון. In Talm. bab. autem tum demum א abjicitur, si ב ei antecedat et litera labialis ב, ו פ, מ eam sequatur: sic pro רב אמי, רב פרס per syncopen dicunt רמי, רפרס. V. Ponitur litera א pro h lat. vel spirito asp. graec. אספניא *Hispania*, אדריאנוס Hadrianus.

membranaceas, aut quo alio nomine vocari possint[2]. Puto ego non esse vocem peregrinam, sed vocem biblicam exempli loco adductam, nempe אאזרך Jes. 45, 5.

אארא[3] Haec vox est secunda in ordine literae א in Ar. posita, itidem propter duo א, a quibus incipit. Apud tal. autem scribitur אוירא. V. in אור.

אב „*Abh* sive *Af*", nomen mensis quinti, qui a novilunio Julii nostri incipit, ipsique in ordine respondet, a Martio incipiendo, qui primus mensis ratione sacrorum Hebraeis a Mose institutus est, Ex. 12. Hinc in Targ.: על די פסקו למפק בחמשא עסר יום באב „eo quod cessarunt exire (ad festa) decimo quinto die in Af", Thr. 1, 4. Item באב לא „in Julio non", quia in eo cessarunt mortui deserti, Esth. 3, 7 in sec. Targ.; והויא ליליא תשע יומין באב הוה „ista autem nox nono die mensis Julii fuit", Thr. 1. 2.

אֲבַב *fructum producere.* Part. די באול מאבבא quae in principio fructus producit Hos. 9, 10.

אִבְּבָא *fructus, proventus:* Pl. emph. אִבְּבַיָּא בְּיַרַח מֵיסַף „in mense collectionis fructuum", Hebr. בירח בול „in mense Bul", qui est mensis VIII. I. Reg. 6, 38. Bul hic mensis nomen est, alias etiam est „fructus, proventus".

אִבָּא[4] et dagesch resoluto in נ, אנבא *idem*: וְאַחְזִיאוּנוּן יַת אִבָּא דְאַרְעָא „et ostenderunt ipsis fructum terrae", Hebr. את פרי הארץ, Num. 13, 27. Sic פרי, quando cum ארץ vel אדמה jungitur, plerumque transferri solet, ועבדו פרי אבא „et fecerunt fructum proventus". Hebr. תבואה Ps. 107, 37. ואבא דארעך „et fructum terrae tuae", Deut. 7, 13. 28, 18; ובאבא דארעך „et in fructu terrae tuae", Deut. 28. 11; וְאַיְתִי קַיִן מֵאִבָּא דְאַרְעָא „et attulit Kain de fructu terrae" Gen. 4. 3; ובכל אבי תלשא „et omnem proventum meum evelleret"; Hebr. תבואתי Job. 31, 12; אבכן תצלחון „fructum vestrum prospere feretis", Ez. 36, 8; יהי כל אביה קדש „erit omnis fructus eius sanctus (Jonathan אנביה) Lev. 19, 24; et sic ובדרו אנבה „et dispergite fructus eius", Dan. 4, 11; ואנבה שגיא, et fructus eius plurimus est", Dan. 4, 9; ותתן ארעא אבה „et dabit terra fructum suum" Lev. 25, 19; וְיֵיכְלוּן אִבְּהוֹן „et comedent fructum earum", Jes. 65, 21. Amos 9, 14; ואכלו אבהן „et comedite fructus ipsarum", Jes. 37, 30. — Apud Talmud: מן אבו של אילן „a fructu arboris", Bab: K. f. 81, 1. Sic Gl. מפריו כלומר מענפין הדקין „ex fructu eius", hoc est, ex ramis tenuioribus. B. Ar. in secundo legit מחובו et explicat מענפין בצדדין שמחבין חב האילן „a ramis qui sunt in lateribus, qui tegunt arborem". Huic lectioni favet, quod apud Syros חבובא Act. 28, 3. et חבתא 1. ad Cor. 3, 12 in simili significatione reperitur.

אָבִיב, אֲבִיב *arista spica;* meton. „grana aristae", ut ארי סעריא אביב „nam hordeum erat spica", i. e. spicatum, excreverat in spicam, Ex. 9, 31; אביב קלי בנור „spica tosta igne", Lev. 2, 14. Hinc est mensis Martii nomen, qui alias ניסן dicitur, quod tunc hordeum legitur fuisse spicatum, quasi „mensis spicarum", Exod. 9, 31; Chald. dicitur אביבא ut אתון נפקין בירחא דאביבא (hodie) „vos exitis in mense spicarum" (sive Martio), Ex. 13, 4; לזמן ירחא דאביבא „ad tempus mensis Abbiva", ארי בירחא דאביבא וגו' „nam in mense Abbiva"[5] etc, Ex. 34, 18; טַר יַת יַרְחָא דְאַבִּיבָא „observa mensem Martium", ut facias Pascha; nam בירחא דאביבא „in mense Avif" eduxit te Deus ex Aegypto, Deut. 16, 1.

אַבָּא *saltus, silva,* talmudice in illo proverbiali, מניה וביה אבא ניזיל ביה נרגא „ex ipsa est, et in ipsam silvam redit securis", Synh. c. 4 in fine. In eos usurpatum, qui suis unde orti, damno et exitio sunt. Sic David ex Rutha Moabitide ortus, Moabitas perdidit, Obadias Edomaeus, Edomaeis exitium denunciavit. Vide apologum in fab. Aesopi de silva et rustico. Sic רב אשי הוה ליה אבא בשלניה R. Assi erat silva in Salania; Gl. אבא i. e. יער, Moëd K. f. 12, 2. Quod Ar. etiam pro „salice" explicat, id hodie in Gemara l. c. non legitur: אבא דודתא „silva sorbo arbore consita."

אֲבוּבָא, אַבּוּב[6] *organum, instrumentum musicum ecclesiae sacris potissimum destinatum.* Sic respondet Hebr. עוגב. It. *fistula, tibia,* pro Hebr. חליל ut ויחדון לקל אבובא „et laetabuntur ad sonum organi", Job. 21, 12. Cum servilibus ab initio זמר כנורא ואבובא „pulsationem citharae et organi", Gen. 4, 21; בתודתא באבובא „cum carmine laudatorio in organo", Jes. 30, 29. Cum affixo pronom.: וַאֲבוּבִי אִמְתִּיל לְקָל בָּכְיָן „et organum meum assimilatur voci lacrimantium", Job. 30, 31. Pl. nu-

---

2) אא Arab. أأ producto spiritu elatum, est particula vocantis eminus et vociferantis. „Heus, O". II. increpantis III. deridentis „hui, vah". Ad sententiam Mussafiae et Judaei hac voce utebantur ad imponendum silentium multitudini, qua de causa R. Schimon reum esse opinatur, qui duo א scribit. V. גלשורין.

prie sic dicta, sed impropria, q. d. usura subtilis, instar pulveris, ut usura esse vix animadvertatur. Ejus frequens apud talmudicos mentio, et multae recensentur species. Ut cum quis proximo suo vendit fructus, vel aliud quid, cariori pretio, quam ipse emit. Sic, si quis velit proximo vendere fundum et dicat: si hodie emeris, vendam tibi centum florenis; sin tardaveris vendam pro 120; quia sic videtur, ac si 20 hos superadderet pro usura 100 florenorum, quos citius accepisset, si hic citius fundum emisset. Sic si quis mutuo accipiens pecuniam ab aliquo, antequam eam accipiat dona mittat, vocatur hoc רבית מוקדמת „usura anticipata"; si post restitutam pecuniam det, est אבק רבית, etc. כל אבק רבית עם הכותים מותר לכל „Omnis pulvis foenoris cum gentilibus (Christianis) licitus est cuivis", v. Maim. in הלכות מלוה ולוה c. 5 et 6. Sic אבק שביעית „pulvis anni septimi". Sic vocatur lucrum illicitum, quod quis capit ex mercatura fructuum anni septimi. Vocatur et hoc pulvis, quia directe non vetitum est a Deo. Dicitur enim „Agrum tuum non seres, et vineam tuam non putabis", Lev. 25, 4, unde videri possit, non esse illicitum; sed tamen dependet ab eo praecepto. Hinc scribitur in Tal. כמה קשה אבקה של שביעית אדם נושא ונותן בפירות שביעית לסוף מוכר את מטלטליו „quam detrimentosus est pulvis (id est quaestus ex fructibus) anni septimi. Nam qui cum illis negotiatur, ei tandem evenit, ut omnia sua bona vendere cogatur". Suc. f. 40, 2. Kid. 20, 1. Simile huic אבק לשון הרע „pulvis linguae malae", Bav. B. f. 164. Apud Maim. הלכות דעות c. VII. ויש דברים שהן אבק לשון הרע „sunt quaedam, quae sunt pulvis linguae malae (calumniae indirectae, subtilissimae) כיצד „quomodo? e. g. si quis dicat ad proximum suum, quod futurus sit talis, qualis ipse nunc est. Aut, si quis dicat ad alios: Tacete de hoc viro, nolo nunc dicere, quidnam ipsi aliquando contigerit aut quid fecerit etc. Item, cum quis socium suum laudat in praesentia inimicorum ejus. Hoc ipso enim causatur, ut illi id recitent et convertant in ipsius vituperium. Item cum quis per risum vel jocum calumniatur socium suum, ac protestatur, se id non ex odio vel malo animo facere. Sic, cum quis dolose calumniam aliquam recitat, simulans se bono animo illud dicere et nescire, id quod profert esse calumniam, et cum ejus rei causa reprehenditur, dicit, se ignorasse, hanc esse calumniam etc. Haec et similia sunt אבק לשון הרע „pulvis linguae malae, sive calumniae". R. Salom. scribit in Suc. f. 40, 2 „pulvis linguae malae" non est lingua mala simpliciter, sed modus linguae malae, sicut pulvis, qui ascendit ex contusione rei alicujus in mortario.

אַבֵּק *pulverem vel terram adjicere, terra obtegere*: מאבקין מעשנין עד ראש השנה „perpulverant, perfumant arbores usque ad principium anni", Scheviith c. 2. „Perpulverant", i. e. terram bonam ad radices adjiciunt, ut felicius crescat arbor; „perfumant", i. e. fumum sub arbore faciunt ad necandos vermes. Aut quando radices arboris denudantur, tum מאבקין terra adjecta eas tegunt. Ar. contrarium ponit: „terram a radicibus auferre", quod sententiae locorum non convenit.

הִבְאַבֵּק *pulverizare se.* הוי מתאבק בעפר רגליהם „pulverisa te in pulvere pedum eorum", sc. sapientum, Pirk. av. c. 1. i. e. discipulus esto sapientum; nam discipuli ad pedes doctorum sedebant.

אֲתְקוּת *luctatio in pulvere.* Rab.

אֲבִיק[23] *canalis.* אביק שבמרחץ „canalis balnei" Mikv. cap. 6. אֲבוּקָה[24] *fax, taeda, ex pluribus candelis cereis colligata, quae simul incensae, magnam flammam efficiunt*, Berach. f. 45, 2. Pl.: ואבוקות דולקין לפניו „et faces ardebant coram ipso", Midd. c. 1.

אֲבַר *Volare*, Itphal, fut.: מִבִּינְתָךְ יִתְאֲבַר בַּר נִצָּא *estne de tua intelligentia, quomodo volare possit pullus aquilae.* Job. 39, 26. In Hebr. est יאבר ex Aphel.

אֶבְרָא *ala, penna ad volatum*: אִין אֶבְרָא דְחַוָּרִיתָא „num alam ciconiae", Job. 39, 16. Sic Hebr. אברה. Pl. אריך אברין „longa pennis", Ez. 17, 3. Aff. מטלתן על תקוף אברוהי „portat eos in fortitudine pennarum suarum", Deut. 32, 11. אברני *ales, avis*: לאברני שקינן על שפת הים משל „simile hoc est avi, qui nidificavit ad litus maris", Jalk. proph. f. 171, col. 4.

אַבֵּר *roborare, firmare, obfirmare.* Hinc de אבירם Abiram Num. 16, scribunt in Gem., eum sic dictum fuisse שאיבר עצמו מעשות תשובה „quod obfirmavit se ipsum, ne ageret poenitentiam", Sanh. fol. 109, 2. כצד מאברין את העיר „quomodo fortificant urbem?" Erubhin f. 53, 1, nempe adjectis variis propugnaculis tanquam novis membris. Alii dixerunt מעברין „gravidam faciunt", sensu eodem. Propugnacula enim sunt ut venter mulieris gravidae.

אֵבְרָא *membrum, os (ossis).* Respondet hebr. נתח et quandoque in Jobo et Psalmis hebr. עצם. Nam quod Elias scribit, omnia עצם in Jobo, Psalmis et Proverbiis transferri per אבר, id falsum est. In Proverbiis nullum extat, ac in reliquis duobus saepe גרם pro eo ponitur. Diversimode scribitur, sed Kametz saepius occurrit sub ב ut אֵבְרָא אַמְטוּל אֵבְרָא „membrum pro membro", Hebr. עור תחת עור, Job. 2, 4, Plur. לִתְרֵי עֲשַׂר אֵבְרִין „in duodecim membra", Lev. 19, 29. Emph. יַת אֵבְרַיָּא „membra", Lev. 1, 8. אבריא דשפיתא „ossa quae contrivisti", Ps. 51, 10. Cum Affixis אֵבָרַי „omnia ossa mea", Ps. 35, 10. וסגעי אברי דליח „pleraque ossa mea effecit pavida", Job. 4, 14. חילי ואברי „robur meum et ossa mea", Ps. 31, 11. לית שלם באברי „non est pax in ossibus meis", Ps. 38, 4. איכדין אתבדרו אברנא „sic dispersa sunt ossa nostra", Ps. 141, 7. וְתִתֵּן עַל אֵבְרוֹהִי „et dabis super membra ejus", Ex. 29, 17. וסגעי אברוי

dedisses" i. e. geometriae studio, addit autem „pulvisculo", quia geometrae hujusmodi abacum pulvere (אבק *αβαx*) conspergebant, quo facilius figuras notarent delerentque si opus esset.

23) Hebr. אפיק „torrens, alveus" a verbo נפק „egressus est". Huc referendum * אפקתא-אבקתא (Ned. f. 56 b) „apertura, hiatus". Maimonidi est arab. لنبيق cucurbita chemica. 24) בעבור היותם מעצים דקים חגורים וקשורים יחד dicit R. M. bar Nachman, i. e. „quia ex sarmentis in unum fasciculum contortis atque alligatis consistunt". אבק igitur ei origo est, quod ut arab. أبك per *ligavit, colligavit, complicavit* vertit (Genes. 32, 25).

תקיפין „et pleraque ossa ejus sunt fortia“, Job. 33, 59. וְהֵיךְ מִשְׁחָא בְּאֶבָרוֹי „et sicut oleum in ossa ejus“, Ps. 109, 18. תְּפַלֵּג לְאֵבָרוֹהִי „divides in membra sua“, Ex. 29, 17. וִיפַלֵּיג יָתֵהּ לְאֵבְרָהָא „et divides eum in membra sua“, Lev. 1, 6.

Apud Rab. אֵבֶר מְדוּלְדָל *membrum languidum.* אֵבֶר הַמְשַׁמֵּשׁ „membrum coitus“. De hoc intelligendum illud, אבר קטן יש באדם משביעו רעב ומרעיבו שבע „membrum exiguum est in homine, si saturat illud famescit, si famere patitur, saturatur“, Synh. f. 107, 1. רמ״ח איברים יש בו באדם מהן רבעין מהן זקופין „248 membra sunt in homine, et eorum quaedam sunt jacentia, quaedam erecta“, etc. Vajik. R. s. 16.

אבר אֲבָרָא *plumbum.* Respondet hebraeo עֹפֶרֶת ut וּבַרְזֶל וַאֲבָר „et ferrum et plumbum“, Ez. 22, 18. 20 et 27, 12. ית אבצא וית אברא „et stannum et plumbum“, Num. 31, 22. אשתקעו כאברא „submersi sunt sicut plumbum“, Ex. 15, 10. Apud Rab. כתבו באבר si scribant plumbo, Schab. f. 104, 2. פתילה של אבר fascia plumbea, Synh. f. 52.

איברא *vere, certe, profecto, verumtamen*, Talm. איברא חזינא ליה profecto video ipsum, i. e. videre ipsum cupio et volo, Chol. f. 59, 2. Glossa איברא id est אמת. Ib. f. seq. אמר ליה איברא „respondit ipsi, certe“. איברא את הוית certe fuisti, Ba. bathra f. 168, 1. איברא מלכא את „verumtamen rex es tu“, Git. f. 56, 2.

אַבְרוּרִין *turres, arces, munitiones, muri.* Talm. אבל בקשקשי ואברורי sed in arcibus et turribus, Schab. 11, 1. Glossa בירניות ומגדלים. In Ar. scribitur אברואָרי, quod legi possit אַבְרוּאָרֵי vel אַבְרְוָארֵי et exponitur חומת העיר „muri urbis“, turcice אל גוסק aut אל גאסק, hebr. מגדל. Addit Ar. hebraice מגדל עז, in Targ. verti קרשקא קושטא Ps. 61, 4. ibi hodie legitur קושטא „veritas“. Lectionem Ar. confirmat lectio talmudica.

אברורין *utres parvi.*[24a] Talm. באברורי הוה מנחי cum utribus parvis apponunt, Bav. B. f. 24, 2. Gl. „quando uter vini unus major est altero, tunc minori apponunt נוד קטן „utrem parvum“, ad aequandam sarcinam asini, ne inaequale pondus asinum gravet.“ Alii explicant „pondera“. In Ar. scribitur in medio per duplex Vau אברווּרי, quod legendum אַבְרְוָרֵי. Persicum est.

אברונגין. Sic adducitur in Ar. et exponitur, lingua persica significare שלוחים legatos, nuncios.[24b] Citatur ex Gem. Erub. f. 62, 1, ubi scribitur באורונגי, in Gl. אבורנגי, et exponitur קתידראות „cathedrae“.

אברו. In „Synh.“ f. 74, 2. איהו וכל אברייהו „illa et appendices eorum“, quae dependent ab eis, vel, quae conveniunt cum eis. Sic in Gl. gallice לור אפרטנמנט „leur appartenement“. Citatur illic etiam ex Menach. f. 73, 2. Sed ibi nunc legitur וכל חבירתה. Baal Ar. haec adducit in אבור et legit אבוריירו[25] transpositis literis.

אַבְרֵיזָא *pellis, corium, operculum coriaceum.* In Gem. מעקרא קרו ליה משכא והשתא אבריזין „ab initio vocabant illud Mischa (i. e. pellem), nunc vocant Afresin“, Bav. K. f. 66, 2.[25a] Persicum est. Alias Talmudicis dicitur עֻצְבָּא, de quo suo loco.

אוֹבְרִיזָא אַבְרִיזִין *Obryzum, ὄβρυζον*, auri optimi species, teste Plinio lib. 33, 3. quasi *Ophirizum*, ab insula Ophir, in qua auri praestantissimi copia: ut מדהבא ומן אובריזא prae auro et auro obryzo, Ps. 119, 127. ומכתבא דהבא אבריזין et prae auro obryzo, Prov. 8, 19. באבריזין דמן אופיר et scriptus est auro optimo ex Ophir, Ps. 45, 10. ומן אבריזין סגי et prae auro obryzo multo, Ps. 19, 11. ופירוגה מאני אבריזין et permutatio ejus cum vase ex auro obryzo, Job. 28, 17. Respondet Hebraeo פָּז.

אַבְרוֹטְנִי[26] *Olivae pinguis species*, Berach. f. 39, 1. In Ar. scribitur אברושי.

אַבְרָנִים *caro cruda, non satis assata vel cocta.* In Gemara: היכי דמי נא כדאמרי פרסאי אברנים cui simile est נא[27] crudum? ei quod Persae dicunt אברנים. Vide Jalk. f. 60, 1.

אַבְרוֹשֶׁךְ *pulmentum ex melle, farina et oleo*, juxta Ar. persicum est.

אַבְרְתָא *Hyssopi quaedam species*, Talm. Schab. f. 128, 1. In Avoda sar. scribitur cum Daleth, אבדתא.

אבש אוּבְשָׁא *labrusca*: Est a באש faetuit per literarum transpositionem, הענבים והאובשין uvae et labruscae, Hebr. באשים *uvae faetentes.* Legitur in Talm. libro מעשרות cap. 1. De his decimae dabantur ab eo tempore, quo incipiebant putrescere.

אַבְשׁוּנָא *frumentum in fornace exsiccatum*: חצבא דבאשונא olla frumento illita, Pesach. f. 40, 1. Solebant ex farina istius frumenti ollas defricare et mundare.

אגא v. עגא in עג.[28]

אגב אַגָּב v. in גבב. אוֹגְבִין vide in גבן.

---

*) אברויי (אילני, א Moed. k.) „stercorare, laetificare arbores“ ad heb. ברא „pinguesco“ referendum est, item אברייתא *coena* in Talm. hier. Berach c. VI. [24a]) Ex pers. آب *ab* aqua et آوردن *awerden* portare. [24b]) Bene Relandus אברונגי legendum putat a pers פרונק nuncius.

[25]) Arab. أبزار (בזר פזר) sec. Freitag. lex. ar. *quidquid aromatum sive olerum cibo inter coquendum addi solet*, inde צרור דביזרי (Beza f. 15) *fasciculus seminum*. [25a]) Sachs suspicatur hanc vocem o^x ש m esse e „bursa“ apposito א prosth.

*) אברנקי s. אבוורנקי *οὐρανίσκος tentorium orbiculari rotunditate, ut coelum* (*οὐρανός*) in Erub. 26, 6.

*) אברקסין v. אוּרְקְסִין. [26]) *ἀβρότανον τὸ* s. *ἀβρότανος ἡ artemisia* ב *rotanum* germ. Staubwurz. [27]) Ac utissime Talmudici in voce hebr. נא semicoctus literas initiales נ et א pers. vocum אָבָר assatus atque נים non omnino respexere vocemque, quasi abbreviaturum persicam אבר־נים appellavant. *) אַבָּתַר pro בָּתַר *post.*

[28]) אגא *ἀγή* (a verb. *ἄγνυμι* frango) *fractura*, seu *vocabulum in literas fractum* i. e. *separatim per literas pronuntiatum*, ita enim sententia Aba Sauli אבא שאול אומר אף ההוגה את ה׳ באותיותיו „et pronuncians nomen Dei Tetragrammaton per literas suas quatuor, quibus scribitur“ (supple: reus est violati nominis Dei) in Gem. Synh. 101 b per אגא explicatur. Variae praeter hanc meam sententiam opiniones sunt de hac voce, ipseque B. Ar. duarum meminit, quarum prior, quam Aut. nost. sequitur, vocem hebraicam habet a verbo לעג *irrisit*, et altera, quae in graec. *ἄγη* (ab *ἄγαμαι*

אֲגַבְסְטֵס *praefectus provinciae, princeps.* Citatur ex. Ber. rab., sed ibi legitur אגוסטוס *Augustus*, sec. 12 quod melius, vel אגוסטוס.

אגג אגגיא genus vestis, Ber. rab. sec. 20. Sic quidam ibi explicat כתנות עור[29]. Gen. 3, 22.

אֲגַד *colligere, ligare, colligare, constringere*: לאגוד את הירק „ad colligendum olus". אוגדין אגודות גדולות ligant fasciculos magnos, נאגדין באגודה אחת collecti in fasciculum unum. שערה אוגדת בה constringit ea capillos suos, Schab. f. 60, 1. Sic legit Ar. et recte. In Talmud legitur per ר.

אִיגּוּד *colligatio, constrictio, vinculum, funiculus*: כשאינו נוטל באיגודו quando non tollit (vestem) cum funiculo suo, Erub. f. 102, 1 plur. אִגּוּדִין.

אֲגַד Idem: אבל יוצא באגד שעל גבי המכה „sed exit (asinus vel bestia in sabbatho) cum vinculo, quod est super plaga", Schab. f. 53 a.

אֲגֻדָּה[30] *fasciculus, fascis, manipulus.* Pl. אֲגֻדִּין et אֲגֻדּוֹת. Hinc apud R. Salom. Exod. 12, 21. שלשה קלחין קרויין אגודה tres caules vocantur fasciculus. Maim. scribit c. 3 in Pirke ab.: אגודה est מה שאוגד אדם בידו אחת „quantum comprehendit homo manu una sive quinque digitis, i. e. manipulus": אגודות השום manipuli allii, Peah c. 6.

אֲגַד *scipio, sustentaculum brachiorum,* germ. Krücken juxta Eliam in Methurgeman; ut מתקיף באגד se sustentans scipione, 2. Sam. 3, 29. Veneta legunt באגר, et sic אֲגָרָא apud Talm. ut infra videbitur.

אֲגַדְנָא *Absynthium,* pro hebraeo לענה: ut וסופיה מְרִיר כְּאַגַדְנָא דְמוֹתָא „finis ejus erit amarus sicut absynthium mortis", Deut. 29, 17 in Jonathane. Haec forma potest esse a גִּידָא Absynthium, sed Veneta legunt אַגְרְנָא per ר in medio, cujus radici de isto significato nihil simile. Legitur etiam in Talm. Av. sar. f. 29, 1.

אוֹגְדָא Vide infra in אגר. אֲגָדָה vide in נגד.

II. אגר *claudere,* Talm. אוגדות פתחיהן לבעליהן claudunt januas suas maritis suis, Pesach. f. 87 a.

אגה אֲגָיָא[31] *area in hortis,* hebr. עֲרוּגָה, Talmud הדין אוגיא להוי פיאה „Haec area erit angulus", Ned. f. 6 b et alibi, ככסלי לאוגיא sicut sulcus est areae sive circa aream, אין עושין אגיות לגפנים non faciunt areas in vineis.

איגיא *vestes pretiosae cuti proximae, interulae,* ut communiter explicant, Ber. rab. sec. 20. Sic explicat R. Elieser כתנות עור „vestes pelliceas", Gen. 3, 22. Ego putarim esse ex Graeco *αἴγειος*, unde *αἴγεια* caprina: vel *αἰγὶς* pellis caprina. Vide lex. Henr. Stephani.

אגז אֱגוֹז *nux,* hebr. אגוז הבושם nux odorata, nux myristica: גל של אגוזין „cumulus nucum". Sic vocatus fuit R. Tarphon, quod sicut una nuce ex cumulo composito ablata reliquae convolvuntur omnes, sic R. ille, cum proponeret ei discipulus quaestionem aliquam, afferebat ei responsionem ex scriptura, quam cum discipulus acciperet, adjungebat statim et simul alias ex Medrasch., ex Mischna, ex halacha et agada, Git. f. 67a.

אגט[32] אגיטין *codicilli, literae quibus uni legatur pars aliqua haereditatis, ac simul prohibetur, ne praeterea quid petat vel capiat quod alterius est.* Sic Abraham dedit Ismaëli suum et Isaaco suum, nec poterat Ismael quicquam capere, quod erat Isaaci. Sanh. f. 91 a. In Jalk. in Leg. f. 31 b, legitur, שכתב לגיטין qui scripsit legata. Glossa, ל׳ לועזי לגטי. Et sic citat Baal Ar. in גט secundo.

אגל אֲגָל Hebr. *gutta.* Apud Talm. עליית אגלים, Chag. f. 12 b, coenaculum sive conclave guttarum. Vide ibi glossam.

אַגְלָא *Agla.* Nomen Dei Cabalistis usitatum, quod compositum est ex primis literis harum vocum אתה גבור לעולם אדני „tu potens es in seculum Domine."

אגליגין *chirographum debiti,* Rab. עד שהוא קורא אגליגין שלהן donec legat chirographum ipsorum, Ber. rab. s. 28 in princ. glossa שטר חוב.

אגם *tristari, contristari.* Idem cum Hebraeo עגם commutatis gutturalibus. Praeter. foem. עָגְמַת נַפְשִׁי מִדְּבוֹנָא „Tristis est anima mea prae moerore", hebraice דלפה stillat, Ps. 119, 28. עגמת נפשי לחשיכא tristis est anima mea propter pauperem, hebr. עגמה Job. 30, 25. Unde apparet א et ע hic permutari.

אגום *tristitia, anxietas.*

II. אֲגַם *ire, abire.* In Ber. rab. s. 78. in illud „et sustulit Jacob oculos suos et vidit Esavum venientem", et caet. Gen. 33, 1. „Ecce iratus erat Esau super bestias et jumenta. Dicebat Jacob: Quis ibit et placabit ipsum? respondebat iste vulpes: Venite mecum eo, novi enim trecentas parabolas, quibus placabo ipsum, אמרין ליה אגומין dicebant ipsi, *agomen.* Glossa

---

admiror) *admiratio* (i. e. in lingua peregrina, quam audiens saepe admiratur) eam respicit. At Muss. per *ἄγος εος τό* (ab *ἅζω* observantiam declarare) vocem explicat, quae graec. et de reverentia in Deos et de culpa usurpatur, cui sacrificium piaculare propter violatam reverentiam opus est.

29) In Midr. nostro R. Eleser כתנות עור per איגיא *αἰγέη* sc. *δορά pellis caperina* explicat, de quo Aut. nost. in אגה, R. Ibo vero per אגביה aut, ut habet Ar אגבינה *agnina* sc. pellis, pro quo Aut. nost. verisimile אגגיא habebat. Nec similitudine non carens est praeter אגביה et איגיא secundum lectionem R. Meir בתורתו של רבי מאיר מצאו כתוב כתנות אור (ubi erat אור *lux* loco עור *pellis*) et tertium אגגיא fuisse ab arab. أجّ *luceo ardeo.*

30) *ἀγαθίς cuneus, agmen militum.* Metaphorice et de tribus elementis, igne nimirum aqua et aëre super terra quasi in unum fasciculum colligatis. Sic Tharg. ואגודתו Amos 9 per וכנישתיה reddit. Vide annotata nost. ad מטמרין

*) אגותא (אג דמיא Tharg. Thr.) *ἀγωγή aquae ductus.* Cast.

31) *ἀγυιά ἡ*, via impr. via profunda, seu profunditas, ut vult Cast. V. כסלא. *) אגוותא vide in גוה.

32) *Actum,* generale nomen literarum fidem rei testantium. Apud Talm. vero plerumque demisso א גט invenitur q. v.

*) אגמרגמיא (Talm. hier. Moed. k. c. I.) *καταῤῥάκτης cataractae* cum א prosth. *) אגלפורתא vide in גלף.

vult esse graecum: unde apparet esse Graecum Ἄγωμεν *Eamus*, ut Matth. 26, 46.

III. אֲגַם *Stägnum*, ut hebr. Plur. וַאֲגַמִין אֲיַבֵּשׁ „et stagna exsiccabo", Jes. 42, 15. לאגמין דמיין in stagna aquarum, Jes. 35, 7 et 41, 18. על אריתיא ועל אגמיא super rivos et super stagna, Exod. 8, 5. וית אגמיא אוקידו בנורא et stagna exusserunt igne, Jerem. 51, 32.

Apud Talmudicos etiam idem est quod אגמון *juncus*. Inde illud: Dixerat Raf, אם יהיו כל הימים דיו ואגמים קולמוסין ושמים יריעות וכל בני אדם לבלרין אין מספיקין חללה של לב רשות id est, „si essent omnia maria atramentum et omnes junci calami et coelum pelles et omnes homines scribae, non essent sufficientes describere profunditatem cordis potestatis regiae", id est, regis, Schab. f. 2a. Alibi opponuntur שחת et אגם tritici primum gramen et juncus, Kid. f. 62b.

אַגְמוֹן *juncus*, sic dictus, quod in stagnis crescat: ut, רֵישֵׁיהּ כְּאַגְמוֹן כָּפֵיף caput suum sicut juncus curvat, Jes. 58, 5.

אַגַן *crater, phiala, scyphus, pelvis*, Plurale וּמְמַזְגִין לְדַחֲלָתְהוֹן אַגְנִין et infundunt idolis suis scyphos vel phialas, Jes. 65, 11. Femin. אגנתא רבתא[די דהבא crater magnus aureus, Esth. 1, 2 in secundo Targum. Rabbini, אגנה, plurale, אגנות. Talm. אגנא אסומא דחביתא שריקא pelvis ad os vasis oblita, cum litura arcte apposita, ע"ז f. 31a.

אוֹגְנָא *circulis, orbis*. כְּאוֹגְנָא דְסִיהֲרָא „sicut circulus lunae", Cant. 7, 3. Plur. alterius formae וְאַגְנֵי קְרוּנְתָּן et orbes capitellorum, I. Reg. 7, 41.

אֲגָנַיָא *fossae, lacus in agris, ad recipiendas aquas superfluas:* עד מישר אגניא usque ad planitiem fossarum, Judic. 4, 11. Sic apud Talm. באגני דארעא de fossis terrae, Bav. k. f. 61b. Fossae proprie rotundae, quae sunt quasi אגנות crateres rotundi, scribit R. David.

אוֹגַן *cupa, labrum, vas majus: lacus vas.* רבי זירא הוה יתיב באגנא דמיא R. Sira sedebat in cupa aquae sc. ad se lavandum, Berach. f. 22a. Id Ar. scribit אודנא. Et aliter alibi, דיתיב באוונא דמיא קא משחה ליה qui sedebat in cupa aquae et lavabat se, Schab. 157b, Glossa גיגית. Ar. אמבטי.

אוֹגַן *ansa, ora, qua vas apprehenditur, manubrium*, item *labrum et extremitas vasis*. Dualiter דְאִית לֵיהּ אוּגְנַיִים cui sunt duae ansae, Erub. 77a. מאוגני הכלים או מאזני „ex labris vasorum, aut ex ansis vasorum", Kelim c. 11. Quidam hic volunt, אזן aurem esse de corpore et substantia vasis, אוגן ansam arte ei adjunctam.

אֲגָנָא *mactra: vas, vasculum capax:* אגנא מלא לישא mactra plena massa farinacea, Taanith f. 25a. גַּבָּא דְאַגְנָא dorsum, id est, exterius mactrae, שִׂפְתָא דְאַגְנָא labium mactrae, id est, interius, ubi depsitur, Pesach. f. 45b. אגנא דתחלי vasculum cum ficubus immaturis sive grossis, Schab. f. 110a, vel scyphum, ex superiori significatione: nam sequitur ibidem, וחמרא ריחתנא et vinum odoratum, quod ficubus erat superinfundendum, quod scypho bene convenit.

אגם[33] *pirum*: plur. עוּקְצֵי הָאֲגָסִים pediculi pirorum.

אֲגִסְטוֹן[34] *decimator*, qui decimas aut quoscunque proventus agro alicui impositos recipit, *fructuarius*: Talm. אגיסטן אני בתוכו fructuarius ego sum in eo, Synh. f. 26b, glossa שכיר, fructus ab isto agro percipio.

אֲגוּסְטָלָא, אגוּסְטוּס *Augustus, Caesar, Imperator, Augustulus*. In Ber. rab. sec. 1. Caro et sanguis (i. e. homo carnalis) primo ponit nomen suum, postea honoris titulum, veluti פלן אגוסטלי, פלן פראטמא N. Augustus, N. Imperator; non sic Deus benedictus, etc.

אֲגִסְטְרוֹן[35] *privilegium*. In Medr. Ps. 84, 1. אגיסטרין זה נתן משה ליהודה „privilegium hoc dedit Moses Jehudae", quo tempore ex haec vita discessurus erat.

אֲגַף *ala*. Plur. אוּכְמִין כְּאַגְפֵי עוּרְבָא nigri ut alae corvi, Cant. 5, 11. Item *brachium*, apud Rabbinos: ut משעה שחברותיה נושאות אותה באגפיה a tempore quo sociae ejus portant eam brachiis suis, Schab. f. 129a. דלוסקמא הניטלת באגפיים feretrum, quod portatur brachiis, sc. non ab uno, sed a duobus viris, Moëd k. f. 24b. Item *ripa, litus*: ואמה מכאן ואמה מכאן · אגפיה et fossam aquarum ex utroque litore ejus, Bava b. f. 99b. Ulterius אגף est *locus clausus*, Pesach c. 7 in Misna. Bartenora scribit אגף vocatur omnis locus qui januis claudi potest. In eundem sensum Rambam. Significatio est ex גפף.

אֲגַר *mercede conducere*. Praeteritum, וְדִי אֲגַר עֲלָךְ יַת בִּלְעָם qui mercede conduxit contra te Bilhamum, Deut. 23, 4. ואגר בהון אבימלך „et conduxit pro eis Abimelech" viros inanes, Jud. 9, 4. ואגרני et conduxit me, Jud. 18, 4. אֲרֵי מֵיגַר אֲגַרְתִּיךְ nam conducendo conduxi te, Gen. 30, 16. ואגרו ית ארם et conduxerunt Aramum, 2. Sam. 10, 6. Part. אָגְרִין קִינָאָה

---

*) אגמא (Sanh. 39·) nomen loci. *) אגון - ἀγών (ἄγω duco) coetus, conventus, congregatio, item locus congrediendi, in quem vel judiciorum (Mid. Ps. 17) vel committendorum ludorum causa (Waj. rab. f. XXX.) homines congregantur.

33) Et B. Ar. qui hanc vocem per אגץ reddit, et Muss. qui in אגם eam respicit, ad arab. أجاص spectant, nec interest nisi, quod hic arab. vocem per prunum, ille autem per pirum vertit, quam varietatem in versione mirari non possumus considerantes vocem أجاص in ipsa arab. lingua peregrinam esse monente Kamuso, quia ج et ص in dictione non conveniunt.

34) Castellus per ἀγγαρεία *angaria*, unde *angarus* ein Frohndienstmann, vocem explicat, quod loco citato autem non convenit. Bene igitur Sachs in opusculo, Beiträge zur Sprach- und Alterthumsforschung p. 141, vocem per *agisto* vertit, nomen a verbo „agistare" derivatum: de quo Voss (de vitiis p. 331) „agistare dicuntur, qui aliena animalia pretio de quo convenerit in sua recipiunt pascua — nec de solis animantibus — sed etiam terris." Nec desiderantur, qui in graec. ἡγεῖσθαι imo alii qui in ἀγιστεύων vocem אגסטן respicere velint.

35) אגיסטרין et איסטרין Gr. ἐξιτήριον, salutatio in discessu; oratio quae habetur in digressu alicujus. Midras Till. Ps, 84 et Ps. 102. Item privilegium sc. a „Caesare concessum". Mid. Till. Ps. 86. Castellus.

conducunt aurificem, Jes. 46, 6. Infin. מֵיגַר ut paulo ante. Itph. Part., וּדְמִתְּגַר מִתְּגַר לִמְאֵירְתָא „et qui mercede conducitur, conducitur ad diminutionem", Hag. 1, 6. Ith. Infin. תבו לאתגרא reversi sunt, ut mercede conducerentur, 1. Sam. 2, 5, in quibus א elisum est. Apud Rabb. sententia proverbialis legitur: אתגרת ליה פרץ עמריה mercede conductus es (ad laborem, etiam vilem) excute lanam ejus, Joma f. 20, 2. Voluerunt eo, a caeptis non esse desistendum, etiamsi labor vilis sit et merces videatur exilis. Linum vel lanam excutere, opus muliebre est et pro viro vile: hoc tamen cum exiguo lucro faciendum potius, quam otio famem pascere. V. Ar. in פרץ primo.

אֲגִיר, אֲגִירָא *mercenarius, mercede conductus*: וכאגיר שנא בשנא „sicut mercenarius de anno in annum", Lev. 25, 53. לא תעשוק אגירא עניא non opprimes mercenarium afflictum et pauperem, Deut. 24, 14. תותבא ואגירא indigena et mercenarius, Ex. 12, 45. אַגְרָא דַאֲגִירָא merces mercenarii, Lev. 19. 13. כאגירא כתותבא sicut mercenarius, sic indigena, Lev. 25. 40. Aff. ולאגירך et mercenario tuo, Lev. 25, 6.

אֲגַר, אַגְרָא *merces*: אֲגַר עֹבָדִין טָבִין merces bonorum operum, Ps. 127, 3 די אית להון אגר טב quibus est merces bona, Eccl. 4, 9. כאגר אגירא juxta mercedem mercenarii, Deut. 15, 18. ארי אגרא הוא לכון nam ea est merces vobis, Num. 18. 31. אגרא דאנשא merces hominis, ואגרא דבעירא et merces bestiae, Zach. 8, 10. Cum Aff. Pronom. יְהַב יְיָ אַגְרִי dedit Dominus mercedem meam Gen. 30. 18. ואשני ית אגרי et mutavit mercedem meam, Gen. 31, 7. אגרך סגי לחדא merces tua multa valde, Gen. 15, 1. ואנא אתן ית אגרך ego autem dabo mercedem tuam, Ex. 2, 9. ויהי אגריך שלימא sitque merces tua perfecta in seculo futuro, Ruth. 2, 12. ביומיה תתן אגריה in die suo dabis mercedem ejus, Deut. 24, 15. על באגריה venit pro mercede sua, Ex. 22, 15. ויהב אגרה et dedit mercedem pro ea, Jon. 1, 3.

Apud Rabbinos non tantum mercedem significat, sed latius etiam *lucrum, optimum et praecipuum alicujus rei*: אי פלגא באגר תרי תלתי בהפסד si dimidium in lucro capit, debet capere duas tertias in damno, sc. locator, Bava m. f. 68, 2 et contra, אי פלגא בהפסד תרי תלתי באגר si dimidium in damno, duas tertias in lucro, f. seq. אגרא דפרקא ריהטא optimum concionis accursus est, i. e., praecipuum concionum est concursus hominum, qui vel non attendunt ad doctrinam, vel non intelligunt, cum ipsemet Rabbi docens non intelligat id, quod docet. פרק, פירקא est caput aut textus Scripturae, qui pro concione explicatur. אגרא דשמעתא סברא „Praecipuum auditae lectionis est propria opinio." Nam auditor inter varias sententias, quae in lectione proponuntur, dubius plerunque manet, nisi sibi aliquid firmi ipsemet statuat. אגרא דבי טמיא שתיקותא „optimum domus luctus est silentium"; h. e. ut patienter feramus. אגרא דבי הלולי מלי „praecipuum domus nuptialis sunt verba", i. e. amica colloquia: אגרא דתעניתא צדקתא „praecipuum jejunii est eleemosyna." Jejunant plerique divites, non ut pietatem Deo exhibeant, sed ut videantur et colantur ab hominibus, liberaliter dando eleemosynas pauperibus, ut et isti habeant, quo post jejunium sese recreent. Haec et similia plura leguntur in Berach. f. 6. סָהֲדֵי שִׁקְרֵי אַגְרֵיהוֹן זִילֵי „testium falsorum merces vilis est". Proverbialis sententia est, quam adducit R. David Malach. 2, 9. אַגְרָא „vectis, pertica". Apud Talm. דדרו באגרא qui portant onus in pertica Betza f. 30a Bab. m. f. 83a, glossa מוט B. Ar. haec adducit cum ד sed in Gem. est ר.

אֲגַר[36] *tectum*. Respondet Hebraeo גג: ut וּסְלִיקוּ עַל אֲגַר מַגְדְלָא „et ascenderunt in tectum turris", Jud. 9, 51. מאגר תוא „a tecto thalami", Ezech. 40, 13. על אגרא super tecto, Ps. 102, 8. על פנת דאגרא in cornu, id est, extremitate tecti, Prov. 21, 9 et 25, 24. היא אסקתנון לאגרא ipsa autem fecerat ut ascenderent in tectum, Jos. 2, 6. Cum affixis pronom. ותעביד תיקא לאגרך et facies loricam tecto tuo, Deut. 22, 8. ית אגריה tectum ejus, Exod. 30, 3. מאגר תוא לאגריה a tecto thalami ad tectum ejus, Ezech. 40, 13. Plur. כעשב אגריא sicut herba tectorum, 2. Reg. 19, 26. דסגדין לאגריא qui procumbunt super tectis, Soph. 1, 5. על כל אגריהון דמואבאי in omnibus tectis Moabitarum, Jer. 48, 38.

אוֹגַר אוֹגְרָא[37] *cumulus, tumulus*: אוֹגַר סָהִיד cumulus testimonii, Gen. 31, 4 in Jonath., ubi Onc. habet יגר, hebr. גל, et vers. 46. ועבדו אוגר ואכלו תמן על אוגרא et fecerunt tumulum et cibum ceperunt illic super tumulo isto, et vers. 51. הא אוגר הדין ecce tumulum hunc, et vers. 52. סהיד אוגר הדין testis est tumulus hic: דלא טמיע באוגרא qui non fuerit occultatus in tumulo, Deut. 21, 1 in Jon. Veneta legunt per ד in medio.

אֱגוֹרָא *altare, ara*. Dicitur tantum de altari, quod idolis servit: וְאַסֵּק עַל אֱגוֹרָא et obtulit super altari, 1. Reg. 12, 33. ארי תרע ית אגוריה nam destruxit altare ejus, Jud. 6, 31. Plur. ואקים אגורין לבעלא et erexit altaria Baali, 2. Reg. 21, 3. שויתון אגורין לבהתא statuistis altaria pudori, id est, idolo pudendo, Jer. 11. 13. וית אגוריא et altaria, 2. Reg. 23, 12. Constructum, אגורי טעותהון altaria idolorum ipsorum, Hos. 8, 11. Cum affixis pronom. וּלְקַרְנַת אֱגוֹרֵיכוֹן „et ad cornua altarium vestrorum", Jer. 17, 1. ויצדון אגוריכון et vastabuntur altaria vestra, Ezech. 6, 4. וית אגורוהי et altaria ejus, 2. Reg. 11, 18. באדכרא בניהון אגוריהון cum recordantur filii ipsorum altarium suorum, Jer. 17, 2. קדלהון דאגוריהון cervicem altarium ipsorum, Hos. 10, 2. אסגיאו פלחן לאגורהון multiplicarunt cultum altaribus suis, Hos. 10, 1.

אִגֶּרֶת אִגַּרְתָּא[38] *epistola, literae*: אידא היא אגרת פטורין „quaenam est epistola demissionis", hebr. ספר

36) א-גַר syr. ܐܓܪܐ γυρ-ός gyr-atus, curvus obliquus, krumm. Sic apud Graec. (Apollod. VII. 180) γυρὰ κόνις pulvis gyratus seu terra obliquà quasi tectum sepulcris pro „tumulo."

37) Lapides collecti (ἀγείρω אגר arab. أجر syr. ܐܓܪ collegit) seu terra cumulata.

38) אגרת ܐܓܪܬܐ persice esse dicit Lorsbach (Stäudlin's Beiträge V. p. 20) انگاريدن pingere, scribere unde انگاره „engera" scriptum; aliter Bernstein.

כריתות Jes. 50. 1. אגרת גט פטורין epistolam libelli dimissionis, Jer. 3, 8. Emphat. וָאֶשְׁדַּר אִגַּרְתָּא et mittam epistolam, 2. Reg. 5, 5. וכתב להון אגרתא et scribit ipsis epistolam, 2. Reg. 10, 6. וכתבת באגרתא et scripsit in epistola, 1. Reg. 21, 9. Plur. אגרין וקורבנין epistolas et munera, Jes. 39, 1. ונסיב חזקיה ית אגרתא et accepit Chiskia literas. 2. Reg. 19, 14. Jes. 37, 14. Apud Rabbinos et Talmudicos: אגרת בקורת vocantur literae, quae publice affiguntur, vel promulgantur de venditione domus vel agri alicujus per auctionem, (ein Gantbrief) in hunc sensum: שדה או בית פלוני עומד לימכר בכך וכך ממון וכל מי שירצה להוסיף יבוא ויתן ager vel domus ista venum it pro tali et tali summa pecuniae. Qui aliquid cupit superaddere, veniat et det. אגרות שום vid. in rad. שום.

אגוריאות [39] *collegia, conventus, coetus*: אגוריאות של גוים collegia gentilium, Git. f. 88, 2 glossa, אסיפות.

אגור *Agur*, nomen propr., Prov. 30, 1. In Jelammedenu, למה נקרא שמו אגור quare vocatur nomen ejus Agur? שאגר quia collegit sapientiam et legem [40].

אֱגוּרִי *olivae mediocris et pinguis species*, sic dicta, ששמנו אגור בתוכו quod oleum suum non perdat, sed intra se collectum retineat[41], Talm. Berach. f. 39, 1. Kelim c. 17.[42]

אגורה *numus, numulus, obolus ex argento*.

אוגרת *acies cultri utrinque scindens, cultur duplicis aciei*, Chol. f. 17, 2.

אֲגַרְדְּמִין, אַגַּרְטְמִין *praefectus mensuris, officialis mensurarius, qui mensuras ex publica autoritate justificat, et signo publico notat, falsariosque punit.* Ba. b. f. 89, 1. In Ba. k. f. 89, 1 scribitur אגרדמים et explicatur סוחר ישמעאל mercator Ismaëlita.

אַגְרָטִין[43] *potus dulces*: ושתה יין ישן ומיני אגרטין et bibit vinum vetus et alia dulcia, Medr. Kohel. c. 1 v. 8.

אַגַּרוּמִי *licentia, facultas, privilegium.* Alibi scribitur אגרמי, alibi הלך ונטל אגרומי ממצרים ivit et accepit licentiam ab Aegyptiis[44], Ber. rab. s. 75 sc. licentiam, ut esset telonarius.

אַגְרָנָא *absynthium.* כְּאַגְרָנָא דְמוֹתָא sicut absynthium mortis, Deut. 29, 17 in Jon. Targ. Hier. pro eo habet לַעֲנְתָּא, quod est ex Hebraeo לַעֲנָה v. אגר.

אַגְרִיוֹן *ἄγριος, agrestis, sylvester vel sylvestris, ferus*: כלב אגריון canis ferus, sylvaticus, Ber. r. s. 77.

אַגְרוֹנִימוֹן *agoranomus, praefectus super victualia vel foro rerum venalium*; ἀγορανόμος, cujus officium dicebatur ἀγορανομία. Hinc לא עם אגרונימון של מדינה non cum agrorum sive proventuum curatore urbis, quia ipse est occupatus בחייה של מדינה cum victualibus urbis, Vajik. r. s. 1. In Jalkut f. 279, 1 legitur אגרונימוס.

אגריפין *agrestes, sylvestres*: סוּסָן אֲגְרִיסִין equi sylvestres, Jer. 5, 8. Rectius diceretur אַגְרִיסִין.

אגריסטוס. In Jalkut Proph. fol. 50, colum. 3. רוח אגרסטוס et explicatur; שלח מיקו ב"לעז hoc est, *sylvaticus Agrestis.* V. ארג, ארגסטוס.

אַגְרִיפַּס Agrippa rex[45].

---

39) אגוריאות [illegible] *αἱ ἀγοραί* (*ἀγείρω*).

*) אַגִירִיסִילוֹן „Nomen cacodaemonis" Sohar col. 446 in Exod. Item אגרת Tract. Pesach. 112 v. בלסיא.

40) Sic apud Syr. [illegible] qui studio sapientiae se applicat.

41) Dicitur et de triticis farina selecta plenis. Bamid rab. IV. חטים אגורי הם teste Menachemine di Lonsano, qui ita legendum esse putat pro חטים אגוריהם, quod omni sensu caret. Ad locum Gen. XLIII, 11, ubi Jacob filios suos ad Josephum ferre jubet מזמרת הארץ „de laude terrae", R. Josue habet in Ber. rab. s. 91 דברים שהן מזמרין בעולם חלזון חמר קטף ומור איגורי vertitque latine Bochartus (Hierz. Lib. V. c. II.) *Ea quae in orbe maxime sunt decantata Chilzon seu purpura, vinum, balsamum, myrrha, oliva.* Vox מור vero (cum in Judaea non proveniat myrrha) ei suspecta, quare pro מור myrrha תומר *dactylus* legendum esse putat. Ipse vero illustris Vir primum in eo erravit, quod vocem קטף per *balsamum* reddit, cum in eodem loco balsami (בלסם קטף) mentio jam fiat, iterumque quod vocem מור a ceteris sejungit, cum ו copulativum huic praefixum satis indicet eam aut ad antecedentem vocem קטף (et quidem קטף ומור *resina myrrhae*) aut ad sequentem איגור (myrrha odoris plena vel, secundum lectionem Bocharti תומר איגורי dactylus in cujus medio dulcitudo collecta) trahendam esse. Ad conservandam autem lectionem tollendasque ceteras difficultates interpretandum mihi videtur: דברים (כלומר יש דברים) שהן מזמרין בעולם *Res*·(sc. sunt s. existunt) *quae efficiunt ut laudent homines Deum*, quibus ad celebrandam Dei laudem utuntur (lego enim מְזַמִּירִת efficiunt ut cantent i. e. laudent pro מְזִמְּרת), hae sunt חלזון *Chilzon* s. *purpura*, quae peniculamento (ציצית) additur, חמר *vinum*, quod libamen effunditur (נסכים), קטף ומור *resina myrrhae* s. *myrrha et balsamum* in suffimento (קטורת) et איגור *oliva* ad lucendum. Quae in Er. Mil. inveniuntur איגור nomen propr. loci esse ab Egra, urbe Arabiae ad Aelanitem sinum, itaque prout de malogranata ex loco באדן, in quo bona atque multa crescebant, item חצירי גבע porra ex loco גבע, taliter et de myrrha, triticis olivaque איגורי dici, sc. quae ex Egra, imo etiam ex Aegypto et India trans Egram deportata sunt, nova quidem vel acuta, sed vera non videntur.

42) אגורה I. Sam. 2, 36 i. q. גרה D. Kim. cum א prothetic. Hinc Graec. *ἀγορὰ-νόμισμα*.

43) *ἄ-κρατον* „vinum merum" יין שאינו מזוג ut ibi explicatur.

44) Tunc temporis quum Aegyptii in illas terras, de quibus sermo est, non dominarentur, bene nonnulli commentatores מִמְּצָרִים „a finibus s. castellis" pro מִמִּצְרַיִם legendum esse monent. Vox אגרומי ipsa a graec. *γρυμέα-γρυμαία* „turba violentium hominum" cum א prosth. formata videtur.

45) In Thalm. hier. Rosch hasch. c. I. hoc nomen ad designandum potentium arbitrium prout *ἄ-γραφος in-scriptum* vertitur diciturque פרא בסיליאוס נומוס אגרפוס *πρὸ βασιλέως(-βασιλεῖ) νόμος ἄγραφος Potenti lex non scripta* ut *ἀδικήματα ἄγραφα* apud Hesy ch.

אגריקוס *praefectus provinciae.* Sic citatur in Ar. ex Ber. rab. s. 12, sed ibi hodie legitur אבריקס ἔνδικος.

אגש Hinc citat Baal Ar. hoc loco, ex Medrasch Echa c. 1, 21. אגשתן אפיכן obdurastis facies vestras. Sed pro eo hodie in nostris libris legitur אקשיתן.

אד אדין באדין *tunc*, hebr. אז: ut, אדין דניאל לביתיה אזל tunc Daniel domum suam se recepit, Dan. 2, 17, ubi Masora notat, tredecim locis in principio versus inveniri, nempe in textu Biblico Chaldaico, non in Targum: באדין דקו כחדא tunc comminuta sunt pariter, Dan. 2, 35.

אדב אדבעא *digitus*: כתיבין באדבעא דיי׳ Scriptae digito Dei, Ex. 31, 18 in Jonat. א ab initio servile est, ut notum. Alias in Targum dicitur אצבע ut hebraice. Est ergo commutatio literarum צ et ד, quae et alias saepe fit.

אדד אודדא *pluma, pennae quibus lecti et cervicalia implentur.* Sic scribitur in Aruch, sed in Gem. legitur אודרא. V. in אדר.

אדדא V. in אדר.

אדדיתא Et hoc vide in אדר.

אדה B. Ar. adducit hinc ואדייה אדויי, q. v. in ידה.

אדהכי *interea*: אדהכי אתא ההוא רביא Interea advenit puer iste. Et aliter, אדהכי והכי interea. Compositum ex עד et הכי.

אדך *exstinguere*, juxta Ar., unde adducit לאדוכי ad exstinguendum, ut idem sit quod דעך. At in Gem. legitur אוכא q. v. in תכא.

אידך *illa, ipsa: alius, alia:* תניא אידך Doctrina vel Traditio alia, in Talmud frequens.

אדכי *adhuc, amplius, praeterea.* Et hic אד pro עד ut paulo ante.

אדכי V. אדכי in ארב.

אדל אדילי Sic adducit hic Ar., pro quo in Gem. legitur אדילו de quo infra in אזל.

אדם *rubere, rubrum, rufum, rubicundum esse.* Hithp. התאדם *Rubrum fieri.* Apud Rabb. in illud, אל תרא יין כי יתאדם ne aspicias vinum, quia rubrum est, Prov. 23, 31; alius dixit: כי אחריתו דם „Quia finis ejus sanguis“, i. e. excitat lites et pugnas cum sanguinis effusione; alius dixit: כי יתאוה לדם נדה quia expetit sanguinem menstruatae mulieris, id est excitat libidines, ut ne menstruatae mulieri parcat, sed ad impurissimam scortationem furens feratur homo. Allusio ad דם. Alius dixit כי מסמיק ליה quia rubram facit faciem hominis. Tanchuma.

Deinde אדם idem quod הדם *Discindere, in frusta secare*: אדומי אדמה in frusta secant eam, Avoda sar. f. 38, 2. Ar. legit per He.

אדמתא *terra,* a rufo colore sic dicta, qui ei in Oriente naturalis. Hebraeum האדמה et אדמה sic quandoque redditur, reliqua autem per ארעא explicantur vel עפרא ut למפלח ית ארמתא ad colendum terram, Gen. 2, 5. מדבח אדמתא תעביד altare ex terra facies, Ex. 20, 24. מעפר אדמתא ex pulvere terrae, 2. Reg. 5, 17. דעבדין מעפר אדמתא quod faciunt ex pulvere terrae, Jes. 45, 9. V. in ארקא.

אדם *Adam,* nomen proprium primi hominis, quem Deus in paradiso creavit, et ab Hebraeis communiter vocatur אדם הראשון „Adamus primus“ et a Chaldaeis אדם קדמאה quod idem. Inde Targ. שבחא ושירא די אמר אדם קדמאה על יומא דשבתא „Laus et canticum, quod dixit Adam primus super diem sabbathi“, Ps. 92, 1. Volunt Hebraei, Adamum primum istius Psalmi autorem esse. De hujus creatione Talmudici doctores inter se disceptant. Alii voluerunt eum creatum fuisse ירא יצירא una formatione, alii שני יצירות duabus formationibus, id est una forma, virili scilicet; vel duplici forma, virili et foeminea simul; ante scilicet habuit frontem et corporis virilis formam, retro sive a tergo frontem et corporis muliebris formam. Posteriorem hanc sententiam probant eo quod dicitur, „et creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit eum,“ et mox „marem et foeminam creavit eos“, Gen. 1, 27. Huc etiam respicit Jonath. translatio, Gen. 1, 27. Item „Retro et ante formasti me“, Ps. 139, 2. Ad quem versum scribunt, דיו פרצופין היו לאדם הראשון duo vultus fuerunt Adamo primo etc. Postea vero Deus divulsit hoc corpus et creavit viro et foeminae proprium corpus cuique. V. Talm. Keth. f. 8, 1. Erub. f. 18, 1. Jalkut Ber. rab. et communes commentatores in haec loca. Qui subtilius corporis humani creationem examinarunt, observarunt id constare ducentis quadraginta octo membris, unde ista Jonathanis paraphasis: וברא יי׳ ית אדם בדיוקניה בצלמא דיי׳ ברא יתיה במאתן וארבעין ותמני אברין בשית מאה ושיתין וחמשא גידין וקרם עלוי „et creavit Dominus Adamum ad similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit eum, cum ducentis quadraginta octo membris, et sexcentis sexaginta quinque nervis et obduxit eum cute, implevitque eam carne et sanguine, masculum et foeminam intra ea creavit eos.“ Kabalistae, qui literarum mysteria sectantur, scribunt, אדם esse, quasi א״פר ד״ם מ״רה „Cinis, sanguis, fel“, quae prolixioris sunt explicationis. Habetur hoc in Talm. Sota f. 5, 1. De sepultura Adami v. Zohar col. 183 in Gen.

אדים *rubrum*: בירי דאדימי pisces qui sunt vel fiunt rubri. Pisces sunt, qui dum capiuntur, sunt albi, capti fiunt rubri.

אדם *rubedo*: *semen muliebre, quod est rubrum.* Savim c. II.

מאדים *Mars planeta,* a rubore sic dictus.

אדום *Edom, Edomaea, Edomaeus populus*: מלכות אדום Regnum Edom. Eo Hebraei Regnum Christianorum et Imperium Romanum intelligunt. Apparet hoc ex infinitis testimoniis: Num. 24, 19. Et perdet superstitem ex urbe, Glossa R. Salomonis: החשובה של אדום והיא רומי praestantissima scil. Edomaeae quae est Roma. Roma autem est praestantissima urbs regni Romani. Nota, verba ista ex Basileensi editione esse omissa. Threnor. 4, 22 in Targ. post ברתא דאדום filia Edom, in quibusdam editionibus Venetis spatium relictum, cui inserunt, רומי רשיעא Roma impia. Tale exemplar penes me est, cui manu Judaei haec verba sunt inserta. Hinc quicquid Prophetae de Edom destructione in ultimis temporibus dicunt, id ipsi de Roma intelligunt et exponunt. Ita enim diserte scribit Kimchi in Obadiam

מה שאמרו הנביאים בחרבן אדום באחרית הימים על רומי אמרו quicquid Prophetae dixerunt de vastatione Edom in ultimis diebus id de Roma intellexerunt. Nota hic iterum, ultima ista verba על רומי אמרו in ultimis editionibus Veneti et editione Basileensi tamquam odiosa omissa esse. Sic pro eo quod dicunt, עם חרבן אדום תהיה תשועת ישראל cum vastabitur Edom, erit salus Israëli; alibi legitur: Quando vastabitur Roma etc. Vide Tzeror hammor in parascha Schophetim et in parascha Pinchas sub fin., Kimchium Obad. 1 ab initio, Jes. 34, 1 et 35, 1 in prima editione Veneta. Rabbi Bechai in libro Cad hakkemach f. 20, 1 explicans locum Jes. 66, 17 המתקדשים והמטהרים אל הגנות אחר אחד בתוך אכלי בשר החזיר והשקץ והעכבר יחדו יספו נאם יהוה qui sanctificant se, et qui mundant se in hortis, post unam in medio, comedentes carnem porci et abominationem atque murem, simul consumentur, dixit Dominus; scribit: *Qui sanctificant se,* אלו אדום isti sunt Edomaei, שרגילין לנענע אצבעותיהם לכאן ולכאן qui solent movere digitos suos hinc et hinc (id est crucis signum facere et eo se sanctificare, ut Kimchius hoc loco habet. Hi sunt qui sanctificant se manibus suis signo crucis quod faciunt). *Qui mundant se,* isti sunt Ismaëlitae, quorum consuetudo est frequenter lavare manus et pedes totumque corpus, non vero cor suum, quod principale est: *Post unam in medio,* his verbis respicit לשתי וערב של אדום ad stamen et subtegmen (id est crucem) Edomaeorum, qua se solent sanctificare: vel certe respicit ad diem festum ipsorum etc. *Comedentes carnem porcinam,* אלו אדום isti iterum sunt Edomaei (R. D. Kimchi אלו הנוצרים isti sunt Christiani: nam Ismaëlitae non comedunt carnem porcinam. Sic est in prima editione Veneta: sed in posteribus et Basileensi haec iterum omissa). *Abominationem et murem, simul consumentur omnes.* Res manifesta est, quod licet dispersi simus et subjecti potestati illorum, scil. Ismaëlitarum; tamen principalis captivitas nostra sit sub Edom, quia ipse deportavit nos et vastavit sanctuarium nostrum. Et quamvis Israëlitae nunc inter 70 populos dispersi essent, tamen non vocaretur haec nostra captivitas, nisi a regno Edom impio etc. Qui vult, videat ibi plura, ubi manifeste sub nomine Edom Regnum Romanum et in genere Christiani traducuntur. De causa propter quam Regnum Romanum ita appellant, varie nugantur. R. Abr. Aben Esra Gen. 27, 40 scribit: Et Roma, quae captivos tenet nos, est ex semine Citthaeorum: Sic enim Paraph. Chald. Num. 24, 24 verba haec וצים מיד כתים et naves de littore Citthim exponit. „Et turmae emittentur a Romanis:“ Estque ipsum regnum Graecum (nam Regnum Graecum et regnum Romanum vult esse idem Gen. 10 ad vocem כתים), quemadmodum exposui in libro Danielis (c. 2, 39): et fuerunt homines pauci, qui crediderunt in Virum illum, quem pro Deo coluerunt. Quum autem Roma credidisset in diebus Constantini, qui totam Legem sive Religionem innovavit et in vexillo suo posuit imaginem crucifixi in manu sacerdotis Edomei, neque in mundo essent qui novam illam religionem reciperent, nisi pauci quidam Edomei, idcirco vocatur Roma Regnum Edom. Alii volunt, Romanos vocari Edomaeos propter Titum Vespasianum, qui sanctuarium ipsorum desolavit. Nam scribunt, Titum Vespasianum ab Esavo ortum esse. Unde est quod in Mass. Gittin c. 5 legitur (quod in Bes Jacob etiam habetur f. 31 col. 4) רשע בן רשע בן בנו של עשו הרשע בריה קלה יש לי בעולמי וכו' impius ille, filius impii, nepos Esavi (hoc est Titus, de quo ibi sermo) etc. Quoniam itaque Vespasianus Imperator Romanus fuit et primus Judaeos Romanis subjecit ac Roma Christianorum caput est, hinc omnes Romanos ac Christianos nunc appellant Edom et Edomaeos. R. D. Kimchi Joël. 3, 19 ad haec verba *et Edom in desertum desolationis erit,* scribit: Meminit Edom hoc loco propter Regnum Romanum. Sic fecit Jesaias c. 34, quod de vastatione Romae agit, prout illic exposuimus. Ita autem nuncupatur, quia major pars Regni Romani constat ex Edomaeis. Ac licet alii etiam populi illis sint commixti ut in regno Ismaëlitarum, tamen denominantur a principaliori. Praeterea rex Caesar (Julius Caesar) Edomaeus fuit. Sic omnes alii reges Romani ipsum consequuti etc. Et mox: Et Edom id est Regnum Romanum est illud quod vastavit templum secundum per Titum illum improbum. Rabbi Moses ben Nachman in Genesin, sub fin. f. 42 scribit: Invenimus in Chronico Josephi Gorionidis et aliis antiquis libris, quod venerit Tzepho filius Eliphas, filius Esavi et contenderit cum ipsis (filiis, nempe Jacobi, patrem sepelire volentibus) propterea; (h. e. propter sepulchrum: quia existimabant potiori jure sepulchrum Esavo, tamquam primogenito, deberi quam Jacobo) donec bellum inter ipsos ortum fuit, in quo praevaluit manus Josephi, ita ut Tzepho, cum selectiori suo milite, caesus et in Aegyptum deductus fuerit, ubi in carcere detentus fuit omnibus diebus Josephi. Mortuo autem Josepho fugit ex Aegypto et venit in Campaniam, regnavitque illic super provinciam Citthaeorum in Roma. Tandem vero regnavit super Italiam fuitque primus, qui templum primum maximumque, quod Romae est, exstruxit etc. In secretioribus quibusdam Hebraeorum libris alia ratio reperitur: Scribunt, animam Esavi in Christum migrasse unde Christus Esau et Christiani Esavitae merito appellentur. Sed haec profundioris et prolixioris sunt disquisitionis et in alium locum a nobis reservantur.

אַרְמִימוּת *Rubedo, rubor, rufus color.*

ארמוני[46] *uvae immaturae*: In Ber. rab. s. 34 in fine: כד ינוקא מתיליד אנא גבלין ליה ארמוני ומשין מחיה דלא יכלוניה יתושיא „quando infans nascitur, subigimus ei massam ex uvis immaturis et inungimus ei cerebrum, ne mordeant eum muscae.“ Sic explicatur in Glossa. Quidam putant esse „Colores rubros“ veluti Minium, aut tale quid. V. דמם.

*) ארמא *Midr.* Till. 94 pro דם sanguis.

46) ﺛﻤﻼﻡ pabulum siccum vel uvae siccae cum א prost. Scribitur etiam cum ב loco ם דברבניות d. q. infra in רבב.

רְמְדוּמָא *rubedo, rubor*, per aphaeresin literae א. In Gem. מצוה להתפלל עם דמדומי חמה praeceptum est orare cum rubedine solis, Schab. 118 b solis scil. orientis juxta illud: Timebunt te cum sole, nempe oriente, quando sol rubere incipit Ps. 72, 5. Et alibi כל שאין מתפלל עם דמדומי חמה quicunque non orat cum rubedine solis, Berach. 29 b.

אדן אוּדְן אוּדְנָא[47] *auris*, ex hebraeo אֹזֶן literis ז et ד permutatis, ut saepe: לשמע אדן ad auditum auris Ps. 18, 45. הלא אדנא מלין תבחן nonne auris verba explorat, Job. 12. 11. ואדנא דחכימי et auris sapientum Prov. 18, 15. Cum Affixis Pron. ואליפת אדני et didicit auris mea. Job. 4, 12. צלי אדנך inclina aurem tuam Ps. 17, 6. ואדנך למימרי דידיעתא et aurem tuam ad verba scientiae Prov. 23, 12. אצלן אודנכון inclinate aurem vestram, Ps. 78, 1. Respondet Hebraeo אזנכם, quod singulare דמטמטם ארניה quae obturat aurem suam Ps. 58, 5. ותתן באודניה et infiges in aurem ejus Deut. 15, 17. אטפשת אודנהון incrassata est auris ipsorum Jerem. 6, 10. Plur. אודנין להון ולא שמעין aures sunt ipsis et nihil audiunt Ps. 115, 6. ואודנין למשמע et aures ad audiendum Deut. 29, 3. ואודנין מקבלי אולפן et aures accipientium doctrinam Jes. 33, 3. Con באדני דסכלא in auribus stulti Prov. 23, 9. Cum Affix. Pron. שמעָן אדני audiverunt aures meae Ps. 92, 12. קל עָאנא הדין באדני vox gregis hujus in auribus meis 1. Sam. 15, 13. באודנָנא שמענא auribus nostris audivimus, Ps. 44, 2. ותצלי אדנך לחכמתא et inclinabis aurem tuam ad sapientiam Prov. 2, 2. ואודנך ישמען פתגמא et aures tuae audient verbum Jes. 30, 21. ובאודנך שמע et auribus tuis audi Ezech. 40, 4. ותנויי באודניכון et enarrationem meam auribus vestris Job, 13, 17. תרתין אודנוהי ambas aures suas 1. Sam. 3, 11. ואודנוי et aures ejus, Ps. 34, 16. ואודניהון מתקבלא באודנוי accipitur auribus ejus Ps. 18, 7. ואודניהון יקירו et aures suas aggravarunt Zach. 7, 11. קדשיא די באודניהון monilia quae sunt in auribus ipsorum Gen 35, 4. ובאודניהון ישמעון et auribus suis audiant Jes. 6, 10. Apud Talmudicos idem et contracte אונא. Hinc illud proverbiale de contemnendis injuriis et convitiis אם אמר לך חד אוניך דחמר לא תיחוש תריין עתיד לך פרומבי si dicat tibi quispiam, una auris tua est auris asini, ne cures: ambae[48] (aures tuae sunt aures asini) parato tibi frenum Ber. rab. s. 45. Proverbium, quo monent patienter ferendas esse injurias et maledicta. Simile vide in אכף. In Ar. citantur in radice עָתר, sed prave, nam legendum עָתיד. In Jalk. 21 d pro פרומבי legitur פרומי hoc est מסוה „velamen". כי אותבוה באונאי quia reposuerunt illud in aures meas, Chol 105 b. Metaph. *manubrium, ansa:* אונא דזיקא „ansa utris vel lagenae", Gittin 69.

אִידְנָא *cupa*. Sic adducit Ar., sed in Gem., unde citatur, legitur אגנא, de quo supra in אגן.

אִירָן[49] *salix*, aut *species salicis, cui lanugo adnascitur*, Talm. ולא בפתילת האידן neque cum ellychnio salicis, id est materiae laneae salicum, Schab. c. II. in initio. Nasci tradunt hanc inter corticem et lignum, quae mollitie sua lanam refert, ac propterea ellychnio sit apta. Hac materia lychnos sabbathinos incendere prohibitum.

אדון *Dominus*.

אַדְנוּת *dominatus, dominium*, vocabulum quod dominum et dominium significat. Unde dicunt Rabbini, כל לשון אדנות קרוי בלשון רבים אפילו יחיד omne vocabulum dominii vel nomen אדן effertur numero plurali. etiam de unico. Meminit R. Salomon Jes. 19, 4. Vide et eundem Gen. 35, 7. Sic dicunt, nomen. tetragrammaton יהוה vocatur שם המפורש quia המפורש בלשון אדנות exponitur et profertur per nomen אדן.

אַדְנֵי[50] *heliotropium*, „herba, inquit R. Salomon, cujus folia mane inclinant se versus solem, meridie erecta sunt, vesperi rursus incurvant se versus occidentem solem". Herba est, quae vocatur מ״לווא Malva, scribit idem. At huic istam naturam herbarii non ascribunt. In Gem. חזי תרנגולי בדברא או עורבי אי נמי ארני vidit gallinas in trabe (sedentes) etiam corvos (in arboribus) aut etiam heliotropia (versus solem inclinata) Schab. 35 b, nempe lucente adhuc die vidit gallinas jam conscendisse trabes quietis nocturnae causa etc. In glossa scribitur אדאני, unde apparet, in medio esse per Kametz legendum.

אדייני[51] *tentorium, tabernaculum:* vel juxta alios *specula alta custodum agrorum*, legitur in Moëd kat.

---

47) Syris: ܐܕܢܐ arab. أُذُن hebr. אזן graec. οὖς ὠτ-ός auris Ohr. Ita et graec. ἐνωτίζω pro ἐν-ωτιδ-ι-ω ut Hebraeorum אִזֵּן et Arabum أَذِنَ aurem accommodavit i. e. obsecutus est.

48) Aliter Matnath Kehuna hoc proverbium ad lat. „vox populi etc." vertit explicans: unus sociorum si tibi dicat auris tua est auris asini, ne crede, duo (sociorum) autem etc., cui expositioni sensus loci magis favet.

49) „Ada apud Tyrios dicit Bochartus inserto י, quomodo ביר pro בר". Inde graec. ἰτέα ἡ.

50) Status const. num. plur. propter numerosam copiam specierum ad familiam heliotropiorum pertinentium. Vocabulum ipsum referendum puto ad linguam institutosque Phoenicum, qui hanc plantam de affinitate soli Adonidi idolo consecrasse videntur. Hoc enim clarum, Phoenices Adonim pro sole sumsisse, et finxisse illum ab „Apro hirsuta et aspera fera", ictum, quod „aspera" fit et „hirsuta hiems", per quam solis vires paulatim deficiunt. Hinc festum Adonidis mense Junio ܬܡܘܙ apud Syros Hebraeorumque תמוז, de quo Ezech. VIII. 14, circa solstitium videlicet aestivum, quo sol Boreales partes relinquendo ad Australes commeat, celebrabant, plantamque solis accessum et recessum denotantem (unde nomen helio-tropium [ἥλιος et τρέπω] Sonnenwende) numini, ut jam diximus, consecravere vel de nomine Adonidis אדן appellavere. (Vide Macrob. Lib. I. Saturn. cap. XXI.) Ex dictis rationem concludere possumus ad speciem heliotropii. Unica enim species „H. myosotoides" est, quae inter tam numerosam copiam hujus speciei in Phoenicia provenit proinde etiam ea, quae hoc nomine designata est. V. Ersch et Gruber.

51) Aut. nost. mendose lectionem ut S. Ar., interpretationem vero secundum illam lectionem habet, quam Mussafia

f. 21 a et in B. batra f. 144 a, ubi in glossa monetur, in quibusdam libris legi אידוני, quasi a דְּרא *respicere, circumspicere.* Sunt etiam qui exponunt *cisternam aquarum tectam.* Sed ea expositio locis adductis non quadrat.

ארני שרה *adne agri,* Kilaim c. 8. bestia est in agris vivens sub terra, forma et specie humana, voce etiam et sermone utens, sed qui non intelligitur. Sine periculo mortis nemo ad eam accedere potest. Agnoscitur autem ex herba quadam crassa et magna, cujus radix ejus umbilico implicata est. Venatores ergo istam herbam telis et sagittis tamdiu petunt, donec ab umbilico ejus divellatur, et tunc statim moritur. R. Majemon scribit Arabice vocari אל נאנס *Alnanas* quasi sit Nanus[52], ho-

---

nobis conservabat. Hic enim qui per „tentorium vel tabernaculum" vocem explicat, אפרניה legit, rursus ille, qui ut Aut. nost. אודייני habet, eam per מכתשת „mortarium" reddit.

[52]) Similitudine vocabulorum in errorem inductus Aut. nostr. homunculum, imo potius hominem exiguorum membrorum (ננוס *νανος* nanus) a Talmudicis feram haberi docet. Aperte tamen Maim. נאנס vocem arabicam esse dicit ad للنسناس ut videtur spectans, fabulosum quoddam animal, cui dimiati hominis forma apud Arabes tribuitur veluti *μονοσχελεῖ* spectro apud Graecos. Ipse quoque Maim. de hoc animali non aliter quam de animali fabuloso narrat. Ita enim ille: ארני השדה הם חיות הדומות לבני אדם ואומרים המספרים חדושי העולם שהיא מדבר דברים רבים שאינם מובנים ודבורו דומה לדבור בני אדם שמו אל נאנס בלשון ערב. Adene hasade ferae sunt hominibus similes, „quin iis auctoribus, qui res novas in orbe referunt" profert hoc animal verba, quae non intelliguntur, quamvis sermo illius ad humanam accedat. Nomen arabicum est אל נאנס (verisimile אל נסנאס). Hactenus Maim.

Res vero satis clara; dubitari nequit quin *simia* sit de qua disputetur. Nec cognitio speciei obscurior conferenti ea, quae de animali ארני השדה Talmudici tradunt, cum descriptione, quam apud Aristotelem de *cercopitheco* simia invenimus. Hic enim (Lib. II. Historiae c. IX.) *οἱ δὲ κῆβοι* inquit *ὅμοια ἔχουσιν ἀνθρώπῳ πάντα τὰ τοιαῦτα*; et illi (Bar Klonimus scilicet, Abarbenel in Jes. VIII., R. Salomo ben Melech in Michlal Jophi ad Lev. XX. et R. Obadia de Bartenora ad Cod. Sanhedrin VII.) parva variatione ארני השדה ajunt חיא חיה שיש לה פרצוף וגוף כבני אדם. *κῆβος* vero juxta Aristotelem cercopithecum (speciem simiae caudatae in montibus Aethiopiae, quam nos Meerkatze aut, ut nomen lat. et graec. sonat, geschwänzter Affe appellamus, *κερκο-πίθηκος* cerco-pithecus) significare ex capite octavo ejusdem Libr. elucet, ubi *ἔστι δὲ ὁ μὲν κῆβος πίθηκος ἔχων οὐράν* cet. Accedit quod ארני חשרה in Talm. hier. c. VIII. ברנש דטור i. e. *homo montanus* appellatur, montem Aethiopiae autem praecipue esse, de quo Talmudici multa miraculosaque narravere, ex Tract. Tamis f. 32 intelligere potes, sicuti secundum Plinium (Lib. I. c. 21) eundem montem designatum invenis, in quo cercopithecus nascitur Ita et Romani quam maximam similitudinem cercopitheco cum homini tribuerunt. Hinc Var. apud Nom. III.: quid dubitatis utrum nunc sitis cercopitheci an colubrae an belluae? ct Martial Lib. XIV. epigr. 202 „Callidus inquit emissas eludere simius hastas. Si mihi cauda foret, cercopithecus eram". Haec similitudo causa mihi videtur quare historici Romani, quotiescunque in mentionem hujus animalis cadant, nomine *cephus, cepus v. cefus* de eo utantur neque cercopithecum eum appellent aut feram esse dicant. Ita enim Plinius (l. VIII. c. 28.): „Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chama cet. Idem ex Aethiopia, quas vocant *κήπους*, quarum pedes posteriores cet." Solinus, ubi de Aethiopia „iisdem ferme temporibus (quibus Circenses exhibuit Caesar Dictator) illinc exhibita monstra sunt. *Cephos* (al. cefos) appellant, quorum posteriores pedes etc." scribit. Tali modo et Graeci et prisci Hebraei, (i. e. Israelitae temporibus Salomonis, quo regnante cephus ad Israelitas ex iis oris, quas Salomonis classis adnavigabat, nempe ex Troglodytis in ora Aethiopiae translatus est I. Reg. 10. II. Chron. 9), nomen Aethiopicum *cephus* in suis linguis קוף et *κῆβος κῆβον* s. *κεῖπον* uti nomen gentile incolume conservabant, quum uti Talmudici de ארני שרה Arabesque de النسناس utrum homo an fera esset, dubitarent. Imo etiam soluto dubio et feram esse cognito descriptio de hac fera tam varia, tam multiplex tamque diversis narrationibus mixta, ut mirari non possimus, quod veteribus spectrum fabulosumque animal visa sit. Parum nempe semihomo a narratione abest, quae animanti cuidam similitudinem cum homine ac simul cum fera tribuit. Hunc quidem semihominem fabula arabica atque graeca, si ita dicere licet, a dextra in sinistram, talmudica vero a superna in infimam partem corporis divisit ita quidem, ut huic spectrum evaderet, quod fera est ab umbilico, sed parte, quae super umbilicum est, non est fera; iliis vero النسناس et *μονοςκελεῖς*, cui dimidiati hominis forma est, caput scilicet et collum et pectus dimidia, venter quoque dimidius, oculus unus etc. Ad cercopithecum igitur simiam fabula spectare videtur, si apud Graecos de *μονοςκελεῖ*, apud Arabes de النسناس et apud Talmudicos de ארני השדה tam multa atque miraculosa narrantur. Obscurior sensu etymologia vocis plurimos lexicographos latet. Solus Bochartus, qui vocem ad etymon אדם *homo* reducere conatur et ארני השדה ut ארמי השדה (plur. nominis. אדם? mutato מ in נ ut נוף pro מוף *Memphis*) *homines agresti* vertit. Mihi quidem ut verum fatear, probabilis non videtur etymologia, quae in hebr. lingua ab אדם plur. formare tentat, animosum me autem fecit ut et ego pro corollario sententiam meam adderem. Illo enim clarissimo doctissimoque Viro etymologiam usui linguae quam maxime oppugnantem docente et mihi fore indulgentiam Lectoris spero dicenti sententiam, quam tacuisse fortasse praestitisset. Prout quidem supra diximus, ארני השדה simia est, cui in Aethiopia, ubi nascitur *cephus* nomen est. Consonat vero hoc nomen cum illo regis Aethiopiae cui etiam nomen Cephus erat. In vulgus igitur attributum regale ארון *dominus s. princeps* ad simiam „cephum" translatum est, quod eo magis fieri necesse erat, quod Judaei Aethiopiam terram inhabitalem haberent (Tamis f. 32) et in hac terra de principe dici non licere, nisi de principe ferarum putarent. Translato itaque illo Cepheo rege in coelum idoloque facto, Judaei, sicuti de idolis generatim אליל dicunt i. e. *debilitas s. nihilum,* aut עצב *dolor s. moeror*; ita per ironiam voci אָרוֹן abjecto ו interpunctationem vocis אבן *lapis* subscripsere

muncio brevissimae staturae, ein Zwergle. Quidam putant esse animal ירוע, unde nomen habet ידעוני *hariolus*, de quo in lege Mosis.

הְאִידָּנָא אִידָּנָא[53] *nunc, hodie, hoc tempore*, Talm. ortum est ex Chaldaeo עִדָּן tempus, per commutationem gutturalium, זיל האידנא ותא למחר abi nunc et veni cras. עד האידנא usque nunc, usque ad illud tempus.

אֲדוֹנְקֵי אידונריקי[54] *magnates, proceres, satrapae*: חֲשׁוּבִים interpretantur, id est *honorati, aestimati, dignitate praestantes*. Talmudici eo utuntur de quinque Satrapis Philistaeorum, qui Jos. 13, 3 vocantur סרני. Dicunt enim de iisdem ארונקי שלהן חמשה satrapae ipsorum sunt quinque, Chol. 60 b. In R. David Jos. 13 pro ארונקי legitur אידונריקי et sic in R. Salomone, qui textum istum talmudicum citant. In Jalkut ארנרקי.

אֲדַק *adhaerere, cohaerere, inhaerere, conjunctum, compactum* esse. Praet. ארק משכתון על גרמיהון adhaeret cutis ipsorum ossibus ipsorum; hebr. צפד Thr. 4. Itph. Part. חד עם חבריה מתארקין quilibet socio suo adhaerent, hebr. ידבקו Job. 41, 8. שלדי בסריה מתארקין tori carnis ejus cohaerent; hebr. דבקו Job. 41, 14. Fut. ויתארקון בכון ne adhaererent vobis; hebr. דבקו Deut. 28, 60 in Jonath. Pahel, Futur. יאריק מימרא דיי בכון faciet verbum Domini, ut adhaereat vobis pestis, Deut. 28, 21 in Jon. Apud Rabbinos כל ימי הייתי ארוק בפסוק ובדקדוק omnibus diebus meis adhaesi (addictus et deditus fui) sacrae Scripturae et Grammaticae: Elias in Praefatione in lexicon Tisbi. ארוק במצות adhaerens praeceptis, observationi legis et pietati totus addictus. Talm. אחד ארוק בטופס ואחד ארוק בתורף unus adhaeret scripturae contractus et alter adhaeret inscriptioni nominum; כששניהם ארוקים בטופס ושניהם בתורף quando autem duo inhaerent scripto exemplari et duo inscriptioni nominum, Bav. m. f. 7 b. תורף est spacium, quod relinquitur in literis contractuum pro inscriptione personarum, loci et temporis: טופס est scripta forma literarum contractuum. Vide in istis radicibus. שנים ארוקין בשטר duo adhaerent uni contractui, nempe creditor et debitor. Creditor dicit: mea est obligatio et hactenus insoluta: debitor dicit, mea est, solvi debitum, ac restitueras mihi obligationem, sed excidit mihi, amisi eam et tu reperisti, Metzia 7 a.

אֲדָק *aqualis, vas hortense irrigatorium*. Hic scribitur in Ar., sed in Gem., unde citatur, scribitur ארק V. in ריק.

אדיק v. in דוק.

אדר *assilire*. Sub hac forma adducitur in Ar., sed vide de eo in דרר.

אֲדָר אדר[55] *Adar, Februarius mensis, qui hebraeis duodecimus est, facto initio a Nisan sive Martio ex institutione Mosis*. Hic quarto quoque anno duplex, et secundus vocatur וַאֲדָר; is embolismicus sive intercalaris. Prior vocatur Adar primus, alter Adar secundus sive posterior: לחדש שנים עשר הוא חדש אדר usque ad mensem duodecimum, iste est mensis Adar, Esth. 3 in hebraeo. Sic Targ. לירחא תרי עסר דהוא ירח אדר. In secundo Targum pro eo legitur, כד מטא לסוף תריסר ירחי שתא דאיהו ירחא דאדר חדא quum pervenisset ad finem mensis duodecimi in anno, qui est mensis Adar primi. Et c. 9, 31. באדר בתראה בזמן עבורא (ad confirmandum dies sortium istos) in Adar secundo sive posteriore tempore embolismi.

אִדַּר *area, horreum*. Respondet hebraeo גֹּרֶן[56] ut מְבַדֵּר יַת אִדַּר סְעוֹרִין ventilat aream hordeorum Ruth. 3, 2. Emph. כמא דמפרשין מן אדרא sicut separant ab area, Num. 15, 20. למידש ית אדרא ad triturandum horreum Jes. 21, 10. דמיא לאדרא similis est areae Jer. 51, 33. מאדרא ומטעצרתא de area et de praelo Hos. 9, 2. Cum Affix. ואדרך יכנוש et horreum tuum colligat Job. 39, 15. מאדרך ex horreo tuo, Deut. 16, 13. מענך ומאדרך de gregibus tuis et de horreo tuo Deut. 15, 14. Plur. בָזְזִין יַת אִדְּרַיָּא, spoliant horrea, 1 Sam. 23, 1. עד בית אדרי דאטד usque ad locum horrei Atad Gen. 50, 10. 11. מן אדרי קיט ex areis aestatis Dan. 2, 35.

אֲדָרָא[57] *velum navis*. Sic babylonice dictum fuit, quod in Mischna vocatur נֵס. Id hebraice *vexillum* significat, unde ad vexillum navis translatum, quod vocatur velum, carbasus. Scribitur in Gem. אדארא, unde media vocalis apparet A., Bav. b. c. 5 in principio.

אדרא *cedri vel alterius cujusdam praestansissimae arboris species*, Rosch hasch. f. 23 a. Sic etiam citat Aruch ex Sanh. f, 108 b, ubi nunc pro eo legitur ארא. In Gitt. f. 69 b. טרף אדרא folia hujus arboris dicuntur contra febrem conducere. Alibi הרוצה שיתקיימו נכסיו יטע בהן אדרא qui cupit ut stabiliantur et firma sint bona

---

et pro אֲדֹנֵי הַשָּׂדֶה, *principes agri* i. e. ii, qui in deserto dominantur אַבְנֵי הַשָּׂדֶה *lapides agri* (ut est in Job. VII.) dixerunt. Vide annotata nostra ad נבחן (Anabis latrans apud Aegyptos) in נבח, atque ad איש כלבי (*Ἀσ-κλήπιος* apud Phoenices) in כלב.

53) הַ־אידנא cum ה articulo emphatico ut Hebraeorum היום *ἡμέρα, τῇ ἡμέρᾳ* ho-die „hoc" tempore.

54) *ἐθν-άρχης* gubernator populi.

55) אדר آذار Arabibus (sextus mensis quando initium fit a Tisrin priore i. e. Octobri) et Syris ܐܕܪ dictus ab איר ariete, in quem sol Martio mense ingreditur, ut dicit Michaelis. Castellus vero ad persic. *ator* i. e. „fulmen, ignis" vocem refert. Cf. etiam Movers. Phoen. I. 340. sqq. et Benfey: über die Monatsnamen einiger alter Völker, p. 61, 62.

56) Hinc Talmudici de Synedrio magno, quod ad judicia in semiorbiculo, sicut dimidia area, sedebat, mox hebr. גרן (Chol. 5a) mox chald. voce אדרא (Midr. Cant. ad verba שרך אגן הסהר, ubi pro שָׁרְרֵךְ, שְׂרָרֵךְ *principatus* legerunt in literisque ג et נ vocis אגן literas vocis גרן respexerunt) utuntur. Itaque Aut. nost. vocabulum אדרא de Synedrio dictum non citat, quoniam de eo in גרן. At Muss., qui vocem graec. esse dicit, ad *ἕδρα* sedes (impr. sedes honoris ut *τιμίαν ἕδραν ἔχειν* apud Aesch.) spectat.

57) אדרא cedrus, seu pertica cedrea, cui velum vel carbasus affinguntur (Ezech. 27. 5), per Synecdochen pro toto i. e. pro vexillo s. velo navis. א in medio ad indicandum numer. plur. more Arabico loco י Hebraeorum.

sua, plantet in eis arborem Adra, juxta illud אדיר במרום יי' fortis est in excelso Dominus Ps. 93, 4. Betza 15b. Hinc videtur dicta esse haec arbor, quasi אדיר magnifica, robusta. In Ar. parvo hoc ita enarratur. *Faciat ex eis eleemosynam* et Adra est species arboris infrugiferae et magnae, ramosae et frondosae, ex qua si sepes agro circumducatur, nulla bestia in eum potest ingredi et conservatur perpetuo[57a]. Schindlerus ponit: אדרא cedri species, arbor ferens lanam.

אדרא *spina, os piscis,* עצם של דג Schab. 67a. Cui spina piscis in palato haeret, dicat נננעצת כמחט ננעלה כתרים שיישא שיישא; remedium magicum et superstitiosum. Baal Aruch legit cum duplici Daleth אדדא.

אִדְּרָא *lana, pluma, muscus, molle quodvis, quo pulvinaria replentur, aut aliquid obturatur.* אודרא בפומא דאשישא lana in orificio lagenae, Schab. 40a. אודרא מבי סדיא pluma ex cervicali, Ber. 56a. Ar. et haec adducit per geminum Daleth.

אֲדוֹרָה[58] adducitur hic in Ar. sub אדר pro „morticino". V. in עדר.

אדרייתא. Adducit Ar. et hoc in אדר pro *pellibus, sive saccis pelliceis*, sed in Gem. scribitur אורוותא, quod significat, *praesepia*, de quo infra in ארה, ubi vide.

אַדְרִיבָא *Lethech, mensura aridorum dimidii cori seu quindecim searum*, Tal. Erub. 102a. Bava met. 80b, Munsterus in אדרא exponit *Dimidium Lethech*, contra Glossatorem Talmudicum.

אדרבא, אַדְרַבֵּי *contra, e contrario*, Talm. R. Joseph dixit: Quam insignis es vir hic, cui factum est tale miraculum. R. Abhai dixit: אדרבה כמה גרוע e contrario, quam vilis est vir hic, propter quem opus naturae mutatum est. Schab. 53b.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא *senatores, proceres regni*, Dan. 3, 2. Nomen persicum. R. Sal. putat esse nomen nationis vel gentis alicujus. Ab. Esra scribit, se ejus et sequentium interpretationem nescire. R. Saadias existimat esse *magnates, proceres,* quasi באדר גזרין cum magnificentia et autoritata decernentes et statuta ponentes.

אַדְרַזְדָּא *diligenter, festinanter,* יִתְעֲבֵד אַדְרַזְדָּא fiat festinanter, Esth. 7, 3.

אַדְרִיוֹנְטוֹס *summitas, cacumen.* In Med. Tanchuma s. אלה פקודי Ex. 38. מתוך שאני מפיל את הכסים האדריונטוס נופל dum ego diruo basin, cacumen concidit. Aut est *effiges, statua viri.* ἀνδριάς. Bildnis, In Ar. adducitur אדריונטים ex Ber. r. s. 8. sed ibi hodie legitur איקונין effigies. De eo in ordine אנר.

הַדְרִיכַל, אַדְרִיכַל *architectus;* talm. idem quod in Targ. אַדְרִכְלָא, de quo in ordine ארד. In Jalkut f. 4. c. 3. משל למלך שבנה פלטין על ידי אדריכל simile est regi, qui aedificat palatium per manus architecti. Explicatio, חכם חרשים *sapiens artificum.*

אַדְרַכְתָּא v. in דרך.

אַדְרַמֶּלֶךְ[59] *idoli nomen* 2. Reg. 17, 31. R. David et sic Talmudici scribunt, esse idem quod פרד mulum portantem onera regis, a דור portare, unde דָּרֵי טוֹעֲנָא portantes onus, bajuli. V. R. Davidem citato loco. Apud Talmudicos de Adrammelech et Anammelech, de quibus in libro Regum ומאי ניניהו הפרד והסוס quidnam sunt ista? mulus et equus (i. e. Adrammelech est cognomentum muli: Anammelech cognomentum equi) אדרמלך דאדר ליה למריה במטונה Adrammelech sic dicitur, quia portat domini sui onera, Sanh. 63b.

אַדְרִימוֹן *n. proprium loci*: In Vaj. rab. s. 35. משל למקום אדימון שהוא משובש בגייסות simili hoc est loco Adrimon, qui pertubatus est ab exercitibus, turmis. Puto esse corruptum ex Graeco ἔρημος, ἔρημον „desertum, locus non inhabitatus," ut sensus sit: *loco qui plenus est latronibus.* Sic in Glossa dicitur significari מקום שמם ומצויים שם לסטים. Hinc melior est lectio Ar. אריטון, sine Daleth.

אִדְרוֹן[60] *cubiculum, conclave, caenaculum:* מן אדרון עילא de conclavi superiori venit tempestas, hebr. מן החדר Job. 37, 9. לבית אדרון בית מלכותיה in conclave domus regiae, Esth. 2, 16. באדרון בית מדרשא in conclavi scholae Mosis praeceptoris ipsorum, Cant. 3, 4. באדרון בית משכבא in conclavi cubiculi, Jud. 16, 9. 12. ועל לאדרון בית משכבא et ingressus est in conclave cubiculi, Gen. 43, 29. Sam. 13, 10. לאדרון בית מלכא in conclave regis, 1. Reg. 16, 18 מאדרון בית משכביה e conclavi cubiculi, Joël. 2, 16. Plur. וְאִדְרוֹנֵי שִׁטְרֵי מַזְּלַיָּא et conclavia dominii pla-

---

57a) Mussafia vocem pro δρύς quercus cum א prost. habet, at Jarchi, qui explicat esse arborem, cujus odor s. exhalatio blattis tineisque intolerabilis, ad cedrum κ-έδρος, imo potius ad resinam cedri, quam cedrium κέδριον vocant, spectat; suos enim resina antiqui mortuos et quodvis longum tempus conservare volebant, linebant, ne putrescerent, inde Horatius carmina conservandi digna „carmina linenda cedro" dicit.

58) δέρας „pellis, cutis" cum א prost. ad sententiam Mussafiae. Castellus autem pro אדורה legit אֲדוּר vocemque per c-adaver explicat.

59) אדרמלך, quocum conjungendum nomen ענמלך. His, diis Sefarvajim, Sipporaei comburebant filios suos, 2. Reg. 17,31. uti Judaei deo Molekh, 1. Reg. 12, 7. 2. Reg. 23, 10. Posterior pars utriusque vocis eadem est, derivanda a verbo מלך, ut הַמֶּלֶךְ; uterque igitur rex deorum hominumque. Priorem vocis אדרמלך partem nonnulli voluerunt esse hebraicam a radice אדר (= clarus, illustris f.), ut sit rex clarus. At fuit deus *Sipparaeorum*; rectius igitur derivatur a persico آذر s. اذر, ut sit „rex ignis, rex igneus" (nam Sipporaei Persae fuerunt, Jos. ant. 9, 14, 3). Neque modo dei sed etiam hominum nomen est; ita filius Sanheribi vocatur Adrammelekh, Jes. 37, 38. Apud Plutarchum (de Iside 13) per metathesin legitur *Μαλκα ν δρος* = מלכאדר. Alterum nomen ענמלך difficilius videtur, nisi priorem partem cum Moversio habere velis עין, ita ut sit oculus regis (i. e. Jupiter-Sol). Rectius fortasse respicitur pers. غنم „pecus" ut sit „rex pecoris" (cf. Hyde de rel. veter. Pers). Utrumque nomen in unum coniunctum legitur Tob. 1, 2 saepius: Ἐνεμασσάρ = ענמאור.

60) A pers. اندر *intra* intus, in. i. e. interiora aedium conclavia. B. Ar. vero, qui vocem graecam habet ad gr. ἀνδρών spectat.

netarum, Job. 9, 9. Apud Rabb. אדרונא דאית ליה ארבעה באבי conclave, cui sunt quatuor januae: על לאדרונא ingressus est conclave. Dicitur et אַנְדְרוֹנָא.

אַדְרוֹפִּיקוֹס *hydropicus*, Rab. אם המים רבים על הדם נעשה אדרופיקוס si aqua copiosior sit sanguine, fit hydropicus.

אֲדַרְנְתָא. honor, gloria, ab Hebraeo הדר Talm.

אהב „amavit", hebr. Rabbini usurpant etiam in Hiphil, הֶאֱהִיב amare facere, amabilem reddere. להאהיבם ולהאהיב תורתם ad amabiles, charos reddendos eos et legem ipsorum.

אהל אֲהַלָא *smegma, sapo*[61]: וְדַכְּאִית בְּאַהֲלָא ידי et mundavi smegmate manus meas, hebr. בְּבֹר Job. 9, 9. Apud talmudicos, ולא בנתר ולא באהל neque nitro neque sapone. Scribitur et אוהלא in Ar. at in Gemara sine ו. Unde מאי בורית אהלא quid est בורית? idem quod אהלא. At alibi traditur, בורית ואהלא, ergo diversa sunt, תרי גווני אהלא duae species smegmatis, Schab. 90a. Item saponaria, herba, Schab. 50b.

אַהֲלוֹיֵי „saponarii, vendentes saponem, aloën, myrrham", et similia, Nedar. in fine.

אֹהֶל אֲהֳלָא *tabernaculum*. אהל זרוק Tentorium disjectum, id est, מטולטל vagum, pendulum inter terram et aërem, Chagiga f. 25, 1.

הֶאֱהִיל „tabernaculum fecit, pro tabernaculo habuit vel instituit aut posuit: tabernaculum fixit sive expandit", vide in Oholoth c. 15 in fine.

אהן אַהֵן is, ille, hierosolymitane: אהן דזבן הות מר קיקילתא זבנית סימא לא זבנית ille qui vendidit agrum, dicebat agrum vendidi, thesaurum non vendidi; אהן דזבן ille qui emit, dicebat etc. Talm. hieros. Metzia c. 2 et alibi. Aliquando etiam התן: ut והתן דמקבל כתבייא et ille qui accipit literas, Talm. hier. Schab. c. 12, f. 13, col. 4.

אָהִינָא[62] *dactylus immaturus, grossulus dactylorum:* מאן דאכיל, אהינא כדירא אליבא ריקנא qui comedit grossulum dactyli acerbum stomacho vacuo sive jejuno, Bab. m. f. 113b. Ejus scil. nulla est medicina, ut ibi proponitur: אהינא סומקא dactylus immaturus rufus, Chol. f. 46 b. אהיני דטובינא dactyli Tufjanaei, qui Tubhianae crescunt. Locus fuit, ubi palmarum fructus vix ad maturitatem perveniebant: קיבורא דאהיני ramus dactylorum immaturorum, Sanh. f. 26 b.

אהר אוֹהֲרֵי[63] „nassae vimineae ad capien dos pisces" למיגדל אוהרי ad conficiendum nassas, Moëd cat. f. 11 a. באחלי ואוהרי de retibus avium et nassis piscium nemo dissentit, Gitt. f. 60 b. Male in Munstero scriptum singulariter אוהרי. Litera autem ו ab initio indicat cholem vel schurek.

אֲהוּרְיָרָא „praefectus stabili equorum", Stallmeister. אהורייריה דר'[64] הוה עתיר משבור מלכא praefectus stabuli ipsius Raf ditior fuit quam Schavur rex Persiae, Schab. f. 113 b. Bab. m. f. 55 a. Glossa ממונה על הסוסים praefectus equorum. [אֲהֲרוֹנֵא n. pr. loci, 1. Chron. 1, 30.]

אוב „Python", genius ex ventre ceu utre loquens, Lev. 19 et 20 et alibi. Vide Aruch in princ. in אוב. Plur. אובות Pythones: utres, testae, lagenae. Vide Ab. Esram Job. 32, 19. Majem. in Hilch. עכום c. 6. Selden, de Diis Syris p. 39. אובא טמיא v. in טמא.

אוג *arbusti cujusdam ruber fructus*, qui et editur et ad aptanda ac tingenda coria Cordubapa adhibetur": arabice אלסומאק: vulgo, scribit quidam, קורניילי: Talm. Peah. cap. 1 et 3. Demai c. 1. Maaseroth c. 1.

אֶוְגִינוֹס *generosus*, clara prosapia et familia natus. Graecum est εὐγενής, unde pro ultimo ו rectius scriberetur י. Scribitur et אבגינוס, quia ב raphatum et ו valde affinem habent pronunciationem. In Medraschim ejus usus est, unde et Aruch citat אוגנסטטו εὐγενέστατος. id est, מיוחס הרבה prosapiatus valde. V. Vajik. rab. s. 2, Mdr. Rut. c. 1, 2. Medr. Schem. s. 1, ubi scribitur איגנסטאטי.

אוד *torris, titio*: אוּד מֻשָּׁב מֵאֵשׁ מִיקִידָא titio ereptus ex igne, Zach. 3, 2. והויתן כאוד eritisque sicut titio ereptus ex igne, Amos 4, 11. אודא דבסיר titio contemptus, Job. 12, 5. Plur. כאודיא מתנניא sicut titiones fumigantes, Jes. 7, 4. Apud Talmudicos per metonymiam est, *rutabulum*, ein Ofenkrück, lignum quo ligna in fornace promovent, et prunas eximunt: Betza f. 33 a.

אדיותא v. in נדה.

אוה *desiderare, concupiscere*, hebr.

תַּאֲוָה *desiderium, concupiscentia*: לשון תאוה locutio, sermo desiderii, i. e. modus optativus, grammaticis. מאמר המתאוה oratio optativa.

און אֲוָזָא *anser*. Plur. אֲוָזִין *anseres*, Esth. 3, 8 in

---

*) אדרוקי generosulus. Sanh. 38 a Infundite חמר א' vinum paulo generosius et meracius, Cast.

61) E cinere aloes אהל confecta. **) אידורוסטון, ܐܝܕܪܘܣܛܘܢ ὑδροῤόσατον aqua rosacea Talm. hier. Schev.

62) أهلن apud Arabes, scapus racemi dactylorum.

63) A fimbriis (أهار *ahar* persice) e quibus confectae sunt, appellatae. B. Ar. mutatis gutturalibus ה et ח אחורי legit (ut hebr. סלי חורי Gen. XI., 12 quod Symmachus τρία κανᾶ βαΐνα per tria canistra e frondibus explicat), cui vero verbum למיגדל (a nomine גדילים fimbria formatum) non convenit.

64) אידהוריא pro על ח' (cf. annotata nostra ad lit. א) is, qui praefectus est rebus pretiosis, quae in stabulis reperiuntur, quae sunt *globi aurei et argentei, quibus apparatus equi ornatur*, persice فرّ *harra* dicti (v. Cast. lex.). Duplex litera ר posita est propter pers. teschdid (= hebr. dag. f.) quum ר dagesch non patiatur. Relandus vero per ח, אחוריא legit a pers. آخور stabulum. In interpretatione istius loci talm. 'ר, q. e. רבי, perverse per Raf redditur. Ille enim רבי יהוד' הנשיא appellatus et a Palaestinensibus Judaeis propterea, quod optime de colligenda Misna meritus erat, רבי κατ' ἐξοχὴν vocatus, maximas divitias congesserat et hanc ob rem in omnium ore erat. אבא vero, illius discipulus, cognomen אריכא accepit a patria sua Areka, quae sita est inter Susianam et Babyloniam (cf. Fürst Cult.- et L. p. 33); et hic אבא אריכא, qui proprie scholas Babylonicas instituit, a Babylonicis Judaeis רב κατ' ἐξοχὴν vocatus est; neque tamen usquam legimus eum divitem fuisse. Praeterea ex loco in tract. Sab. clarissime apparet, de רבי, non de אבא אריכא sermonem esse. Fortasse locus, qui legitur in Megil. 12 b. (ubi אבא scriptum est) illius erroris causa fuit. At verisimile est, ibi non de אבא אריכא sed de principe exulum, אבא מרי sermonem esse.

secundo Targum. Apud Talm. אוז חבר anser sylvestris [videtur esse lat. *avis*].[64a]

בַּר אַוְזָא *anas*, Talmud. טוי לי בר אווא ושדי מעיה לשונרא assa mihi anatem, et projice intestina ejus feli, Betza f. 33 a. Est etiam plurale terminationis foem. אַוְזוֹת. Elias frustra plurale vult dici אַוְזָאוֹת. Nam א, sive emphaticum sive femininum, pluraliter abjicitur: שפיל ואזיל בר אווא ועיניה מטייפי humilis est et circumcirca deambulat anas, oculisque suis hinc inde speculatur, scil. ad quaerendum cibum, Rava k. f. 92 b. proverbiale est, quo monuerunt, neminem propter tenuitatem suam debere erubescere necessaria vitae sedulo quaerere.

אוּזְיָא *quarta pars animalis mactati*, appellatione Pombeditana Babyloniae, ut est in Beza f. 29 a. Soriani vocabant eam תרמא *tertiam*, alii, חלקא *dimidiam*: alii רבעא *quartam*. In quibusdam etiam locis dividi solitum in sex partes. Ar. in אוז putat אוזיא esse quintam partem.

און אוֹחִין *dracones*: Eliae *martes*, Marder. R. Sal. scribit se nescire quale animal sit. Aben Esra vult esse animal, de quo quilibet videns obstupescit, heb. אוחים Jes. 21, 13.

אוי *Vae*: אוי לרשע ואוי לשכנו vae improbo et vae vicino ejus, in fine Succa. V. Ralbag Prov. 29, 6. Efferunt id etiam chaldaice ווי לחייבא ווי לשבביה. Aliquid mali propter vicinum malum.

אול אַוַּל[64b], אוּלָא *Initium, principium*. Est usitatum quoque in lingua Arabica et Persica. מן אולא ברא יי. In principio creavit Deus coelum et terram, hebr. בראשית Gen. 1, 1 in Jonath. די באול מאבבא quae in principio fructum fert, id est, antequam aliae arbores incipiant fructum producere, hebr. בראשיתה, Hos. 9, 10. באול צמח in principio germinationis foeni serotini, hebr. בתחלת עלות הלקש, Amos 7, 1. הלא אתחוא מן אולא nonne annunciatum est a principio, hebr. מראש, Jes. 40, 21. מן חוי מן אולא quis annunciavit a principio, Jes. 41, 26. ודמן ואולא et quae fuerunt a principio, hebr. וְקַדְמוֹנִיּוֹת Jes. 43, 18. מְחַוֵּי מִן אוּלָא annuncians a principio ad finem, Hebr. מראשית Jes. 46, 10. מן אולא inde a principio, Hebr. מראשון Jerem. 17, 12.

אֱוִילָא idem. Videtur potius sub forma praecedenti esse legendum, ut alterum י corruptum sit ex ו: nam scribi solet אוולא ad indicandum ו consonam mobilem: כד מן אוילא sicut a principio, hebr. כבתחלה Jes. 1, 26. תְּתוּבוּן לְאוּילְכֵן Revertimini ad principium, i. e., pristinum statum vestrum, hebr. לקדמתכן Ezech. 16, 55. יתובן לאוילהן Revertentur ad principium suum, hebr. לְקַדְמָתָן Ezech. 16, 55.

אולון *totum*. Graecum est: אולון כרוסון *ὅλον χρύσεον* totum aureum. In Medraschim talia usurpant.

אַוְלַס n. propr. loci in Targ. Hier. Num. 34, 8. [videtur esse Aulon Ciliciae. Scribitur etiam אבלס s. אולס.]

אוֹלוֹסְרִיקָא *holosericum*: וזה לוקח אולוסירקא et iste accipit holosericum, Jalkut Prov. 4, 2

אום *radix, fundum, imum rei*: Talm. או שהלכה לה האום aut si dilataverit se fundum plagae, Negaim c. 1. והלך מן האום et dilataverit se a radice sive fundo, Negaim c. 4. אם היה נוגע באום si tetigerit fundum, Taharos c. 9. Ar. haec legit per ס Samech in fine. V. ibi.

אוֹמְנִי v. in ימא.

און אוּנָא, אוּנֵי *pellis, membrana*: כשנדבקה אונא לאונא cum adhaeret membrana membranae, Elias in rad. סרך in Tisbi: הוו סריכי אוני בדופן adhaerebant membranae (pulmonis) lateri: תרתי אוני duae membranae. חמשה אונות יש לריאה quinque membranulae sunt pulmoni. סמוכות האונות זו לזו cohaerentes membranulae invicem.

אוּנָא *n. propr. loci*: Talm. Kidd. f. 116 a.

אוּנְּנָא contracte pro אוּדְנָא vide supra in אדן.

אוֹנִי *emptio, literae contractus emptionis aut venditionis*. Juxta Ar. est Graecum *ὠνή* emptio. Quidam Hebraeorum volunt esse ex significatione ראשית אוני principium roboris mei, Gen. 49, 3, ut literae istae sint robur et firmitas contractus. Sic R. Sal. ad illud מצאתי און לי Hos. 12, 8 i. e. דיני שטר juxta istam locutionem, כותבין עליו אונו scribunt super eo literas contractus. Item באוני אחד ובטימי אחת emptione una et pretio uno. הוציא זה את אונו produxit iste literas emptionis suae. In Ber. r. s. 2 ab in.: משל למלך שקנה לו שני עבדים שניהם באוני אחת ובטימי אחת simile est regi, qui comparavit sibi duos servos, ambosque scripto uno et pretio uno. Gloss. אוני est שטר מכירה contractus venditionis. Alibi: היו אונות ושטרות יוצאין על שמו literae emptionis et literae mutui prodibant sub nomine ejus, Bav. bas. f. 52 a. gloss. אונות id est שטרי מכירות. In Tanchuma, in sect. ראה Deut. 2. משל למלך שלקח עבד באוני וכתב באוני simile est regi, qui accepit servum per emptionem et scribit in emptionis contractu etc.

אוֹנִיתָא *ὤνησις emptio, literae contractus emptionis sive venditionis*: ואזל למצרים ואייתי אוניתא דחקיל כפילתא ivitque (Naphtali) in Aegyptum, et attulit inde contractum emptionis agri duplicis speluncae, Gen. 49, 21 in Jonath. Targum hier. habet: ipse descendit in Aegyptum tempore celerrimo, ואייתי אוניתא דחקל כפילא et attulit contractum emptionis agri duplicis ex palatio sive cancellaria Josephi. Et c. 50, 13 in Jonath.: Portarunt eum filii ejus in terram Canaan. Ea res cum Esavo improbo innotuisset, profectus de monte Gabhla, cum legionibus multis, venit Hebronem et non permisit Josepho sepelire patrem suum in spelunca duplici. Tunc e vestigio Naphtali, cursu celeri abiit in Aegyptum, ואייתי אוניתא et attulit literas emptionis, quas scripserat Esau Jacobo fratri suo pro dimidia parte speluncae istius. Tunc Chuschi filius Dan, repente arrepto gladio abscidit caput Esavi improbi, quod ab isto ictu devolutum est in speluncam istam, et quievit in gremio Isaaci patris sui, corpus autem ejus filii Esau sepelierunt in spelunca ista duplici, et corpus Jacobi, filii ejus in eadem spelunca etc. Fabula. והוו משלחין אוניתא לרב ביתיה miserunt literas emptionis ad praefectum aulae. At שריא ראשיתא, quod habet R. David Amos 7, 7 aliud est, de quo vide in ראש. Addit hic

---

[64a]) Vox arab. est أوز quae et وز, abjecto א pronunciatur. Talmudicis est symbolum sapientiae.

[64b]) أول arab. sed et Persis frequentissime in usu: unde quidam nomen Dei אל ducunt.

Munsterus מאון contractum faciens. Probatione id eget, quae quaerenda adhuc.

ארנאה Vide in ינה.

אורנא, אֻרְנָא[65] *hospitium nocturnum*, i. e. מלון לילה ut exponunt, in quod divertitur, itinere diei confecto, Talm. דקאזיל מאונא לאונא qui divertit de hospitio uno in aliud, pernoctandi sc. causa, Taanis f. 11 a. Metz. f. 79 a. At אונא דמיא vide supra in אגן. Targum, ועבר תלת אונין et transiit tria hospitia, Jes. 10, 32.

אונין *fasciculi*: אין נותנין אונין של פשתן לתוך התנור non ponunt fasciculos lini in fornacem, Schab. f. 17 b. in Misna. Fiebat hoc albificandi causa, unde alibi: אונין של פשתן משיתלבנו fasciculi lini ex quo, donec albicent, ibid. f. 27 b. Intelligitur linum excussum et pectinatum, Reisten: אונין של חוטין fasciculi filorum, Strangen Faden oder Garn.

אֶוַנְגִּלְיוֹן *Evangelium, doctrina Christi libris N. T. comprehensa*, sive תורה חדשה lex nova Christianorum sic vocatur, et idem valet quod בשורה טובה nuncium bonum, scribit Elias in Tisbi in voce גליון. Addit autem, Rabbini nostri converterunt eam vocem in און גליון, (divisa sc. voce, q. d. iniquitatis revelatio) Aruch autem pro lubitu interpretatur. Haec Elias. Quod significet „nuncium bonum", id Elias a Christianis didicerat: interea affert etiam suorum Rabbinorum scriptionem, cujus quidem interpretationem non affert, sed facile ea patet ex antiquis libris, et ipso Aruch Venetae vel Constantinopolitanae editionis. Scribunt autem vel און גליון vel עון גליון q. d. Vanitatis vel Iniquitatis Christi revelatio. Scriptio patet ex Talmud Veneto, in quo legitur in libro Schabbath fol. 116 a. ספרי המינין „libri haereticorum": Rabbi Meir eos vocat און גליון, propterea quod Christiani vocant eos אונגיליא. R. Jochanan autem eos vocavit עון גליון. Haec ex Talmud Basileensi omissa sunt. Explicatio legitur in parvo Aruch Cracoviae impresso, און נכתב על הגליון vanitas sive iniquitas scripta in libro. גליון idem est quod הנייר „charta", addit idem. In manuscripto quodam Aruch legi, שקר נכתב על גליון mendacium scriptum in libro. Idem notavit Sebastianus Munsterus in Notis ad Matthaeum Hebraicum ad c. 1.

אונטי *populorum nomen:* מע' אומות איונטיאות ex septuaginta populis איונטיאות, qui sunt in mundo etc. Jalkut f. 103 a. Puto legendum איותנטיאות Ex 70 populis principalibus in mundo. V, infra אות.

אֻנְגְּבָרָא *negotiator, procurator regius negotiorum*. Ar. vult esse vocabulum persicum: לתגרא אונגברי istis negotiatioribus, Succa 30 a,[66] glossa תגרי כל דבר negotiatores omnium rerum ut aliquid lucrentur. Ar. scribit esse עושה מלאכת הנשיא procuratorem principis.

אוס אוסיא *nares*, Talm. ידא אאוסיא דרגא לפחדא manus ad nares posita, gradus est ad pavorem, Berach. f. 112 a. Alibi, כאוסייה in naribus vel nares ejus: אאוסי דגורייתא in naribus leaenae, Schab. f. 67 a.

אוסיא *ager:* דאת בעי מזבנא אוסיא דילך quod tu cupis vendere agros vel agrum tuum, Talm. hier. Taanis 69 a זבנת אזיל זבין לן הדא אוסיא ito, emito nobis istum agrum: לך להדוא אוסיא emisti nobis istum agrum, Vajik. r. s. 34. Glos. שדה. In Ar. adducitur hoc ex forma plurali אסוון. Videtur pertinere ad sequentem vocem, quae „substantiam" significat, veluti agros et alia immobilia bona.

אוסיא *οὐσία essentia, substantia*: וכל אוסיא שלי בתוכה et omnis substantia mea est in ea, sc. navi, Tanch. s. Bereschis: משל למלך שנתן אוסיא לאוהבו simile est regi, qui dederat substantiam amico suo, id est, amplas facultates, uti moris est regum et principum, Ber. rab, s. 49 מתקרי מרי אוסיאס vocatur dominus substantiae, Eccl. 4, 2 in Medr. Pro eo legitur in Vajik. r. s. 3 מתקרי אסיאן. In Medraschim saepe occurrit. Huc forte referri possint ista, quae supra adducta sunt in אוס. Nam Aruch ista omnia legit per ס Samech in fine, ut אוס sit pro אוסיא „substantia", et sic interpretes exponunt illud per עיקר principale, substantiale. Ar. inquit, אוס הסכה i. e. עיקר הסכה ושרשה.[66a]

אוף *etiam*. Hierosolymitane sic saepissime dicitur pro hebr. אף et גם. אוף לפתגמא הדין etiam in hac re, heb. גם. Gen. 19, 21. אוף בליליא דין etiam nocte hac, hebr. גם Gen. 19, 34. ואוף בחובי אבהתכון etiamque propter iniquitates patrum vestrorum, hebr. ואף Levit. 26, 39. Sic ואוף על כל דא et etiam proter omnia haec, Lev. 26, 44. In eadem sententia repetitum, est: tam, quam; cum, tum: אוף בני אדם קדמאה אוף בנוי דיעקב tam filii Adami primi, quam filii Jacobi, Ps. 49, 3. Triplicatum: אוף אנן אוף אנת אוף טפלנא et nos, et tu, et parvuli nostri, Gen. 43, 7.

---

65) In spicilegio hujus lexici notam addit A. n. „Videtur, inquit, esse gr. εὐνή 'cubile, lustrum et generaliter omnis locus, quo quis' commorari potest et cubare". Aliter Bernstein vocem syr. ܐܘܢܐ ad ܐܘܢ vertit. Nec similitudine non carens est, esse arab. أون (q. pro هون) „quies, tranquillitas, lenitas, incessus placidus", ad quod et nom. propr. loci אונא s. אונא (d. q. supra) referre potes, quoniam ad superiorem partem Tigridis fluminis situs est, ubi hoc flumen, teste Plinio (lib. VI. c. 26) *tranquille ac placide* fluit. Vide annot. nost. ad בגורא.

66) Ex أوان *avan* princeps et كردن *kerden* facere ut putat Relandus. Neque tamen intelligi potest, cur l. c. „procurator principis" prohibeatur, quominus myrtum (אסא) ipse disecet ne furto abacta (גזולה) sit, quum nulli Judaeo licitum fuerit myrto furo abacta uti. Quadere verisimilius videtur vocem 'א derivatam esse a pers. آونك كردن *avang-kerden* suspendere, quod verbum potissimum de pomis usurpatur (ut diutius siccentur, v. Cast. lex.); significat igitur pomarium, qui poma, quae, ut melius siccarentur, suspensae sunt, ab agricolis emit. Syllaba ultima vocis كردن reddita est per י ut in מרדכי pro מרדכדא (ex pers. مرد خدا *merdi-choda*-vir dei;) cf. etiam אברודי (not. 24a).

*) אונייקי vide in אני. 66a) Fortasse lat. os ossis.

*) אוסיא (in Jonat. Gen. X., 2 pro hebr. משך) Ausonia urbs ad sententiam Er. Millin, ita enim in Ber. rab. (ibid.) per נ (אוסניא) legitur. Alii vero מוסיא Mysia legendum esse putant.

אוף[67] *ratio, via, modus*: אין אנו יכולין לעמוד על אופו של דוד nos non possumus nisi super ratione Davidis: nunc enim appellat se regem, nunc pauperem etc. אופו id est, עיקרו fundamentum ejus: איזו אומה כאומה זו שיודעת אופיו של אלוה quae est gens sicut gens ista, quae novit rationes Dei? אופו id est, מנהג consuetudinem: רבון דעלמא אי ענית לי ואי לא אמינא הא כל אפייא שוין domine mundi, sive exaudias sive non, dico omnes rationes Dei esse aequales. Ar. adducit ex Sanh. c. 2 ex Pesikta, et Medr. Echa. In Medraschim ejus usus est.

אופין *segmenta ligni, ligna fissa, baculi:* שדי אופיי וקא נתרן תמרי projecit baculos, et deciderunt dactyli. glos. מקלות, Git. f. 61 a. הוה דרי פתכא דאופי portabat fasciculum fissorum vel ramorum, glos. משאוי של עצים onus vel sarcinam lignorum, Metz. f. 30 b. פגע באריסיה דדרי פתכא דאופי incidit in hortulanum ejus, qui portabat sarcinam lignorum, Chol. f. 105 a.

אוּפָּא, אוּפְתָא *segmentum, frustum, assula ligni:* Talm. ריאה דדמיא לאופתא pulmo similis segmento ligni, id est, qui fissus est quasi segmenta ligni, Chol. f. 47 b.

אוּן *revirescere*, Talm. לא צריכא דהדר אכן non est necesse, quia rursus virescunt, Taanis f. 19 a. Gitt. f. 60 a. glos. עלו בקנה vel נתקנו ascendunt rursus in calamum, restaurantur. Est tertia pluralis praeteriti, unde male quidam faciunt ejus thema אכן. Nam litera ן in fine est paragogica.

אוּנְקִיָא *uncia*: alias rectius scribitur אונקיא.

אַקְנָא אַקְנְתָא *viror, revirescentia, vigor, robur viroris*, quomodo scil. planta ex aestu solis aut siccitate languida, per pluviam recipit robur et virorem suum. In explicatione hujus vocis in Ar., חזקה „robur et vigorem" significat, non possessionem, ut quidam putavit: Taan. f. 19 a.

אור *lucere, illucere, lucidum esse* vel *fieri, illuminari*, hebr. In Targum transferri solet per verbum נהר. Unum tamen hinc legitur, modo lectio genuina sit. Futurum, עֵינָךְ בִּתְרִיצוּתָא נְאוֹרָן oculi tui in aequitatem lucidi sint, id est, respiciant quae recta sunt, quae directe ante oculos sunt, non in obliquum et devia, Prov. 4, 25. Litera נ ab initio formativa est tertiae personae, more Syro, ut saepe hoc libro, et sic mox in altero versus membro. Regia reddunt, Videant.

אוֹרוֹת *olera, herbae*, 2. Reg. 4, 39. hebr. Sic et apud Rabbinos. Vide R. Davidem ad antecedentem locum, et Talm. Joma f. 18 b.

אוריתא vide suo loco in ירה.

אוֹרָה אוֹרְתָא *lux, lumen:* לְאוֹרְתָא יְקוּם קָטוֹלָא ad lucem (matutinam) surgit latro, Job. 24, 4. Elias observavit pro hebr. אור vel אורה in Targum alias semper dici נְהוֹרָא. Apud Rabbinos, לכאורה ad lucem quasi, id est, clarissime, manifestissime, palam, Kidd. 54 a. Apud Talmudicos אורתא lumen, pro lumine stellarum sive stellis, hoc est, vespera: ודוד בפלגא דלילא הוה קאי מאורתא הוה קאי David autem, num media nocte surrexit? a vespera surrexit. ומנאי דהאי נשף אורתא הוא unde autem est, quod vocabulam נשף crepusculum, hic vesperam significat? inde ubi scriptum est: In crepusculo, vespera diei, Prov. 7, 9. Berach. 3 b. Et paulo post.: ונשף אורתא הוא נשף צפרא הוא vox Nescheph significatne vesperam? immo Nescheph mane est, sicut scriptum est: Et David percussit eos a crepusculo usque ad vesperam, 1. Sam. 30, 17. לְבַר מֵאוֹרְתָא excepta vespera, id est, coena vespertina sabbathi, Talm. Glos. R. Salomonis, מאורתא id est, משחשיכה ושקיעת החמה ex quo tenebrae fiunt, et occubuit sol. Alibi אורתא הוא צאת הכוכבים, id est, „urta est ortus stellarum."

אוּרִים, אוּרַיָא *Urim*. Urim et Tummim signa erant sacra in pectorali ornamento Aharonis, ex quibus oracula divina cognoscebantur. Forma eorum, cum usus ipsorum esse desiit, simul ex notitia elapsa est. Urim a luce habuerunt nomen, quod ad quaesita iudicanda extraordinariam lucem acciperent, et quasi miraculose fulgerent. Judicantur enim fuisse lapides pretiosi. ית אוּרַיָא וְיָת תוּמַיָא Urim et Tummim, Ex. 28, 30 בדין אוריא per judicium Urim, Num. 27, 21 תומיא ואוריא Tummim et Urim, Deut. 33, 8 אף באוריא etiam per Urim, 1. Sam. 28, 6. הוה שאל באוריא ותומיא fuit consulens Urim et Tummim, Num. 3, 32. Apud Talmudicos, משמתו נביאים הראשונים בטלו אורים ותומים a quo mortui fuerunt Prophetae priores, cessarunt Urim et Tummim, Sota 48 a in Mischna: vide ibi Gemaram, et R. Sal.[68]

---

67) ἔπος ut putat Muss. אפיא vero, quod A. n. ad אפין vertit, ei est lat. *opis*, potentia, potestas. Recte autem alii utrumque, אפין et אפיא, ad אַפָּא (- אנפא syr. ܐܦܐ plur. ܐܦ̈ܐ facies, vultus) vertunt, qua voce Talmudici et de „ratione et modo" et de „providentia divina atque potestate dei" uti hebr. פנים utuntur.

*) אוקי (Midr. Cant. VII. 7) lux, splendor, fulgor ut habet B. Ar. vocemque Cast. in gr αὐγή respicit.

68) חשן, quod pontifex maximus supra pectus gestabat, a Talmudicis (Sabb. 139 b, ut videtur propter varias gemmas, quae ut homo ortae ex pulvere terrae tamen apud omnes maximi aestimantur) pro symbolo amoris mutui atque humanitatis habetur. Inde sequitur, ut, quum (ib. 31 b) humanitatem et pietatem erga homines principium (רגל regulam) omnium legum esse dicant, חשן, pectorale gravissimum maximumque sacerdotii insigne habere debeant, quam ob rem (Joma 73 b) vim huius pectoralis (sc. ut symbolum sit humanitatis) explicant de vi illustrandi et conciliandi, qua fiat, ut *lux*, אור, et *integritas concordiaque*, תמים, omnes leges (מצוות) superet et penetret (אורים שמאירין דבריהן תמים שמשלימין דבריהן). — Interitum spiritualis doctrinae (h. e. si doctrinam sequuntur homines, qui dignitatem atque excellentiam eius neque intellegere neque aestimare possunt) vocant „interitum dignitatis." Inde fit, ut quum de ceteris templi instrumentis verbum גנז adhibeant de Urim et Tummim (Sota c. IX. Misna 12) בטל (quod significat rem ipsam interire manentibus exterioribus, corporeis partibus) usurpent. Apparet igitur, Talmudicos Urim et Tummim idem habuisse quod pectorale, ita ut Urim et Tummim quasi dignitatem pectoralis denotent; quae Talm. sententia vera esse videtur. Praeterea cf. de his Urim et Tummim Spenceri dissertationem de Urim et Tummim; Bellermann: die Urim und Tummim; Wiener: Bibl. Realwb. Ewald: Altert. 338 sq. Gesch. d. V. Isr. 4, 194. De אור הראשון vide in ראש.

מָאוֹר *lumen, luminare:* Item *fenestra, foramen per quod lux illabitur in locum aliquem.* העושה מאור qui facit fenestram, Ohol. c. 13. פוקקין את המאור obstruunt fenestram (in sabbatho), Schab. c. ult.

אֲוִיר, אֲוִיר[69] *Aër, ἀήρ:* עַל אֲוִיר רְקִיעַ שְׁמַיָּא in aërem expansi coelorum, Gen. 1, 20. Jon. דפרח באויר רקיע שמיא quae volat in aëre expansi coelorum, Deut. 4, 17 דבאויר שמיא quae sunt in aëre coelorum, Gen. 1, 26 Jon. Emphat. דְמַדִּיקָן בַּאֲוִירָא qui inspiciunt vel considerant aërem, Ps. 19, 2 איך ענגא באוירא פרים sicut nubes in coelo expansa est, Esth. 3, 3 in sec. Targum. Apud Rabbinos, אוירא דארץ ישראל מחכים aër terrae Israëlis sapientem reddit hominem, Ba. bas. f. 158 b.

אֲוִיר *vacuum, spacium, locus in quo nil nisi aër est:* אויר בין שיטה לשיטה spacium inter lineam unam et alteram. שיטה בלא אוירה linea absque spacio. שני שיטין וארבעה אוירין duae lineae et quatuor spacia, B. bas. 163 a אויר כלי חרס טמא תבו טהור vacuum interius vasis fictilis pollutum est: superficies ejus exterior, munda, Chol. 24 b.

אֲוִירִי *aëreum, aëre plenum*; ut lignum, quod propterea in superficie aquae natat.

אוּרְיָא *ordo, series, strues lapidum ordinata:* אוריא דלבני strues laterum, nempe lateres vel lapides absque caemento ordine conjuncti et dispositi, ut maceriam constituant, ut circa hortos, agros aut vineas rusticorum fieri solet, Talm. Erub. f. 34 b. Est id quod Ar. in princ. libri ponit אצרא.

אֲוִירְיָהּ *aër domini, divinus,* i. e., *vehementissimus.*

אֲוְרִי, אוורי[70] *piger, desidiosus,* Talm. זה אורי אמברי יזפתיא יזיף hic est piger iste, qui etiam in vado (mortis) mutuum accipit. Proverbiale dicterium, quo plangebant hominem mortuum, qui cum vivens pigerrimus et bonae frugi non fuisset, moriens ne linteum quidem reliquit, cui mortui involvi solent, ut etiam mortuus id mutuo accipere cogeretur. Locus in Ar. citatus, falsus est. In Moëd k. autem 28 b legitur: רהיט ונפל אמעברא ויוזפתא יזיף quod hoc loco etiam adducitur in Ar.

אוּרִיָּה vide infra in ארח. Item *Occidens, plaga occidentalis mundi,* sic dicta ab ortu et luce stellarum pro illustranda nocte. Alius vult esse orientem a luce matutina. Alius dixit אוריה dici quasi אויר יה aër Dei sive coelestis,[71] scribit R. Salomon in B. bas. 25 a.

אוּרִיאֵל *Uriel,* angeli nomen. Unus est quatuor angelorum, qui circumstant solium majestatis divinae, ad ministeria ejus semper parati. Sunt autem hi: מיכאל גבריאל אוריאל רפאל. Michaël stat ad dexteram ejus ad vexillum tribus Ruben, versus meridiem. Quare vocatur nomen ejus Michaël? quando transivit populus Israëliticus mare rubrum, Moses aperuit os suum, et dixit: מי כמוכה באלים יי' Ex. 15, 11. Et alibi: אין כאל ישרון non est sicut Deus Jeschurun, Deut. 33, 26. (Ecce dicitur מי et dicitur כאל, unde מיכאל). Uriel stat ad sinistram ejus, ad vexillum tribus Dan, versus septentrionem. Quare vocatur nomen ejus אוריאל? propter legem, Prophetas et Hagiographa. Unde contigit Israëlitis, ut ad eos dictum sit: קומי אורי כי בא אורך surge, luce, quia venit lux tua, Jes. 60, 1. Et David dixit: אל יי' ויאר לנו benedictus sit Deus Dominus, qui lucem praebuit nobis, Ps. 118, 27. Ecce hinc est nomen אוריאל. Ulterius scriptura dicit: כי אשב בחשך יי' אור לי quando sedeo in tenebris, Dominus lumen mihi est, Mich. 6, 7 (Testimonium ex lege omissum est). Gabriel stat ante conspectum ejus ad vexillum tribus Jehudae, juxta Mosen et Aharonem versus orientem. Quare dictum est nomen ejus גבריאל? De Jehuda scriptum est: Nam Jehuda גבר praevaluit fratribus suis, 1. Paral. 5, 2. Et de Mose scriptum est: ויקרא אל משה et vocavit ad Mosen, Lev. 1, 1. Ulterius scriptum est, et vocavit nomen ejus פלא יועץ אל גבור Jes. 9, 6. Ecce hinc est nomen גבריאל. Raphael (stat a tergo ejus) pro vexillo Ephrajim. Quare vocatur nomen ejus רפאל Raphael? כדי לרפאות ad sanandum fracturas Jeroboam, qui ortus fuit ex tribu Ephraim, quae habitavit versus occidentem. Dictum etiam est, אל נא רפא נא לה o Deus, sana quaeso eam, Num. 12, 13. Hinc

---

69) Nonnullis est gr. *αὔρα*, quod quidem de אויר secundo (q. v.) contendere licet, at hoc 'א ex gr. *ἀήρ* ortum esse ex syr. ܐܐܪ s. ܐܐܪ facillime intelligis.

III. אחר verbum est proprium de *coitu camelorum*, quod iste fiat posterioribus obversis, quasi dicas *posteriorare*, sive *posterioribus conjunctis coire*. Talm. גמל אחר בין הגמלים si camelus coëat inter camelos alios, et reperiatur camelus mortuus juxta eum, certissimum est, ipsum esse ab eo coëunte occisum, B. basra 93a. Sanh. f. 37b. Schev. f. 34. Cameli enim masculi tunc inter se vehementissime pugnant, saepe ad mortem. Deinde quia sunt צנועים בתשמיש verecundi in coitu, non ferunt alios juxta se. Sic scribit Plin. lib. 10. Hist. nat. cap. 63. „Cameli (coëuntes) etiam solitudines, aut secreta certe petunt, neque intervenire datur sine pernicie." Arist. lib. 6 de hist. anim. c. 18. „Camelus etiam mas, saevit tempore coitus, sive homo, sive camelus accedat: nam equis quidem odio naturali adversantur." Quod vero hac ratione cameli coëant, id extat in codice talmudico Bechor. 8a. הכל משמשין פנים כנגד עורף חוץ משלשה שמשמשין פנים כנגד פנים ואלו הן דג ואדם ונחש ומאי שנא הני תלתי כי אתא רב דימי אמרי במערבא האיל ודברה עמהם שכינה תנא גמל אחור כנגד אחור „omnia (animalia) coëunt facie obversa cervici, exceptis tribus, quae coëunt faciebus obversis. Ista autem sunt: Piscis, homo et serpens. Quare autem haec tria diversum habent coëundi modum? Quia, ut in occidente dicunt, Majestas Divina locuta est cum eis (cum pisce nempe in historia Jonae c. 2, 2. Et praecepit dominus pisci. Cum serpente in historia lapsus.) Sed de Camelo traditur, quod coëat posterioribus obversis." Sic scribit iterum Plin. l. c.: „Coitus aversus elephantis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus aversa genitalia." V. et Arist. lib. 2 de hist. anim. c. 1.

אחש אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים,[84] vel emph. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא *satrapae* Dan. 3, 2. Esth. 9, 3. Nom. Persicum.

83a) gr. χρέος. 84) אחשדרפנים hanc vocem persicam esse nemo erit qui neget. Orta est ex pers. Kshatra (= terra, regnum,

אֲחַשְׁתְּרָנִים[85] *cursores regii*: *veredarii*, Esth. 8, 10. R. Salom. *camelos veloces* exponit: Ab. Esra, *mulos*. V. hic notas Drusii.

אטב **אַטְבָּא**[86] *lignum teres, quod voluminibus librorum a lateribus affixum est, quo comprehenduntur et tenentur, ne volumen se inter legendum convolvat.* Item *palanga, lignum in supremo curru onusto, quo foenum, stramen, fruges et similia, comprimuntur et ligantur* אַטְבִין *crates currus*, Wagenleiter: כמלא אטבא דספרי quantum est plenitudo (i. e. latitudo) ligni librorum Menach. 32a. In Ar. parvo germanice exponitur, Tentholz, Zwengerlin, Zwengelchen.

אַטְבַּח vox fictitia Cabalistarum est, qua species scribendi arcana significatur, una alphabethi litera pro altera posita. Nempe מ pro א, ח pro ב, ז pro ג, ו pro ד. Dividitur autem alphabetum, sub hac specie, in quatuor classes, quarum prima continet literas, numerum denarium comprehendentes: altera, quae centum: tertia, quae mille: ut

אם, בח, גז, דו 10.
יצ, כפ, לע, מס 100.
קץ, רף, שן, תם 1000.

Relinquuntur literae residuae ה, נ, ך, quae non habent par conjugatum, ad aliquem juxta superiores constituendum. Singulae enim geminandae essent, nempe הה 10, נג 100, דך 1000. Combinata tamen quandoque inveniuntur הנ, ita ut solum ך solitarium remaneat. Commutatio fit juxta tres classes, una pro altera sumpta. Exempli causa: In proverbiis Salomonis legitur, „qui delicate educat a pueritia sua servum suum, finis ejus erit ut sit מנון“, Prov. 29, 21. Hic מנון per atbach est idem quod סהדה testimonium. Delicata scil. educatio contumaciae ejus erit testimonium. Nempe ס est pro מ ex combinatione literarum מס: ה pro נ ex combinatione הנ: ד pro ו ex combinatione דו: ה rursus pro נ ex combinatione הנ. Probant hoc Talmudici in Succa 52 b.

אָטָד[87] *rhamnus, sentis, cynosbatus, sentis canis*, Hagedorn: עד בית אדרי דאטד usque ad horreum cynosbati, ubi scil. ejus sentis erat copia, Gen. 50, 10. 11. ואמר אטדא לאילניא dixitque rhamnus ad arbores, Jud. 9, 15. היך אטדא sicut rhamnus, Ps. 58, 10. ואמרו כל אילניא לאטדא et dixerunt omnes arbores ad cynosbatum, Jud. 9, 14. Plur. וְכוּבִין וְאַטְדִין et spinas et sentes hebr., וְקוֹץ וְדַרְדַּר Gen. 3, 18 *Fagius, tribulos.* Apud Talmudicos הכמנה והאטדין, Schev. c. 7 ubi R. Salom. scribit esse *spinae genus, in quo crescant grana nigra.*

אָטוּ *idciro, ergo, propterea.* Gerson reddit Germ. von deßwegen, um des willen: אטו שמע propterea audis vel percipis: אטו ביאה שנייה propter concubitum secundum: אטו כולי עלמא ergone totus mundus (hominum mortuorum filii sunt?) גזרינן הא אטו הא decernimus unum propter aliud[88]: ut, prohibemus aliquando id quod est licitum propter vetitum, ne videlicet etiam vetitum pro licito habeatur. V. Halich. olam c. 1.

אַטְטִ *carduus*: וְכוּבִין וְאַטְטִין et spinas et carduos, Gen. 3, 18 in Jonath. Sic et Hos. 10, 8. pro hebr. דַּרְדַּר.

אֲטַל *lapidare.* In Jonath. legitur pro hebr. סקל. Infin. לְאַטָּלָא יָתְהוֹן בְּאַבְנִין lapidare eos lapidibus Ex. 8, 22. Futur. וְתַאַטְלוּן יָתֵיהּ בְּאַבְנִין et lapidabitis eum lapidibus, Deut. 13, 10 ותאטלונה באבניא et lapidabitis eos lapidibus, Deut. 17, 5 ויאטלונה אנשי קרתא et lapidabunt eam viri urbis istius lapidibus, Deut. 22, 21. Omnia in Jonathane.

אַטִיל Vide in נטל.

אִטְלִיז *macellum, forum carnarium, forum, officina, locus ubi carnes aliaque venduntur.* Scribitur etiam

---

imperium) et pawan (= tutor); sunt igitur tutores regni s. provinciae. Persicum Ksh Hebraei praemisso א reddunt per אחש, quod apparet ex nomine regis Kshershve s. Kshjarsha s. Kushwershe, quem Hebraei vocant אחשורש, Graeci Xerxem. Castellus vero vocem ad pers. أخش dignitas, majestas, honor: pretium vertit.

85) אחשתרנים, quod legitur Esth. 8, 10. 14 et ipsum persicum est. Verisimile est, etiam hanc vocem formatam esse ex Kshatra (q. e. regnum, vel ut Benfey: über die Monatsnamen einiger alter Völker p. 52 vult, rex) cum formativo ana; ita ut sint equi regii (— nam appositum est vocabulum הרכש et adjecta vocabula בני רמכים). Fuerunt qui hanc vocem interpretarentur per mulos, qui quid sibi illis locis velint intelligi vix potest. Ita Gesenius in Thesaur. et Nork (vollst. hebr.-chald.-rabbin. Wörterbuch), qui etiam Benfeii sententiam adfert. Hic vir doctissimus (in libro modo laudato p. 188 sqq) habet pro pers. أسكدار uskuddr (q. e. legatus), quam vocem per metathesin putat ortam esse ex sanscr. *Kshattri* (q. e. auriga); conjectura deinde auguratur, hanc vocem apud Persas significasse cursorem s. equitem citatum. Inde fit ut בני רמכים explicet „pueros e pellice natos“, ita ut ex ejus sententia Esth. 8, 10 verti debeat: „Et misit litteras per manum cursorum, qui vehuntur equis nuncii volucres, filii servarum.“ — In eo autem vir doctissimus errare videtur, quod alias אחשדר s. אחשתר habet pro pers. *Kshatra* (= rex); hoc vero loco ex lingua sanscr. derivat, et nomen רמך ex sanscr. *râmâ* vel *ramanî* (= pellex) ortum esse dicit, non satis spectata voce arab. رمكة. Nos igitur ita interpretamur: Et misit litteras per manum cursorum, qui vehuntur equis iisque regiis, filiis equarum (sc. regiarum). — V. praeterea de אחשדרפנים et אחשתרנים Ewald: bibl. Jahrb. V. p. 153 sqq.

86) אטבא = אטמא mutatis labialibus ב et מ, arab. أطوم (arcus, cujus manubrio cohaeret nervus); tum omnis res arcui similis, qua utebantur in tenendo volumine, ne se inter legendum convolveret, ut Aut. n. explicat, vel etiam in curru arcuato arcus, ad tectum currus tendendum (nos: Reifen der Planwagendecke).

*) אטא, אימא (pro quo A. n. תימא) vide in ימא.

*) אטיגמא διάταγμα dispositio, ordinatio. Jalkut cf. 115.

*) אטיגמטין ἀτακτικός inordinatus. Jalkut in prior. Proph. f. 7. A. n. cum ק loco ג legit q. v.

87) De hac specie rhamni quam arab. أطد syr. ܐܛܕܐ vocant, plura apud Dodonaeum legere potes.

88) Proprie: „propter similitudinem aliquam“ ab arab. أوطا simile, quam vocem Avic. ad graec. ἅτε vertit.

אטליס[89] cum Samech in fine antecedente Jod, unde indicium, non cum Pathach in fine efferendum, ut alii notant. Talm. כל הקדשים נמכרים באיטלז ונשחטין באיטליז ונשקלין בליטרא „omnes res sanctae (oblationes cibariae et aliae Deo sacrae) venduntur in macello, et mactantur in macello et appenduntur libra", Temura 21a. נמכרים באיטליז ונשקלין בליטרא. Bechor. c. 5 in init. באיטליס של עימעם in foro urbis Immum, Kerith. 15a in Mischna. Gl. בשוק „in foro". Scribitur in gl. per ז in fine. Plur. מעמיד איטליסין ומוכר בזול „erigebat officinas et vendebat vili pretio": שהיו עושין איטליסין ומוכרין בזול qui fecerunt officinas, et vendiderunt vili pretio, Ber. r. s. 79. Gl. חנויות officinas. Medr. est super, ויחן et castra posuit in conspectu urbis, Gen. 33, 18. In eundem sensum Talm. super hunc locum commentantur, sed pro איטליסין scribunt שְׁוָוקִים *fora, loca in quibus, ceu in foro, res suas vendebant,* Schab. 33b. שוק non significat hic *plateam,* ut alii hic scribunt, sed *forum, in quo res venundantur;* nec איטליס significat *lignum illud, in quo carnes ad clavos suspenduntur venales,* ut alii scripserunt, sed *locum in quo quid venditur,* ut forum macellum.

אַטְלֵיטִין *athletae.* Graecum est ἀθλητής. Ber. r. s. 22. משל לשני אטליטין שהיו עומרין ומתגוששין „simile est duobus athletis, qui stant et luctantur coram rege." Scribitur et אתליטין.

אִיטַלְיָא *Italia:* וּבְנוֹי דְיָוָן אֱלִישָׁה אַפַּרְכִיוּתְהוֹן אִיטַלְיָא אַלַסְטְרָסוֹס וְדַרְדַּנְיָא filii Javan Elisa, et praefecturae ipsorum Alasterasom, Italia, et Dodania Gen. 10, 6 in Targ. hier. ממדינת איטליא הות כסותך ex regione Italiae fuit vestitus tuus, hebr. מֵאִיֵּי אֱלִישָׁה Ezech. 27, 7. דמתבניא באיטליא quae extructa est in Italia, Thren. 4, 22. וּמֵאֲרַע אִיטַלְיָא et ex terra Italiae, Num. 24, 24. in Jonath. In Ar. additur, היינו רומי „quae est Roma". In Medr. legitur etiam איטליא של יון „Italia Graeciae." Elias scribit, se a quodam Cardinale didicisse, id de Calabria intelligendum. Et apud Ciceronem in 2. de Orat. legitur: magnam Graeciam olim in Italia fuisse." Isidor. Lib. 14, c. 4. Italia olim a Graecia populis occupata, magna Graecia appellata est. Seneca: Totum Italiae latus, quod infero mari alluitur, magna Graecia fuit etc. Apud Talm. איטליא של יון זה כרך גדול של רומי „Italia Graeciae est urbs maxima Roma", Meg. c. 1, 6 in Veneta editione. Sequitur ibi fabulosa ejus descriptio, quae idcirco ex editione Basileensi emissa est. Legitur autem in Compendio talmudico עין ישראל, libro Meg. c. 1. R. Sal. Gen. 27, 39 ad haec verba, ומשמני ארץ יהיה „in pinguedinibus terrae erit habitatio tua", scribit: זו איטליא של יון haec est Italia Graeciae. V. Rabbi Mosen ben Nachman in legem, i. f. Paraschae בלק.

אִיטַלְקִי *Italicus:* איסר איטלקי isar (numulus) Italicus, Talm. Kidd. in princ. Sic, מנה איטלקי libra Italica.

אטלס Vide paulo ante in איטליס.

אָטַם[90] *obstruere, obthurare,* hebr. et sic apud Rabb. et Talm. אטימי ליבא „obthurati corde."

אֲטִימוּת, אוֹטֶם *obstructio, obthuratio:* אוטם של ריאה obstructio pulmonis. Eo vitio si animalia laborent, immunda sunt et vetita ad esum, Chol. 47b.

אַטְמָא *latus, femur, pes:* בוקא דאטמא דשף מדוכתיה acetabulum femoris quod exiliit de loco suo, Chol. 54a מכתפא ועד אטמא a scapula ad femur, ib. מעמרא דבין אטמי de lana quae est inter femora, Schab. 49b.

איטם *linea, series, ordo, classis:* דאיטם קמייתא „ex classe vel serie prima", Echa rab. e. 1, 1. Gl. שורה. Sic mox באיטם תליתאי et דאיטם תנייתא. Vox est peregrina et corrupta, et forte ד est radicale.

אַטִימִיטוֹן *inaestimabile, magnae aestimationis seu pretii.* A gr. ἀτίμητος, quod etiam significat *inaestimabilis, qui satis magno pretio aestimari nequit; ut,* ἀτίμητος φίλος. In Talm. hier. Peah c. 1, 15 d. ארטבן שלח לרבינו הקדוש חד מרגלי טבא אטימיטון „Artabanus misit Rabbino Hakkadosch margaritam pretiosam inaestimabilem, dicens ei, Remitte mihi pro ea aliquid aliud aeque pretiosum. Misit ei mesusam schedam. Dixit Artabanus: Quid hoc? אנא שלחי לך מילה דלית לה טימי את שלחת לי מילא דשבא חד פולר ego misi tibi rem quae nullo pretio aestimari potest, et tu mittis mihi rem, quae vix teruncium valet etc. V. et Jalkut Prophet. 7d. Ber. rab. s. 35.

אֵיטִימוֹס *paratus, promptus, expeditus, dispositus.* Gr. est ἕτοιμος, qui in promptu et ad manum est: אִין אֲטִימוֹס בֵּיתָא si parata (disposita) fuerit domus, ut percutiatur denuo lepra, Lev. 14, 53 in Jon. ואטימוס הוא לקטלין בחרבא et paratus sive dispositus est occidentibus, Job. 15, 22. דאטימוס לגלגתרק qui paratus vel dispositus est ad scabellum, Job. 15, 24. Reges victi et capti, saepe tyrannorum fiunt scabellum, cum equum conscendere volunt. Quomodo autem haec similitudo conveniat cum praecedenti sententia, non satis liquet. In Regiis etiam alia est lectio: דְאֲטִימוֹס לְאִתְּחֲדָא „qui dispositus est ut capiatur", Job, 7, 12. Pl. דַאֲטִימוֹסִין בְּנוֹהִי cujus filii parati sunt, Gen. 24, 22 in Jon. אטימוסין ליומא הדין parati ad diem hunc, Esth. 8, 13. דאטימוסין למדכר qui parati sunt ad recordandum, Job. 3, 8. דאטימוסי מרדכי ואסתר quod parati essent Mardochaeus et Esther, Esth. 2, 5.

אֲטִימוֹס *prompte, parate, alacriter,* gr. ἑτοίμως: דִּי יְהוֹן אֲטִימוֹס עֲבִידִין ut sint prompte facta ad diem istum, Esth. 3, 14 in Targum.

אֵיטִימַסִיאָה ἑτοιμασία, *promptitudo, alacritas, prae-*

---

89) אטליז s. אטליס Muss. habet pro gr. ἀτελής q. a. immunis. Quum neque haec neque Buxtorfii explicatio aptam sententiam reddat, haec vox potius habenda videtur pro graeca. Potest enim abjecto *K* orta esse ex gr. „*Katálysis*" = diversorium. *K* graecorum et *C* latinorum nominum nonnunquam abjici vidimus jam in nomine „C-adaver" et mox videbimus in אטרונג, quod τὸ *Κίτρον* significat. Neque mirari debemus, *K* interdum abjici. Uti enim Arabes in nomine Alexandri primam syllabam Al habuerunt pro articulo et hac de causa oppresserunt, ita Judaei illud *K* videntur habuisse pro כְּ similitudinis, quod abjiciendum esse putaverunt.

90) Ad hanc vocem ejusque derivata אטמא, אוטם et vocem supra notatam אטמא jure fortasse contuleris arab. أطم quod significat „arctavit, angustum ore fecit"; fortasse huc referendum etiam אטמא arcula.

paratio, locus praeparatus. In Bemid. r. s. 16 in fine: „Homo emit sive servum, ut, si iter faciat aut peregre eat, servus ejus praecedat, ומתקן לו אשפטייה et praeparet ipsi *ἑτοιμασίαν*, locum commodum, hospitium: Ego autem non sic feci, sed vos estis servi mei, et ego הייתי מתקן לכם אשפטייה fui praeparans vobis *ἑτοιμασίαν*, sicut dicitur, et arca foederis Domini etc., ad explorandum illis requiem", Num. 10, 33.

אטון[91] אַטוּן *funis*. Emph. וְשַׁלְשְׁלִנּוּן בְּאַטוּנָא et demisit eos cum fune (ex fenestra), Jos. 2, 15. Pl. וְאַטוּנִין בְּרֵאשֵׁיהוֹן et funes in capitibus suis, hebr. וחבלים 1. Reg. 20, 32. אטונין מצירין et funes colorati, Esth. 1, 6, Emph. בְּאַטוּנַיָּא „cum funibus", Jer. 38, 6. Const. בְּאַטוּנֵי cum funibus, Ps. 21, 13. Cum Affix. וְכָל אַטוּנוֹהִי לָא יִתְפַּסְקוּן et omnes funes ejus non discindentur, Jes. 33, 20. וְאַטוּנֵיהוֹן et funes ipsorum, hebr. ומיתריהם Num. 4, 32. Munsterus addit, etiam significare *institam, fasciam.* Id probari possit ex 1. Reg. 6, 18 ubi ponitur pro Hebraeo מְטוּרֵי, quod sic explicant. Sed R. Salom. pro *funibus* accipit, ut apud Talm. sumitur, et sic Chald. eodem respicit. Non tamen proprie ibi *funes* significat, sed *orbes caelatos, cingentes instar funium.* Idem addit, אַטוּנַיָּא *granaria, thesauri*, ex Joël. 1, 17; sed ibi hodie legitur אוצריא, de quo v. in אצר.

אַטְמָא *arcula, cistula*: ומניחין אותו באיטמי של אבר et ponunt eam in arculam plumbeam (plenam furfure), Sota 48 b.

אטונס[92] nomen piscis. Chol. 66 b. Alias טונס *thynnus*.

אטמיא[93] nomen proprium regis.

אטף אַטְפָּא *fossula*: איכא דְקָאֵי בֵּינֵי אַטְפֵּי est (lac) quod consistit in fossulis casei, quod reddit caseum immundum et vetitum, ע"ז 37 b.

אַטְפַּת. Sic adducit h. l. Ar. V. רפת.

אטקט אַטַקְטַקְיָא *inordinati, male-morati, qui sunt* בלי תרבות *sine disciplina et moribus.* Corruptum est a gr. *ἄτακτοι*. In Ar. ex Pesikta adducitur in illud: שריך סוררים „principes tui contumaces sunt", Jes. 1, 23. Bar Kaphra dixit: ארכי בריותיה הוו אינון אטקטקיא principes scelesti fuerunt et inordinati: explicatio, principes commessantes בלא תרבות sine modo et ordine. Munsterus: Equi edaces, qui tamen non pinguescunt. Forte pro סוררים legit סוסים, et בלא תרבות sine pinguedine. Nihil. V. תרבות in רבה. Adducitur hoc Medr. etiam in Jalk. in princ. Jesaiae, sed haec verba ibi non leguntur.

אטר אַטְרוֹן *praefectus, satrapa*: שַׁלְטוֹן וְאַיטְרוֹן „dominatorem et praefectum" die uno, Jes. 9, 14 et 19, 15.

אתרוגא[94] *malus citria*: יאי המשבח אתרוגא „Pulcherrima et laudatissima est malus citria" inter arbores infrugiferas, Cant. 2, 3. Communius scribitur אתרוגא.

אַטְרוּתָא *indignatio.* Guido ex Zohar.

אַטוּרְכְּנָא *mareschallus, praefectus provinciae*: אזיל אטורכנא דמלכא ivit mareschallus regis, Talm. Keth. 61 a. Persic. est. Vernacule שיניש"לקוש scribit R. Sal. *seneschaulx.*

אי vocula est in interrogationibus usum suum habens, nunc ut pronomen, nunc ut adverbium, et alii voci interrogativae additur ad majorem emphasin, ut nam apud Latinos in ubinam, quaenam, quanam et similibus: ut אֵידֵין בֵּית חָזְיָא quaenam (vel ubinam) est domus videntis, i. e., Prophetae? 1. Sam. 9, 18 hebr. אֵי־זֶה, ubi pro זֶה in Targ. est דֵין pronomen, de quo s. l. אֵידֵין מִנְּהוֹן „quodnam vel qualenam istorum" sit bonum hominibus, Eccl. 2, 3. אידא ארחא דתקנא quaenam via sit recta, Jer. 6, 16. אידא שעה אסתלק quanam hora transivit spiritus prophetiae, 1. Reg. 22, 24. אימדין עמא את ex quanam gente tu es, Jonae 1, 8. אֵימְדֵין אַתְּ אָתֵי undenam, ex quonam loco tu venis? 2. Sam. 1, 3. 13. אֵי דִלְפָנָא V. in אֵיךְ .אֵלוּ. אֵי כְּדֵין quaenam istae? aut forte? num forte? אֵי מִנָּן undenam? אֵי מָתַי ecquando? etc.

אי *non*, per apocopam pro אֵין, ut ibi, וְאִין יֵשׁ פֹּה et nonne est hic, 1. Sam. 21, 18. Talia sunt etiam, juxta R. Davidem, נִיר et נִר, בֵּין et בֵּן, רִישׁ et רִשׁ, דִּין et דִּן. Hinc apud Rabb. אי אפשר *non possibile, impossibile*, אֵי הֶכְרֵחַ *non-necessarium, contingens.* ואי אתה יכול לכפר בהם et non potes expiare pro illis. Ap. Hebr. אי כבוד non gloria, inglorius, 1. Sam. 4, 21. אֵי נָקִי non innocens, noxius; non justus, injustus, Job. 22, 30, quod tamen multi accipiunt pro איש נקי vir innocens; sed id longe petitum est, inquit Ab. Esra. Paraph. reddit, גְּבַר דְלֵיתוֹהִי זַכַּאי vir qui non est justus.

אי *si, num, an.* Per apocopam pro אִין, de quo infra. אי מטא זמן פורקנא num advenerit tempus redemptionis populi, Cant. 7, 13. Ap. Talm. אִי בָּעֵי si quaeras, si velis, vel בָּעֵי petat aliquis. Sic apud eosdem, אִי לֵימָא si dicendum. אי מטא אי לא מטא si invenerit, vel si non invenerit, sive invenerit, sive non. אי הכי num sic? Num, an? אי הכי אכיל דגים num comedet pisces? Nedar. f. 54 b.

אי *vae*, Eccl. 4, 10 et 10, 16. hebr. et sic aliquando apud Rabb., sequente ל nota dativi casus. In Schem. r. s. 46 ab in.: אי להם לבני אדם שהם מעידין מה שאינן רואים vae hominibus illis, qui testantur quod non viderunt. אי לי vae mihi.

---

91) אטון, quod plerique pro graec. *ὀθόνη* habent, fortasse est = *τόνος*, funis.

92) R. Salomon, qui persice esse dicit, ad pers. تُن *Ton* spectare videtur, affinius vero videtur graeco *Θύννος*.

93) Legitur hoc nomen in Bechoroth f. 78 b et in Temura f. 21 a, in editionibus nostris vero in Bechor. **Antoninus** legitur, pro quo in Tem. Antigonos.

*) אטריבולים (Thal. hier. Schab. f. 6) *Τρίπολις* Tripolis urbs Phoenices, quae ut putat Menachem di Lonsano arab. per ב in medio loco *π* gr. pronunciatur; orta est haec urbs ut tradit St. Byz. ex tribus urbibus *Ἀράδου, Τύρου καὶ Σίδωνος* unde fit, ut in Talm. babyl. Schab. 45 b. צידון Sidonis pro אטריבולים scribatur.

94) Si B. Ar. dicit, hane vocem etiam scribi אתרוגא, respicit vocem أترجّ *malum aurantium*, arab. أترج Vide in אתרג.

איב איבו *milvus:* vide supra in אבב,

איג אֵיגַר *fons.* Sic Munsterus hic ponit ex Job. 8, 17. V. in יגר.

איד[95] *vapor, exhalatio,* Gen. 2, 6. Job. 36, 27. Sic ap. Rabb.: שעשה מהם איד לח אשר הוא מוכן להיות ממנו מטר faciet ex illis vaporem humidum, ex quo postea fiet pluvia, R. Levi h. l.; האידים העולים בסבת חמימות היום exhalationes ascendentes propter calorem diei, idem Job. 3, 5. מצד רוב האידים העולים אל המוח propter multas exhalationes, ascendentes in cerebrum, idem Prov. 23, 33,

אֵידָא *festum solenne, dies festus et feriatus.* Heb. sic vocarunt festa gentium et aliorum populorum, et hodie adhuc sic vocant festa Christianorum. Quidam putant, gentium festa sic vocata fuisse, vel quod gentes cultu idololatrico interitum et perditionem (nam איד interitus, perditio, infortunium, calamitas) in illis asciscerent: vel quod Judaei ipsis tunc genialiter festum agentibus, interitum imprecarentur. A gentilium festis ad Christianorum festa locutio ista translata est, quibus tamen non volunt dici mala imprecari. Esse tamen locutionem nec fausti ominis, nec honorificam, docet nota quaedam ipsorum, quae legitur in parvis Mischnajoth ad cap. 1. עבודה זרה de idololatria, ubi Mischna sic loquitur: לפני אידיהן ante festa idolorum cultorum tribus diebus prohibitum est aliquid commercii cum ipsis habere, mutuare aut mutuo dare, commodare aut commodato accipere, solvere aut solvi etc. Gl. ad אידיהן festa ipsorum: כנוי גנאי לימי חגם epitheton sive descriptio ignominiosa est dierum festorum ipsorum. Quae et quorum festa intelligant, statim indicant, cum Christianorum festa nominant. Deinde in Gemara mox Romae et regni Romani expressa mentio fit, quod in Veneta editione vocatur רומי חייבת Roma impia. Nam pro hebr. רשעה in Targ. ponitur חייבת. In Targ. יוֹמָא דְאֵידָא הֲוָה לֵיהּ dies festus est ipsi, Esth. 1, 3. Ap. Rabb. יום אידם dies festus ipsorum. רוב אידיהם מן קדושים הם pleraque festa ipsorum a sanctis sunt. R. Bechai in lib. כד הקמח c. quod incipit גאולה, in illud Jes. 66, 17. אחד בתוך, scribit: אחת ירמוז לשתי וערב של אדום שהם מתקדשים בו או ירמוז ליום אידם שקבוע להם i. e. „indicat crucem Edomaeorum (i. e., crucem Christi sive Christum crucifixum) in quo sanctificant se (signando se cruce:) aut indicat diem festum ipsorum, qui fixus est ipsis, scil. Dies Dominicus.

אֵידָא אידא Vide in יד.

אֵידָא Vide in דא.

אֵידֵי *iste.* אידי ואידי iste et iste, uterque, Talm.

אֵידָךְ *alia, aliud, alterum:* תניא אידך traditio alia: פתח אידך incepit aliud, aliam materiam, ואידך פירושה et alterum est explicatio ejus: מיבעי ליה לאידך haec requiruntur ad aliam rem. Compositum omnino videtur ex syllaba adjectitia אֵי et pronomine דָךְ. Sic אידי *ipsa:* Sic אידך *istud, aliud, alterum,* pro ratione loci et sensus. Sic ante, אֵידֵי pro אֵידֵיךְ.

אֵידִיתָא *ager sativus et optimus:* וכל אידיתא עד נחלא דקדרון et omnis ager sativus usque ad torrentem Kedronis, Jer. 31, 40. Haec interpretatio possit conferri cum ista, qua עידית ap. Rabbinos significat *optimum agrorum, agros pinguissimos et fertilissimos.* In Elia est אדיתא, et exponit Kornfeld, ager sativus In Regiis, *Aquaeductus:* id esset אֲרִיתָא.

אֵידִי אידי[95a] *quia, quandoquidem, postquam,* Talm. אידיין Gen. 6, 6 in Jon. v. in דן.

איה אִידְהוּ *ipse.* Compositum ex syllaba adjectitia אִי et pronomine הוא. Ap. Talmud. frequentissimum est, ut et in lingua hierosolymitana. Plur. אִנּוּן, הִנּוּן *ipsi, isti, illi:* חנון צדין שבילנא ipsi venantur semitas nostras Thren, 4, 18. דאנון עמא דלא יפרוק quod ipsi sunt populus, qui liberare non potest, Threu. 4, 17. וְאִנּוּן יְבַעוּ לְמִשְׁכַּח ipsi autem quaesiverunt invenire rationes multas, Ecc. 7, 30. Apud Talm. אינהו עדיפי מניה ואיהו עדיף מינייהו ipsi praestantiores sunt ipso, et ipse praestantior est ipsis: אינהו עדיפי מניה דאינהו נביאי ipsi praestantiores sunt ipso, quod ipsi sint prophetae, ipse autem non est propheta: ואיהו עדיף מינייהו דאיהו חזא ואינהו לא חזו ipse est praestantior ipsis, quod ipse viderit, ipsi autem non viderunt, Sanh. 94a. ניתנו סתרי בית מקדש ואנן בנינן ipsi destruunt sanctuarium, nos autem exstruimus illud.

אִיהִי אִיהָא *ipsa.* Prioris foemininum est, ejusdem quoque originis: אף איהי מרידת לבא לחדא etiam ipsa (Jerusalem) amaro est animo admodum, Thren. 1, 4. Libri hic prave habent מְ.ריר. Legendum feminine, ut positum, et ut alibi est מרירת נפשא, Ruth 1, 20. מה דנטרין עמיך איהא נטרא אנא quod observant populares tui, idem illud observatura sum et ego, Ruth. 1, 16.

---

95) Castellus vocem איד cum arab. عيد festum, solenne confert, et Joh. Lightfootius eam in syr. ܥܐܕܐ respicit, quod lectioni עידיהן cum ע loco א magis quadrat. Numerantur in Aboda s. fol. 8 in Misna complures dies festi Romanorum anno revertentes, additque in Gemara Rabbi Samuel ibid. f. 11 b festum semel septuagesimo quoque anno revertens quod ut videtur ad ludos saeculares spectat et quidem ad illos, quos Philippus anno milesimo a. u. c., anno CCXLVIII. p. Chr. celebravit, quod Saeculares ipsos voluit ad annum quendam insignem redigere, unde fit ut Rabbi Samuel de illis ludis dicat, eos septuagesimo quoque anno reverti. Descriptionem horum ludorum prout Talmudici eos tradunt vide in Er. Millin et cf. annotata nostra in קירין. 95a) Vide annot. nost. ad lit. א

*) איהי (Berach. 596. Kid. 72 a) urbs Is (v. Herod. I, 179), hodie Hit vel Hella appellata, quae sita est a Babylone septentriones versus (ὀκτὼ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος) in utraque Euphratis fluvii ripa (V. Bischof s. v. Aejopolis et Is). Eodem nomine fluvius haud procul ab urbe appellatur (Ἴς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ οὔνομα, Her. l. l.). In Talm. et urbs et fluvius cognominantur דקירא propter bitumen (s. naphtha, pissasphaltum) ibi uberrime repertum. Solebant קירא explicare per *ceram*, significat autem quamlibet rem ad exardescendum vel etiam ad extendendum facilem, imprimis *bitumen*, quod apparet ex Gen. 14, 10, ubi vox hebr. חמר in vers. Syr. redditur per קירא. — B. Ar. in דקר habet האי pro איהי, quae tamen lectio neque sensui neque optimis codicibus plane respondet.

אִירְתַּנְיָא Vide supra in אות.

אין אִיזְיָא *spinae*: דאת מייתי איזייא quia affers spinas, sic gl. איזייא, i. e. קוצים, Talm. hier. Maaser scheni c. 4.

אֵיךְ *quomodo, qualiter, sicut, quemadmodum*: דאיך דמא בנפשיה sicut cogitat vel imaginatur sibi in animo suo, sic est, Prov. 23, 7. In Targ. communius dicitur היך.

אֵיכָא *ubi, ubinam?* Compositum est ex interrogandi particula אי et כא, ubi vide.

אֵיכָן *idem* Gen. 37, 16. Jon. frequens est in Talm. Hierosolymitano.

אֵיכְדֵין *quomodo*: ex אֵיךְ et דֵין compositum: איכדין איכול quomodo potero? Esth. 8, 6. איכדין קלקלת ית אורחתיך quomodo vastasti vias tuas, Jer. 6, 2.

אֵיכוּת, אֵיכוּתָא *qualitas*: ספר מעט חכמות ורב האיכות liber exiguus quantitate, et magnus qualitate: בעל האיכות *qualitates habens, quale*. Apud logicos est qualitatis praedicamentum. Plur. אֵיכֻיוֹת vel אֵיכוּיוֹת qualitates. Aben Tibbon in Physica sua de calore et siccitate ignis scribit הם האיכויות הנמשכות בטבע אחר צורתו sunt qualitates, quae trahuntur natura post formam suam, i. e. comitantur eam: איכות המשפט qualitas propositionis, num affirmativa vel negativa ea sit, aut etc. apud logicos.

אֵיכוּךְ idem.

הִתְאַיֵּךְ *qualificari, qualitates habere*: ואין ענין אמרם לא יתאיך אלא שאינו בעל איכות neque est alius ejus sensus cum dicunt, non qualificatur, quam, non habet qualitates, More 32 b.

איכא Vide infra אכא.

איל אִילָא *cervus*. Haec forma hebraea est: Targum etiam אִילָא: ut אִילָא וְטַבְיָא cervus et caprea, Deut. 14, 5. Sic טַבְיָא וְאַיְלָא Deut. 15, 22. איך אילא וכאורזילא ראילא sicut cervus glocitans, Ps. 42, 2. aut hinnulo cervi, Cant. 2, 9. Plur. הֵיכְמָה דִמְסַחֲרִין אַיְלַיָא sicut circumeunt cervi in deserto, Thren. 1, 6. מֵאַיְלִין וְטַבְיָן praeter cervos et capreas, 1. Reg. 4, 23. Foem. אַיַּלְתָא *cerva*: אף אילתא במדברא etiam cerva in deserto parit, Jer. 14, 5. אילתא רחמותא cerva amoris Prov. 5, 19. Plur. הֵיךְ אַיְלָתָא sicut cervorum, Ps. 18, 34. כד מצטערין אילתא quando dolore partus afficiuntur cervi, Job. 39, 4.

אַיִל hebr. *aries*:[96] Talm. איל בן יומו קרוי איל aries unius diei vocatur quoque aries, Bava k. 65 b.

אילא קמצא *species locustae magnae*, quae alias שושמא et סוסבול, quasi dicas *cervus-locusta*. Videtur esse *scarabeus lucanicus, cervus volans*, Graece *Κάραβος*. Av. sar. 37 a. Pes. 16 a. Edajoth c. 8 ubi Rambam scribit, esse speciem locustae, cervo similem. Erat autem ex locustis mundis, et ad esum licitis.

אילא דספינתא *cervus navis*. Certum quoddam instrumentum vel scrinium erat in navibus, in quo nautae pecunias asservabant. V. Talm. Ned. 50 a. Ex ejusmodi cervo invento scribunt ibi divitem factum esse R. Akivam.

אִיְלָא *vermiculus uvas laedens*: ואילא דעינבי et vermiculus uvarum, Schab. 90 b. prave in Munstero notatur אלה.

אִיְלָא *superliminare, postis januae superior*. Scribitur quandoque sine י in medio: על אלא דדרתא et versus superliminare atrii portae, Ez. 40, 14. Pl. אֶלַיָא שִׁתִּין postes superliminares sexaginta cubitorum, Ez. 40, 14.

*) איוב. Inserendum hoc loco videtur nonnihil de Jobo. De nominis origine disceptatio est inter viros doctos. Plerique enim איוב derivandum putant a rad. איב, unde אוֹיֵב hostis dicitur; ita ut nomen significet *virum hostiliter* (sc. a deo) *tractatum*, quod aptissimum est, si totam Jobi historiam respicimus. Ewald contra (Die Dichter des alten Bundes, ed. II. p. 19) derivat hoc nomen a radice quadam אוב, quam ortam esse ex חוב, שוב dicit, ita ut Jobus sit *is, qui se convertit*. — Variae de Jobo sententiae reperiuntur Bab. bathr. f. 14—16. Fuerunt enim, qui Jobum vixisse negarent, et qui dicerent. Quid, quod etiam dicebant, amicos Jobi daemonas fuisse (v. Midr. Koh. f. 100.) — Si similem fabulam (ut Nork in Lexico memorat) apud Indos reperimus, inde non sequitur (ut iste vult), ut haec de Jobi fatis ac verbis historia ex India venerit. — Rectissime plerique viri docti persuasum sibi habent poetam vitam Jobi cujusdam, qui antiquissimis temporibus vixit, respexisse. Lectori, qui accuratiorem hujus poematis expositionem legere cupit, commendamus librum Ewaldii supra laudatum.

*) איזגר מלכה (Kethub. 61 a. Sebach. 19 a) est Isdegerd (Yesdedshird) I., qui 400—420 p. Chr. rex Persarum erat. Is ab judaicis et christianis scriptoribus summis laudibus effertur propter indulgentiam, quam dissentientibus in rebus divinis exhibebat, a persicis vero scriptoribus maximopere vituperatur, quod nequaquam mirum est, quia Magi potissimum rerum a regibus persicis gestarum scriptores fuerunt, qui putabant, illa regis indulgentia suam religionem laedi suamque auctoritatem comminui. (V. historiam Persiae a John Malcolm conscriptam et Baumgarten: Allgemeine Welthistorie, tom. 9 §. 651.) Persecutiones Judaeorum, quarum Rabbini posteriorum temporum mentionem faciunt, et oppressio omnium alienarum re ligionum (imprimis etiam christianae, cf. Richter: Geschichte p. 208) non huic sed nepoti ejus Isdegerdo II., qui 442—460 rex erat, crimini danda.

*) איזין ortum ex gr. *ἴσως* abjecto ς, significat „per occasionem, strictim, obiter." Bab. Metsia 70 a: אימא לי איזין נימא דעובדא היכי הוה „dic mihi occasione data, quomodo res se contulerit."

[96]) איל significat etiam crepidinem portae. Aquila vertit per *κρίωμα*; Graeci *κριόν* vocant. Aliud est אילם, quod *κυμάτιον* significat. איל etiam vocabatur machina bellica, qua utebantur in oppugnandis oppidis, quae a Romanis dicitur *aries*.

*) אילון, Talm. hieros. Megilla ab init., *Ajalon*, locus Palaestinae in finibus tribus Naphtali, qui Jos. 19, 33 vocatur אלון.

*) אילים locus ubi Israelitae, ex Aegypto egressi, quieverunt, cf. Ex. 16, 1. Num. 33, 9., Arabibus etiam nunc عاليم vocatus. Nomen accepit inde, quod Israelitae ibi 70 palmas (et 12 fontes) invenerunt.

ומשחתא חדא לאיליא et mensura una erit postibus istis, Ez. 40, 10. עַל אֱלוֹהִי super postes ejus, Ez. 4, 26. ואלוהי תרתין אמין et postes ejus duorum cubitorum, Ez. 40, 9. ולאליהן et postibus ipsorum, Ez. 40, 16. Plur. foem. constr. וְזָעוּ אֱלָוַת סִפֵּי הֵיכְלָא et commoti fuerunt postes liminum templi, Jes. 6, 4. V. infra in אלא.

אילא nom. propr. viri sancti in urbe Jafne, cujus probitas in proverbium abierat, ut dicerent, מומחה כאילא ביבנה probatus erat ut *Ela Jafnensis*, Ber. 29.

אילת[97] nomen loci, Maaser scheni cap. ult.

אִילוֹ vide mox in אלו.

אילך vide infra in אלך.

אַיְלוֹנִית[98] *sterilis mulier vel puella.* Definitur haec a Talmudicis, quando viginti annos nata, nondum pubertatis signa produxit, vel ut ipsi ajunt, quando nondum tunc duos pilos produxit in loco isto. Scribunt enim: ואיזו היא אילונית כל שהיתה בת עשרים ולא הביאה ב׳ שערות וכו׳ Jevam. 80 b. Item בת עשרים שנה ולא הביאה שתי שערות היא אילונית Schab. 47 b. Nidda 47 b in Misna. Puella usque ad annum duodecimum completum, vocatur קטנה *minorennis*, vel תינוקת *puellula.* Anno decimotertio vocatur נערה *puella.* Si producat duos pilos in loco noto, tunc illud vocatur סימן התחתון signum pubertatis inferius Producto hoc signo, post menses sex completos, vocatur בגרת *pubes, matura viro, nubilis.* Inter נַעֲרוּת et בַּגְרוּת non est distantia nisi sex mensium. Ad vigesimum annum si nondum produxit signum inferius, tunc vocatur אילונית *sterilis, impubes.* Signa אילונית sunt: quae nondum habet mammas: quae difficultatem sentit in coitu: quae non habet declivitatem in pube juxta modum mulierum: cujus vox gracilis est etc. סימן העליון signum superius pubertatis sunt mammae, quando papilla digito depressa, sponte non redit etc. Vide Majem. par. 2 in statutis אישות, c. 2.

אים *terrere, terrorem incutere*, Talm. מאיימין עליה terrent eam. Talmudici de muliere a fide conjugali declinante Num. 5 sic scribunt: היו מעלין אותה לבית דין הגדול שבירושלם ומאיימין עליה כדרך שמאיימין על עידי נפשות producebant eam in domum judicii magni Hierosolymae, et terrorem incutiebant ipsi, sicut solebant terrorem incutere testibus rerum criminalium etc. Sota 7 in Misna: כצד מאיימין את העדים quomodo terrent testificantes, scil. in criminalibus, Sanh. 37 a in Misna. Terror fiebat, ut veritatem dicerent.

אֵימִים *Emaei*, gigantes, qui in posteris terrae Canaan fuerunt, Gen. 14, 5. Deut. 2, 11. 12. Sic dicti, quod videntibus terrorem incuterent. Septem autem nominibus gigantes sunt appellati. Secundum, גבורים *potentes*, quod magni corporis magnae essent vires, R. Abba dixit: medulla ossis femoris erat octodecim cubitorum 3. זַמְזוּמִים *scelesti*, a זִמָּה scelus: vel cogitabundi, quomodo Onkelos eos vocat חשבני i. e. astuti, vafri ad laedendum, a זמם, Deut. 2, 21. 4. נְפִילִים a נָפַל *cadere*, quod videntes eos, prae metu conciderent exanimes, Gen. 6, 4. Num. 13, 34 vel שהפילו את העולם ושנפלו מן העולם quod ruinam induxerunt mundo et deciderunt a mundo et repleverunt mundum נפלים abortivis, scortatione sua. 5 עַוִּים *perversi*, ab עוה, quod perverterent et vastarent mundum, juxta illud, עוה עוה אשימנם Ez. 21, 27. Fuerunt et ipsi vastati e mundo, ut est Deut. 2, 24. Ex posteris terrae Canaan et ipsi, ut Jon. hic transfert. V. et Jos. 13, 3. 6. עֲנָקִים quasi *strangulatores*, Num 13, 34, quod prae terrore suffocarent homines. Vide et Deut. 1, 28. 9, 2 et 2, 11. 7. רְפָאִים a רפה, quod languidas et emortuas redderent vires hominum, שכל מי שראה אותם היה לבו רפה כשעוה quod quicunque videbat eos, ejus cor liquescebat instar cerae; aut שכל הרואה אותם ידיו מרפות quod quicunque videret eos, ejus manus languidas facerent, ut loquitur Rabbi Salomon Deut. 2. Vide Beres. rab. s. 26.

אֵימְתָא, אֵימָה *terror*: אימה חשכה גדולה terror et tenebrae magnae (cadebant super eum), Gen. 15, 12 in Jon.: תַּפִּיל עֲלֵיהוֹן אֵימְתָא fac ut cadat super eos terror, Ex. 15, 16. אימתא דמלכא terror regis, Prov. 20, 2. ית אימתי terrorem meum (mittam ante te), Ex. 23, 27. אימתי לא תבעתנך terror meus non perterebit te, Job. 33, 2. ואימתך על כל עממיא et terror tuus est super omnes populos, Cant. 6, 3. נפלת אימתכן עלנא cecidit terror vester super nos, Jos. 2, 9. Apud Talm. ת״ר חמשה אימות הן אימת חלש על גבור אימת מפגיע על ארי אימת יתוש על הפיל אימת סממית על העקרב אימת סנונית על הנשר אימת כילבית על לויתן quinque terrores sunt, in quibus infirmius terrori est fortiori *Maphgiah* (nomen animalis parvi, vocem habentis maximam) terrori est leoni: *musca* terrori est

*) אילן chaldaice dicitur pro hebr. אלון, Dan. 4, 7 sq. Quum vero vox hebr. tantummodo quercum robur vel terebinthum significet, vox chald. de qualibet arbore adhibetur v. אלן.

97) אילת urbs ad mare rubrum eumque sinum sita, qui ab ipsa Aelaniticus vocatur. Graecis enim est *Αἴλανα*, cf. Strab. 16, 759, prioribus temporibus *Αἴλα* nominata, Arabibus أيلة. Nomen accepit a palmis (palma Hebraeis vocatur איל s. אילה), quae et antiquissimis et nostris temporibus haud procul ab urbe inveniuntur, v. Strab. 16, 776 et Robinson Palaest. I, 282. Haec tamen valent tantum de ea urbe, quae in S. Scr. et inde in Targ. memoratur. Elat urbs, quae Maas. scheni memoratur, diei itinere Hierosolymis abesse fertur et in septentriones spectare. Neque tamen certi quidquam de hac urbe compertum habemus. Nam de Elusa s. Eulatia, de qua cf. Ptolem. V, 16, 10 et Robins. I, 333 sqq., cogitari nequit. Ex utriusque enim sententia haec Elusa (ab Arabibus الخلصة dicta) ab urbe Beersaba ad meridiem spectat.

98) אילונית. B. Ar., qui hanc vocem talmud. explicat per דוּכְרְנִיתָא (= femina), docet nos, unde haec vox derivanda sit. Etymon esse ostendit איל (= aries masculus), ita ut אילונית ab איל eodem modo formatum sit, quo דוכרניתא a דכר = זכר, q. e. *masculus.* Atquae haec sententia eo firmatur, quod Lev. 5, 18 pro hebr. איל (aries) in Targum ponitur דכר.

*) אילתא stella diurna, stella Veneris; saepius occurrit in libro Zohar.

elephanto: *aranea* terrori est scorpioni: *hirundo* terrori est aquilae: *kilbis* (nomen vermis aquatilis) terrori est balaenae, Schab. 77 b.

אֵימְתָן *terribilis, terrificus, formidabilis*: גבר ואימתן potentem et formidabilem, Jes. 28, 16. Plur. אֵימְתָנִין וּדְחִילִין אִנּוּן formidabiles et terrifici sunt, Hab. 1, 7. וית אימתני et terribiles gigantes, hebr. ואת האימים Gen. 14, 5. Sic Deut. 2, 11. 12. Foem. דְחִילָה וְאֵימְתָנִי terribilis et formidabilis, Dan. 7, 7 per apocopam usitatam pro אֵימְתָנִית.

אִימָא *colus*: הנוגע בצמר שעל האימא tangens lanam quae est in colo, Kelim c. 21. הכוש והאימה fusus et colus, Kel. c. 11.

אִימָא vide infra in אמר ad Futurum.

אֵימָת, אֵימָתַי vide in lit. ם in מתי.

אין quod Aruch ex hac forma citat pro *considerare, videre*, id vide in עין.

אִין *si*, idem quod hebraice אִם, unde et sine י in medio in Regiis scribitur. Sed in Targ. et apud Rabb. est cum י semper, ad differentiam אִן. In continuata sententia repetitum, valet *sive*: אין בעירא אין אנשא sive jumentum sive homo fuerit, Ex. 19, 13 in Jon. Et interrogative pro *num, an*, ut et *si* apud Latinos sumitur: אין אית טעם num est gustus in albumine ovi? Job. 6, 6. אין חילא היך אבניא חלי num robur veluti lapidum est robur meum? Job. 6, 11. אין בשרי קרים כנחשא num caro mea obducta est quasi chalibe? Job. 6, 11.

אַיִן *ubi?* sed in compositione tantum usurpatur. מֵאַיִן *unde?* inde Talmudici dicunt מִנַּיִן *unde?*

אִין *sic, ita*, responsio affirmativa. Pro eo dicitur etiam הֵן ut ibi videre est. Apud Talm.: אמר ליה אתינא לעלמא דאתי אמר ליה אין dixit ipsi: perveniamne in seculum venturum (i. e. vitam aeternam)? respondit „sic“. Opponitur ei negativum לא vel לאו: ut בסכנה אין שלא בסכנה לא in periculo, ita: quando non est periculum, non: מצוה מגולה אין מכוסה לא si sit praeceptum publicum, sic: si privatum vel occultum, non, Schab. 130 a. Vide notas Drusii ad Matth. 5, 37 et 2. ad Cor. 1, 17 et infra in הן.

אִינִי *itane?* admirantis, sequi solet וְהָא *sed ecce*, quod contrariae est objectionis. In libro הליכות עולם f. 7. איני שהוא ענין כן בלשון תגמרא vox איני est significationis כֵּן („sic, ita“) in lingua Gemarae.

איך אִיקוּן vide infra in אקן.

איר אִייָר[99] mensis nomen, Aprili nostro respondentis: עד חמיסר יומין לירחא דאייר ad decimum-quartum diem mensis Ijar, Ex. 12, 39. Is fuit mensis secundus ab egressu ex Aegypto: egressi autem fuerunt mense ניסן Martio. בְּאִייָר לָא in mense Aprili non (scil. debebat fieri excidium Judaeorum) quod in eo descenderat Manna, Esth. 3, 7 in secundo Targ. Item „et locutus est dominus cum Mose in deserto Sinai in tabernaculo conventus, בחד לירחא דאייר הוא ירחא תניינא primo die mensis Ijar sive Aprilis, qui est mensis secundus,“ anni secundi ab egressu de terra Aegypti, Num. 1, 1 in Jon.

אִירוֹנִי *urbanus*, cui opponitur paganus: foemin. אִירוֹנִית *urbana* לפסין אירוניות sartagines urbanae, quales in urbibus apud cives, non in pagis apud rusticos usitatae sunt, Talm. Edaj. 5. Est ab עיר *civitas*, gutturalibus א et ע inter se commutatis.

אייר[100] *docere, doctrinam proponere*. Verbum est Talmudicorum proprium, קַמְיָירִי docent. איירינן docemus. מדקאיירינן postquam docuimus. B. Ar. in אר quinto pro איירינן legit ארינן et dicit, denotare objectionem.

---

*) איננס, Talm. hieros. Demai 26b, ubi R. Jochanan narratur in locum quendam venisse, atque praeceptorem vidisse, qui erat 'א. (ר"י אזל לחד אתר אשכח ספרא איננס), quod a Menachemine di Lonsano explicatur per gr. εἰανόν, verisimilius tamen lat. *jejunus* est.

*) איגנר, quod B. Ar. exponit per מעט, pers. videtur, per metathesin ortum ex اندك quod est parum. V. in נגר.

*) אִיסוֹרְיָא v. in יסר.

*) אִיסְדָּר syr. [syr.] hebr. מראשתיו, locus, ubi caput est.

*) אִיסּוּרָא castigatio, v. in יסר.

*) איסר assarium, v. in אסר.

*) איסטריוט vel איסרטיוט (Bamidb. rab. s. 7) est graecum, στρατιώτης, miles. V. in 'אסט.

*) איפטייה, quod abjecta litera א legitur Talm. hieros. Sanh. p. Chelek. I, ortum est ex gr. ὑπατεία.

*) איפרכוס v. in 'אפר.

*) איקנוס (Jalk. Job. 319) = ἱκανός.

99) אייר. Ne quid videamur omisisse vel nimis neglexisse, pauca hoc loco addamus de mensibus. R. Mosche ben Nachman in Comm. ad Pentat. (ad Ex. 12, 1) dicit, nomina mensium esse persica neque reperiri nisi in scriptis prophetarum Babylone vel post exilium Babylonicum viventium. Conferendus est Tract. Rosch hashana I. hal. 2, ubi Rabbi Chanina obtinet, nomina mensium ex Babylonia in Palaestinam venisse; prioribus enim temporibus menses enumeratos, non cognominatos fuisse. Neque tamen, etsi hoc constat nomina mensium non hebraea esse, satis perspicuum est in singulis, quid significent. Si quis accuratiorem hujus rei explicationem desiderat, eum ablegamus interim ad libros hosce: F. D. Michaelis: de mensibus Hebraeorum; Ideler: Lehrbuch der Chronologie; Benfey et Stern: Ueber die Monatsnamen einiger alter Völker. Vix quidem inveniet, quae sufficere videantur. Nostrum autem esse censebimus accuratius totam hanc rem disquirere et quaecunque de mensium nominibus consecuti erimus summa cum diligentia in חמח exponere. — De nomine אייר interim hoc monendum, fuisse nonnullos, qui conferre vellent gr. ἔαρ, εἶαρ, quasi sit „mensis vernus,“ atque alios, qui vocem ad syr. [syr.] „splendor solis“ referrent

100) De hac voce, eius etymo omnibusque iis verbis, quae inde derivanda sunt, deo juvante exponemus in excursu, quem operi perfecto adjungemus, quia longum est hoc loco omnia enumerare.

אוריא idem. מאי אוריא נכרי quare docet de alienigena? quid docetur hic voce alienigenae? מאי אוריא הכא quid docet hic, quid docetur hic, quod scriptura dicit nomen ejus esse Naema? Postellus in Zohar reddidit: quid visum est hic? quasi a ראה, col. 222 in Gen. et alibi.

אוירינן[101]. In Midr. Esther 1, 6. חור כרפס ותכלת תרגם עקילם אויריינן קרפסינן ורב ביבי אמר מיינן. Vox graeca est: sed quid significet non liquet. Glossa dicit esse speciem vestimentorum pretiosorum.

איש *vir, maritus: quisque, aliquis, quidam, quispiam.*

Apud Rabbinos est *singulare, individuum logicum*: אִישֵׁי הַמִּין individua specifica. אִישֵׁיהֶם individua ipsorum: שאין השם ית' משגיח באישי האדם quod deus non providet (i. e. providentia sua curat et regit) individua hominis, R. Levi Jobi 19. Vide eundem Jobi 3 et Jobi 6. Apud Talm. additur et *patriae alicujus*; ut איש ירושלים vir Hierosolymitanus: איש צרדה vir Tzardaeus: איש סוכו vir Sochaeus. Sic intercedente כְּפר: ut יעקב איש כפר סכניא Jacobus vir de pago Scanja: איש כפר חנניה vir de pago Hananjah; איש כפר עכו vir de pago Acco יששכר איש כפר ברקאי Isachar vir de pago Barke. Sic possit esse quoque nomen Ἰςκαριώτης. Vide Caninium de locis N. T. Hebraicis c. 13 et Drus. ad voces hebr. N. T. Porro apud Rabbinos אותו האיש *ille vir*. Sic synecdochice saepe vocant Christum, quem ne nominare quidem dignantur, in Ab. Esra Gen 27, 39. In commentario quodam libri precum, in Jotzeroth 36 a. ad haec verba: דורש אל המת *consulens mortuum*, notatur: אותו האיש שמת כשאר כל אדם illum nempe virum, qui mortuus est ut caeteri homines. Sic invidiose dicit Pontifex maximus Act. 5, 28. *οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μὴ διδάσκειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ: καὶ ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἰερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου* „nonne etiam atque etiam denuntiavimus vobis, ne doceretis *in nomine isto* etc. et vultis super nos inducere sanguinem *hominis istius*.

אִישִׁי *domine*. Vocabulum honoris: אישי כהן גדול domine pontifex, summe sacerdos, Talm. Joma 1 in Misna. Verba sunt seniorum ecclesiae ad summum sacerdotem. Sic in Tamid c. V. et alibi saepe summus sacerdos hoc titulo compellatur. Glossa אדוני.

אִישִׁיי *virilis*.

אִשָּׁה *mulier, uxor, conjunx*. De nomibus אִישׁ et אִשָּׁה legitur in Pirke sive capitulis R. Eliesaris, c. 12. Quamdiu homo primus fuit solus, vocatum fuit nomen ejus Adam אדם. R. Josua Karchaeus dixit: propter carnem et sanguinem vocatum fuit nomen ejus אדם (alludit ad nomen דם *sanguinis*). Quamprimum autem creavit ipsi adjutorium (אשה) mulierem, vocatum fuit nomen ejus איש et ipsa אשה. Quid fecit Deus? Posuit nomen suum (יה) in medio nominum ipsorum. Si ambulaverint in viis meis, et observaverint praecepta mea, tunc nomen meum erit in medio ipsorum, liberabitque eos ex omnibus angustiis: quod si non, ablaturus sum nomen meum e medio ipsorum, ipsique fient אש (ignis) et אש ignis unus consumet alterum, sicut dictum est: האש „et ignis iste ad perditionem usque consumet," Job. 31, 11. Haec ibi. Nempe literam י interposuit nomini viri: et literam ה addidit nomini uxoris sive mulieris. Hae duae literae conjunctim constituunt nomen divinum. Ubi dei nomen sive deus viro et uxori in conjugio praesens est, ibi quoque gratia et benedictio: ubi abest, ibi remanet ex nominibus ipsorum אש ignis litium et purgatorium ignitum consumens. Haec passim in variis Hebraeorum scriptis laudantur. De uxore ducenda Hebraeorum est traditio: אע"פי שיש לו לאדם כמה בנים לא יעמוד בלא אשה etiamsi homini sint plurimi liberi, tamen non manebit absque uxore, Talm. Jebh. 61 b. Ibid. 63 b. כל יהודי שאין לו אשה אינו אדם שנאמר זכר ונקבה בראם quicunque Judaeus non habet uxorem, non est homo dicendus, sicut scriptum est: „Marem et foeminam crevit eos", Gen. 1, 27. In Medr. Tillim, Ps. 69. מצא אשה מצא טוב inveniens uxorem, invenit bonum, Prov. 18, 22. Contra alibi dicitur: invenio amariorem morte, foeminam, Ecc. 7, 27. Intellige: si mulier mala sit, non est finis malitiae ejus: si bona, non est finis bonitatis ejus. Et hoc est illud: „inveniens uxorem, invenit bonum." Antequam creata esset mulier, dictum est: non est bonum hominem esse solum. Quando creata fuit, scriptum est: et vidit deus omnia, quae fecerat, esse bona valde, Gen. 1, 31. Illud est, inveniens uxorem, invenit bonum. Dixerunt Rabbini nostri: quicunque non habet uxorem, in eo deficiunt quinque res: 1. Caret benedictione, sicut dictum est: „Et benedixit ipsis Deus", Gen. 1, 22. Non dixit אותו *ei*, sed אותם *eis*. 2. Caret vita, (est quasi non viveret) sicut dictum est: „et fruitor vita cum uxore cara", Eccl. 9, 9. 3. Caret laetitia, sicut dictum est: „Laetare de uxore adolescentiae tuae", Prov. 5, 18. 4. Caret adjutorio sive auxilio, sicut dictum est: Faciam ei adjutorium, Gen. 2, 18. 5. Caret bono, sicut dictum est: Inveniens uxorem, invenit bonum, Cum autem uxor mala fuerit, expellit omne bonum e domo, facitque virum pauperem. At si bona fuerit, tunc de ea scriptum est, אשת חיל foeminam strenuam quis inveniet? Prov. 31, 10. Item uxor strenua est corona mariti sui, Prov. 12, 4. Item: a domino est אשה משכלת uxor prudens, Prov. 19, 14. Vide et Talm. Jev. 62 b et Ber. r. s. 17. De honore uxori exhibendo traditio est: לעולם יהי אדם זהיר בכבוד אשתו שאין ברכה מצויה בתוך ביתו של אדם אלא בשביל אשתו semper sit homo cautus ad honorandam uxorem suam, quia nulla est benedictio in domo ejus, nisi propter uxorem, sicut dicitur; et iterum: אוקירו לנשייכו כי היכי דתתעתרו honorate uxores vestras, ut divites fiatis, Talm. B. Metz. 59 a. Convenit cum illo Petri 1. Epist. 3, 7. *ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν* etc. De amore uxorum: האוהב את אשתו כגופו והמכבדה יותר מגופו וכו' qui diligit uxorem suam ut suum corpus, et honorat eam magis quam suum corpus etc. de eo scriptura dicit, „et scies quod pax erit in tabernaculo tuo, visitabisque habitaculum

101) אוירינן *ἀέριvος* colore aëris.

tuum, et non peccabis," Jobi 5, 24. Talm. Sanh. 76a. Sic Apost. ad Ephes. 5, 28. *οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα* etc. Item: quaesitum aliquando fuit a R. Jehosua: מפני מה האיש יוצא למטה quare vir (masculus) egrediens (ex utero matris) habet vultum deorsum versum? והאשה יוצאת פניה למעלה mulier (filia foemella) egrediens habet vultum sursum? Respondit: masculus respicit locum creationis suae (terram scil. ex qua creatus est): והאשה מבטת למקום ברייתה mulier autem sive foemella respicit quoque locum creationis suae (virum scil. ex cujus costa creata est). Praeterea, quare mulier opus habet, ut aromatibus condiatur, vir autem non? respondit: Adam אדם (homo mas) creatus fuit ex אדמה terra: terra autem non putrescit unquam: חוה Eva (mulier) creata fuit מעצם ex osse (quod putrescit et corrumpitur). Adhuc: מפני מה האשה קולה הולך ולא האיש quare mulieris vox ambulat (sonora et strepera est) non autem viri? responsum fuit per simile. Si impleveris ollam carne, sonus ejus non ambulat sive personat: si autem impleveris osse, mox sonum edit (sicuti vas vini plenum et vacuum). Insuper: quare vir facile potest persuaderi et emolliri, ואין האשה נוחה להתפתות mulier autem non facile potest persuaderi? responsum fuit: Adamus vir creatus fuit ex terra, cui si affuderis guttam aquae מיד היא נשרית statim illa maceratur et mollescit: at Eva mulier נבראת מעצם creata fuit ex osse, quod si per multos etiam dies maceres in aqua, tamen non mollescit etc. plura, Ber. rab. s. 17.

אֵשֶׁת אִישׁ *uxor viri*, scil. *alieni*, i. e. *adultera*. Ex quo aliqua desponsata est, נחשבת כאשת איש censetur ut adultera, si alius quis cum ea rem habeat: הנחשדת על אשת איש quae suspecta est quasi sit adultera, adulterii nomine: חשדוהו מאשת איש suspectum ipsum habuerunt propter adulteram, quod cum alterius uxore rem habuerit: כל הבא על אשת איש לא ינקה מדינה של גיהנם quicunque rem habet cum uxore viri (alieni, i. e. qui committit adulterium) non evadet e judicio gehennae Sota 4b.

אִישׁוּת *conjugium, matrimonium:* אישות לבהמה מי איכא conjugium bestiis ubi ergo est? פנוי הבא על הפנויה שלא לשם אישות עשאה זונה viduus coiens cum vidua, si non sit nomine conjugii, facit eam scortum, Talm. Jev. f. 61b. Sanh. 51a. האישות לא ישלם למי שאינו בן י"ג שנה ויום אחד conjugium non absolvitur alicui, nisi habeat tredecim annos et diem unum, i. e. non licet alicui ante decimum tertium annum conjugium contrahere. Nam ad generandum est inidoneus. De ritibus et statutis conjugii vide Majem. in הלכות אישות.

אִישׁוּת *talpae*, Talm. צדין את האישות ואת העכברים venantur talpas et mures, Moed c. 6b. In Gemara ibid. mox: מאי אישות quid est אישות? בריה שאין לה עינים creatura quae non habet oculos. Addit R. Salomon, וחופר בקרקע et fodit in terra. Esse plurale apparet ex ejusdem glossa ad praecedentem locum, ubi rationem reddit, quare liceat eas venari; nempe inquit, שמפסידין בו quia vastant eum, sc. agrum. Quidam legunt singulariter אִישׁוּת, cui formae modus significandi repugnat. Vide et in אשה.

אִית[102] *est, sunt*. In Daniele dicitur אִיתַי, et apud Talm. אִיתָא. Est pro Hebraeo יֵשׁ. Sed in Targ. est longe frequentissimum pro exprimendo verbo sustantivo, (ut loquuntur Grammatici), cujus ellipsis saepe est in Hebraeo: מאם אית חמשין fortasse sunt quinquaginta, Gen. 18, 24. האית לבך כשר num animus tuus est rectus, 2. Reg. 19, 15. איתי גבר במלכותך est vir in regno tuo, Dan. 5, 11. איתי גברין יהודאין sunt viri Judaei, Dan. 3, 12. Cum Affix. לָא אִיתוֹהִי non est ille, Dan. 2, 11. אִיתֵיכוֹן estis vos, Dan. 3, 4. וְלָא אִיתַי et non amplius sim ego, Ps. 39, 14. בְּעוֹד אִיתַי quamdiu ego supersum, Ps. 104, 33. מִדְאִיתַנִי ex quo die sum ego, Gen. 48, 15. Talm. איתנהו sunt ipsi. Pro דאית in Talmud Hierosolymitano, eliso א, legitur aliquando דית, ut in Sota c. V. מה דית לי אנא מנכה ואנא עביד מצוה de omnibus quae mihi sunt detraho, et facio eleemosynam.

כִּדְאִיתָא *sicut est*, et sine א, כִּדְאִית et per apocopam כִּדְאִי, apud Talm. et Rabb. Chaldaisantes.

לֵית *non est*. Compositum ex לא et אִית hebr. לא יש. Dicitur et לַיִת, quae scriptio ad compositionis originem accedit: ואינש לית et homo nullus erat, qui coleret terram, Gen. 2, 5. ורוחא דמטרא לית et ventus pluviae nullus est, Prov. 25, 14. Suscipit affixa ut ipsum אית simplex: לֵיתוֹהִי non est ipse, Ex. 3, 2. vel לֵיתוֹי, Ps. 37, 10. לֵיתְנּוּן non sunt ipsi, לֵיתָךְ non tu. Talmudicis לֵיתִינְהוּ non sunt ipsi.

אִיתַי vide infra in אתא.

אִיתָא vide infra in אתת.

אִיַּית legitur in Venetis Proverb. 25, 8. 11. mendosum est, et legendum מְסַרְהֲבָאִית, de quo in סרהב in ordine סרה, et פסיאית, de quo in פסא.

אַךְ *tantum, tantummodo, duntaxat: veruntamen, sed: profecto, certe sane*: τεχνικῶς deducitur in formam numeri pluralis, unde illud Rabbinorum: כל אכין ורקין שבתורה מיעוטין omnia אך et רק quae in lege sunt, dimi-

---

102) אית, Syr. ܐܝܬ (negat. ܠܝܬ) proprie est *res constans, corpus individuum*, arab. إِيسَ pro أَيْسَ ab أَوِى quocum verbo etiam hebr. אות (signum rei individuae) et אֵת (quod et ipsum est signum rei destinatae, quamobrem haec nota accusativi poni non potest nisi prae nominibus determinatis) cohaerere videntur. Eodem modo Kimchius hebr. יש (cf. gr. *ΕΣ*, *ἔσμι*, *εἰμί*, lat. *ESUMI*, sum) per: „consistens, subsistens, solidus" interpretatur vocemque pro substantivo habet et ita vertit, quum s. r. ישה (commemoratis nonnullis locis), ubi יש legitur, dicat כלם ענין דבר הנמצא „haec omnia notionem *entis* habent."

*) איתן (ex lingua hebr. proprie *fluvius perennis*) fluvius Persiae, qui et Gosan vocatur, qui influit in fluvium Bab. אמר אביי האי צחנתא דבב נהרא שריא · · · אמר רבינא והאידנא דשפכי נהר איתן ונהר גמדא להתם אסירא Ebai dixit: Pisces fluvii Bab mundi sunt ad esum. Rabbina contra dixit: Hoc tempore, quo fluvii Ethan et Gamda se in eum effundunt, (pisces) immundi sunt; Succa 18a. Pro איתן Aboda sara גמא legitur.

nationem et exclusionem denotant. V. R. Salom. Lev. 23, 27. et R. Dav. Jos. 1, 18.

אַךְ[103] *plaga, calamitas*. Deductum est ex נכה. Talm. אך גדול היה באותו היום plaga magna fuit eo die, Metzia f. 59 b. Glos. מַכָּה.

אכא ,אָכָא ,איכא *est sunt*. Compositum videtur ex אית *est*, et כָּא *hic*. אכא דשרך במלוי est qui insectatur verbis suis, non manebit firmus, Prov. 19, 7. Talmudicis frequentissimum est: איכא כל היכא דאיכא ubicunque est: איכא דאמרי sunt qui dicunt, hebr. יש אומרים. Frequenter aliis particulis junctum, pleonasticum est: מי איכא איהו גופיה כמה הוי quantum ergo fuit corpus ejus ipsum? Chol. f. 58 b. Hinc compositum ליכא *non est, non sunt*, quod indicio est, esse ab אית compositum. Non recipit affixa pronomina.

אכב אֲכְבָּא[104] *gallus gallinaceus*. Legitur in Proverb. Salomonis: וְאַכְבָּא דְמְזָדְרֵז בֵּינַת תַּרְנְגוֹלֵי et gallus qui accinctus est inter gallos sive gallinas, hbr. זַרְזִיר מָתְנַיִם, Prov. 30, 31. Elias scribit, se ignorare quid significet. Hebraeum varie exponitur, זרזיר מתנים accinctus lumbis. Ab. Esra in genere scribit, esse nomen bestiae. Potest esse gallus gallinaceus, alte incedens, quasi lumbis accinctus. R. Levi scribit, esse canem venaticum tenerorum lumborum, (vertagus dicitur, ein Windb); alii putant esse equum generosum, optimi incessus, cujus cinctura est indicium.

אַכְדֵּין vide supra in אֵיךְ.

אכר ;אֲכְוֹרְנְקֵי vide in ordine כור. Munsterus notavit ut singulare: sed plurale est, et א addititium.

אכונגרי.[105] Sic ponit hoc loco Ar. et alii. Vide supra in אבן.

אכז ,אֲכוּז ,אָכוּז *nates*: אכוז תנן או עכוז discimusne, pronunciandum אכוז (cum א) vel עכוז cum ע ab initio, Erub. 53 b. Vide עכז. Est qui *caudam* explicat. Munsterus addit אכוז esse speciem vasis quo hauritur aqua. Illud vas Guido *situlam* vocat. In Ar. de eo nihil. Error est. In Talmud hac forma est nomen כז cum praefixa praepositione talmudica א.

אַכְזוֹרֵי vide in כזר. Nam א volunt esse addititium.

אכם ;אַכְמָא sic adducitur hoc loco in Ar., sed in Gemara, unde citatur, scribitur אכמא. Vide אכם. Munsterus addit, esse quoque *tabulatum juxta piscinas, in quo fit lotura*, de quo Ar. nihil monet.

אַכְאטִים *achates* lapis pretiosus, Schem. rab. s. 38.

אכס .אַכְסְמָה Extat in Targ. Prov. 7, 10. באכסמה דזניתא. Lego: בְּאַסְכֵּמָא דְזָנְיָתָא in habitu meretricis. Graec. est σχῆμα, unde Syri dicunt אֶסְכֵּימָא. Syra phrasis in hoc Targum frequens est.

אכל *edere, comedere, absumere, consumere*. Praeter. וְלָא אֲכַל עִמְּהוֹן לַחְמָא et non comedit cum eis cibum, hebr. בָּרָה, 1. Sam. 12, 17. אֲכָלַנִי שָׁרְבָא consumpsit me aestus, Gen. 31, 40 etc. Part. אָכְלִין לַחְמָא דִּי הוּא אָכִיל excepto cibo quem ipse comedebat, Gen. 39, 6. אתון אכלין vos comeditis, Jos. 24, 13. Infinit. מֵיכַל תֵּיכוּל comedendo comedes, Gen. 2, 16. המיכל אכלנא num comedendo comedimus, II. Sam. 19, 42. ושויאו קדמוהי למיכל et posuerunt coram eo ad comedendum, Gen. 24, 33. Talmudice cum ל ab initio, לוכל. Imper. אֱכוֹל וְאִשְׁתְּ ede et bibe, 1. Reg. 18, 41. אכלו מה דמשתאר comedite quod residuum est, Cant 5, 1. אכלי בשר שגיא comede carnem multam, Dan. 7, 5. Fut. לָא אֵיכוֹל בְּלַחְמָךְ non comedam de pane tuo, Jud. 13, 16. ועפרא תיכול et pulverem comedes (omnibus diebus vitae tuae) Gen. 3, 14. יכלנה comedet illud, Lev. 6, 26. תיכלניה et comedemus eum, 2. Reg. 6, 29. דמה על לא תיכלון sanguinem ejus non comedetis, Gen. 9, 4. ממרין ייכלוניה cum amaris herbis comedetis eum, Ex. 12, 8. Ithpehal vel ithpahel, Praet. וְאִתְאַכָּלוּ מִן חֵיוַת בָּרָא et consumpti sunt a bestiis, Ps. 68, 23. Part לֵיתוֹהִי מִתְאֲכִיל non fuit consumptus, Ex. 3, 2. ובין חיותא דמתאכלא atque inter animal quod comeditur, Lev. 11, 47. דלא מתאכלן מבישו qui non possunt comedi prae malitia, Jer. 24, 2. Infin. וְאִם אִתְאַכָּלָא יִתְאֲכֵיל et si comedendo comedetur, Lev. 7, 18 (al. 8). Futur. בַּאֲתַר קַדִּישׁ יִתְאֲכֵל in loco sancto comedetur, Lev. 6, 26 (al. 29). לא תתאכל non comedetur, Lev. 6, 30 (al. 23). Aphel אוֹכֵל *comedendum dare, cibare*. Praet. אוֹכַלְתָּא לְהוֹן cibasti eos, Ps. 80, 6. דאוכלית יתכון במדברא quo cibavi eos in deserto, Exod. 16, 32. ודבש אוכלתיך et melle cibavi te, Ez. 16, 19. Imper. אוֹכְלֵיהּ לַחְמָא cibato eum pane, Prov. 25, 21. ואוכילוהי לחמא et cibate eum pane angustiae, 1. Reg. 22, 27. Futur. מַן יוֹכְלִנָּנָא בִּסְרָא quis comedendum nobis dabit carnem, Num. 11, 4. Sic legendum, non ex pehal, ut libri habent: ויאכלניה מן טוב לחם et cibabit vel alet eum optimo pane, Ps. 81, 17. In lingua Hierosolymitana reperitur aliquando כל pro אֲכַל, sicut dicitur מַר, pro אֲמַר: ut, ולא שמע להן וכל et non obedivit eis, et comedit, Talm. hier. B. bathra c. 9, 17 a. Apud Rabbinos, אֲכַל *absumere* pro capere comprehendere, occupare, ut quod majus est, *capit et comprehendit intra se id quod minus est*. Sic in structuris, conclave inferius majus intra se comprehendit et quasi absumit conclave superius contractius. Sic vitis arbor se late ramis et foliis circumquaque extendens, intra se absumit arbusta et minores herbas. Sic verbum אכל explicatur in textu sacro apud Ezechielem c. 42, 5. יוֹכְלוּ absumebant, comprehendebant, superabant, occupabant ipsas cellas, vel ipsa coenacula, aut passive

---

103) אך Castellus confert cum gr. ἄχος.

104) Vide annotata ad אכבא.

*) אכזיב, N. pr. loci, quod apud Talm. legi solet כזיב abjecta litera א, v. in כזב.

*) אכוריאל nomen angeli pro אכוריאל a כרז, q. v.

104a). Ad hanc vocem Relandus ex Aruch dicit, significare praepositum mensae regiae; mensam enim Persice *Acoun* appellari et regem *Gar*. Ipse autem haecce addit: Mensa persice خوان Chouân, unde א praeposito factum אכון, uti ex אתון تنور etc. factum credimus. گر Gar additum huic et aliis nominibus *munus* vel negotium eo pertinens notat, uti vox non multum absimilis خوالبكر coquus, praesector etc.

יְכַלְ׳ absumebantur, superabantur, excedebantur ab ipsis, inferioribus sc. conclavibus, quibus superiora contractiora et minora erant. R. David in commentariis in hunc locum scribit, יוכלו esse cum ו loco א: nam literae quiescentes אהוי inter se permutantur. Est autem ענין תפישה significationis *comprehensionis*, i. e. significat *comprehendere*: et יוכלו, i. e. יתפשו. Hanc locutionem etiam invenimus (inquit idem) apud Rabbinos nostros, quando dicunt כמה לוחות אוכלות בארון quot tabulae comprehenduntur in arca? sex. Haec ibi. Meminit et Ar. hujus significationis, sed in nomine tantum: ut אכילת הגפן *comprehensio vitis*, i. e. spatium terrae, quod vitis extensione palmitum suorum occupat. Glos. אכילת הגפן, i. e. מה שהגפן תופס, Kilaim c. 2. Quidam legunt אוּכְלַת vel אָכְלַת, quae forma sequitur mox.

Praeterea apud Rabb. est etiam הִתְאַכֵּל *consumi, concoqui, ut cibus consumitur in stomacho*: שיתאכל המזון ut concoquatur cibus in stomacho. Item כח המאכל vis sive facultas concoctrix. Et, נתאכלו המעות consumptae sunt pecuniae.

אוּכְלָא *cibus*: למשאל אוכלא petere cibum pro lubitu suo, hebr. אכל Ps. 78, 18.

אוּכְלָא *fimus, stercus*: וית אוכליה תוקיד בנורא et fimum ejus combures igni, hbr. ואת פרשו Ex. 29, 14. Sic Lev. 8, 17. וגויה ואוכליה et exta ejus et fimum ejus, Lev. 4, 11. על אוכלה יוקד cum fimo ejus comburet, Num. 19, 5. וית אוכלהון et fimum eorum, Lev. 16, 27. Haec Hebraeo פרש respondent. Aliam significationem rabbinicam vide paulo ante et mox infra.

אֲכִילָה *cibus, comestio, consumptio*: *esca, commeatus.* Emphat. וּבְחֵילָא דַאֲכִילְתָא הַהִיא et vi cibi istius, 1. Reg. 19, 8. Apud Rabb. אכילה בלא שתיה cibus absque potione est sicut vulnus sine curatione. Vide integrum in רפה: מותר באכילה licitum est comedere, אסור באכילה prohibitum comedere.

אוּכְלָא, אוּכְלָא *corbis colatorius*: אוכלא דקצרי סחף ארישיה corbem colatorium fullonum invertit vel inversum imposuit capiti suo, Sanh. 104 a. Gerson vertit, ein Laugenkorb. *Corbis colatorius est*, per quem colant aquam, lixivium aut alium liquorem. In Schab. 123 b. Rabb. Salom. scribit, fuisse vas aereum perforatum instar cribri, ad usum fullonum. Ar. legit אובלא per ב.

אכלא *operculum vasis vinarii, quod inferiori parte tenuius, superius latius est, aut contra, quod supra in acumen exit, infra latum*: דדמי רישיה לאכלא cujus caput simile est operculo, Talm. Bech. 43 b de primogenito, in quo talis forma capitis vitiosa censetur: כאכלא לדנא ut operculum vasi convenit: sic illi inter se, Sanh. 28 b. forte est a כלא *claudere*, quasi clausuram dicas. B. Ar. et hic legit אובלא per ב.

אוֹכֶל *cibus*. Rabbinis etiam sic vocatur *medulla fructuum*. qui grana et nucleos habent, ut malogranata, poma citrea, mala aurantia, cydonia, et similes alii fructus.

אכול, אוכלא *tabes, morbus consumens membra et totum corpus*: Item *morbus, in genere*: ותחלת אוכלא et principium tabis, ע״ז 28 b. נונא סמא לעינים בסוף אוכלא pisces conducunt oculis in fine morbi, Nedar. 54 b. Glossa, בסוף החולי.

מֵיכַל. מֵיכְלָא *cibus, esca, dapes, commeatus*: סב לך מכל מיכל accipe tibi de omni cibo, Gen. 6, 21. Emph מִכֹּל מֵיכְלָא דְפַרְעֹה de omni cibo Pharaonis, Gen. 40, 17. כל מיכלא תרחיק נפשהון omnem cibum fastidit animus ipsorum, Ps. 107, 18. Aff. לָא תִתֵּן מֵיכְלָךְ non dabis cibum tuum, Lev. 25, 37. ולמיכלכון et ad cibum vestrum, Gen. 47, 24. גבר לפום מיכליה quisque juxta cibum suum, Ex. 12, 4. תכנשא בחצדא מיכלה et colligit in messe cibum suum, Prov. 6, 8. וכל מיכלהון et omnem commeatum ipsorum, Gen. 14, 11.

מַאֲכַל idem: בשול מצד אחד כמאכל בן דרוסאי coctum ex latere duntaxat uno, ut cibus Ben Darusei, Menach. f. 57 a. Plur. dicunt foem. מַאֲכָלוֹת *cibi*, מאכלות אסורות cibi vetiti, prohibiti. De his videatur Maj. in הלכות מאכלות אסורות.

מֵיכְלָא, מֵיכַלְתָּא idem: דמיכלתהון מיכלתא דרשיעי quia cibus ipsorum est cibus hominum improborum, Prov. 4, 17.

מֵיכְלוּתָא idem: מיתיא מיכלותה adducit cibum suum. Prov. 31, 14.

מֵיכוּלְתָא idem: מיכולתא דכדבותא cibus mendacii, mendax et falsus, Prov. 23, 3.

מַאֲכוֹלֶת *pediculus*: vel *pulex*; דם מאכולת sanguis pulicis, Nidda 14, 1. Sic Gl. כינה.

מַאֲכוֹלוֹת *vermes erodentes ligna, teredines, cossi vel cosses*: Talm. כל עצים שהן ניקצצין בו אינן עושין מאכולות omnia ligna, quae secta sunt in eo (15. Jul.) ea non generant vermes.

II. אֲכַל[105] *rugire, tonare, clamare*, hebr. רַעַם שָׁאַג saepius tamen hoc sensu ex forma quiescentium tertia radicali in aphel usurpatur אַכְלֵי ut est in כלה. Item *proclamare, promulgare, divulgare*: *proferre in publicum.* Hoc sensu adjunctum habet nomen קרצא vel קורצא *detractio, calumnia, crimen*, pro *accusare, criminari, calumniari.*[106] Duplex traditur hujus locutionis ratio: prima, ut sit ab „edendi" significato, quia calumnia-

---

105) אכל rugire videtur cohaerere cum radice *ΚΑΛ* (καλῶ).

106) Proprie frustum, frustum carnis, caruncula (ab hebr. קרץ = כרת secuit, abscidit). Aben Esra, qui sola voce בשר (= caro) utitur, hoc facit ex consuetudine sua hebr. linguam ejusque locutiones conferendi cum lingua arabica. Respexit autem locutionem (Sura 49) أكل لحم فلان „carnem alicujus comedere = calumniari; arab. autem لحم hebr. בשר dicitur. Castelli (Heptagl. p. 3462) expositio: „quia delatorum est nutu (קרץ „vellicavit aliquid compressis digitis, Prov. 19, 10") crimina prolata confirmare iis, quibus ea divulgantur, recta esse propterea non videtur, quod pronomina primae et secundae personae nomini קרצא saepe adjuncta clarissime ostendunt vocem קרצא de iis, qui injuriis et calumniis afficiuntur dici, non de calumniatoribus. Ceterum ne Prov. 19, 10 quidem huic voci alia sententia est quam frangendi, dividendi, proscindendi, id quod Kimchius (Lex. s. V. קרץ) suo jure affirmat, quia per „nutum oculorum" quasi fractura obtutus denotatur; (ita etiam aptissime illo loco respondet verbum מלל). Consuetudo sermonis omnino

tores solebant cibi quid capere apud eos, apud quos traducebant alios: secunda, ut אכל idem sit quod אכלי „divulgare, proclamare, proferre in publicum.“ Sic apud latinos „edere“ est cibum sumere, et „edere“, proferre in publicum, divulgare, quomodo praeteritis „edidi“ tantum differt a primo significato. Inde R. Salom. in illud לא תלך רכיל „non ibis detractor, non eris detractor honoris et famae alterius“, Lev. 19, 16 scribit: Targum reddit illud: לא תיכול קורצין, quod est ut illud, ואכלו קרציהון דיהודאי Dan. 3, 8. Item in Gemara: אכל ביה קורצי בי מלכא edidit in eum criminationes in domo regis, Ber. 58a. Videtur mihi, inquit, quod fuerit moris ipsorum, cibi quid capere in domo ejus, qui aures praebebat verbis ipsorum, eratque id certo argumento, criminationes ipsorum acceptari ut ratas et veras. Ista cibatio vel iste esus vocabatur אכילת קורצין, ex significatione קורץ בעיניו „annuit oculis suis“, Prov. 6, 13. Ita enim solent criminatores לקרוץ בעיניהם annuere oculis suis, et nutu significare רכילותן criminationem suam, ne intelligant eam alii auditores. Haec ibi. Ab. Esra ad ואכלו קרציהון Dan. 3, 8. Qui clanculum loquitur malum de altero, כאלו אוכל בשרו est quasi absumeret carnem ejus. His praefero explicationem Ar. אכל ביה קורצי i. e. קרא עליו מלשינות divulgavit de eo calumniam. Nam pro hebr. קרא in Targum aliquando ponitur אכלי, ut in כלה videre est. Sunt ergo אכל et אכלי idem, pro „edere“ (ab E et Do) *emittere, extra dare et vulgare.* Targ. ex forma hac: Praet. לָא אֲכַל קוּרְצִין בְּלִישָּׁנֵיהּ non evulgat criminationes lingua sua, hebr. לא רגל Ps. 15, 3. די אכלו קרצוהי qui ediderunt criminationes suas in Danielem, Dan. 6, 25. ואכלו קרציהון et ediderunt criminationes suas in Judaeos, (accusarunt eos) Dan. 3, 8. Part. אָכִיל קוּרְצִין גָּלֵי רָזָא edens criminationes, detegit arcanum, hebr. הולך רכיל Prov. 11, 13. Et inversim, דגלי רזא אכיל קורצא Prov. 20, 19. לית מותר לגבר אכיל קורצין nullum est emolumentum homini calumniatori, Ecc. 10, 11. Plur. גֻּבְרֵי אָכְלֵי קַרְצָא הֲווֹ בִיךְ viri criminatores fuerunt in te, hebr. אנשי רכיל Ez. 22, 9. Futur. לָא תֵיכוּל קוּרְצִין בְּעַמָּךְ non ages criminatorem in populo tuo, hebr. לא תלך רכיל Lev 19, 16. Ex altero significato, אָכְלִין מְעִיקָךְ edunt vocem, vociferantur inimici tui, hebr. שאגו rugiunt, Ps. 74, 4. אָכְלִין לְמִשְׁכְּחָא מְזוֹנָא rugiunt ut inveniant praedam, Ps. 104, 21. hebr. שואגים rugiunt. דאכלין קדמוי tonant coram me, Ps. 81, 8. Caetera vide in כלה.

אוֹכְלוֹסָא *coetus, congregatio, turba, turma, exercitus.* Graecum est ὄχλος. Plur. לְמִקְטַל אוֹכְלוֹסִין ad occidendum turmas, Ps. 45, 6. ומתכנסין אוכלוסין et congregantur turmae, Ecc. 10, 10. אית לי חיל ואוכלוסין sunt mihi copiae et exercitus, Gen. 31, 29 in T. H. קל אדמהון דאוכלוסין vox sanguinis turmarum hominum justorum, Gen. 4, 10 in T. H. ושזב יתי מאוכלוסין et libera me de turbis exercituum, Ps. 144, 7. Constr. בְּאוֹכְלוֹסֵי מַלְאֲכַיָּא in coetu angelorum, Ps. 89, 7. Aff. יֵיתוּן אוֹכְלוֹסוֹהִי venient turbae ejus, hebr. גרודיו, Job. 19, 12. האית סכום לאוכלוסוי estne numerus turmarum ejus, Job. 25, 3. שוו לבכון לאוכלוסהא apponite animum vestrum ad turmas ejus, Ps. 48, 13. Talm. אי נפקי באוכלוסא רבנן non exeunt cum populo (terrae sc. i. e. *hominibus plebejis*) Rabbini. Sic citat B. Ar. ex B. metz. 108a et B. bathra 8a. Sed pro אוכלוסא illic nunc legitur כלותא. Vide in ירוד.

אַכְלוֹשִׁין[107] *bajuli, geruli, onera vel sarcinas portantes*: Talm. קאמר באכלושי דמחוזא דאי לא עבדי חלשי locutus est de bajulis urbis suae, qui si non laborent, male se habent, B. metz. 77a. Ar. monet, in quibusdam libris legi אבלושין.

אכם, הִתְאַכֵּם, נִתְאַכֵּם[108] *nigrescere, atrari, atrorem vel a sole vel ab igne contrahere.*

אֻכָּם, אוּכָּם *niger, ater*: ושער אוכם לית ביה et pilus niger non fuerit in ea, Lev. 13, 31. אוכם אזלית ater ambulo, (sed non a sole), hebr. קדר, Job. 30, 28. וּמְזֹגָא לְהוֹן חַמְרָא אוּכָּמָא et infundebat ipsis vinum nigrum i. e. impense rubrum, nigro simile, Esth. 1, 9 in secundo Targum. Plur. סוּסְוָן אוּכָּמִין equi nigri, Zach. 6, 2. 6. אוכמין כאגפי עורבא nigri sunt, ut alae corvi, hbr. שחורות Cant. 5, 11. אוכמין כקדרא nigrae instar ollae, Jer 8, 21 et 14, 2 et Joël 2, 6. ואוכמי מסכנותא תקפו et atrati sive pullati in paupertate obfirmantur hebr., וְקֹדְרִים Job 5, 11. Foemin דַּיְתָא חִוַּרְתָּא וְאֻכַּמְתָּא milvus albus et ater, Lev. 11, 19 in Jonath. Sic Deut. 14, 13 in Jonath. Legi potest etiam אוּכַּמְתָּא.

אוּכְמְתָא *nigredo, atror*: מן אוכמתא דגלותא prae nigredine exilii, Thren. 4, 8. Item: *lanugo, excrementum aquae in paludibus aut aquis putridis. crescens, aut ad naves in aquis diu morantes adnascens, quod ex-*

---

ostendit, hanc locutionem nihil significare nisi notionem rodendi, absumendi, imminuendi, quae notio transfertur ad calumniatorem, qui quasi bonam famam et laudem alicujus rodat et imminuendo absumat. Cf. praeterea syr. ܐܟܠ ܩܪܨܐ pro gr. διαβάλλω, Luc. XIII, unde partic. ܐܟܠ ܩܪܨܐ diabolus; cf. etiam gr. δάκνω, ἐνδατοῦμαι, ap. Sophocl. Trach. v. 801, quod secundum Scholiasten proprie significat σφοδρῶς ἐσθίω. metaphorice adhibetur pro σφόδρα κακῶς λέγω, δυσφημῶ, et lat. mordere, proscindere, dente rodere, unde Martialis in obtrectatorem:

Quid dente juvabit
Rodere? carne opus est, si satur esse velis.

*) אכלבאי vide in כלב.

*) אכלסין vide in כלס.

107) אכלשין. Muss., qui intelligit de iis, qui in portando onere baculo utuntur tamquam vecte, confudisse videtur gr. ὄχλος, turba, plebs, et μοχλός vectis.

108) אכם, syr. ܐܘܟܡ (quod Kimchium cum כמר Job. 3, 5 conferre notasse satis erit) cohaeret cum gr. αὐχμός, q. e. siccitas, ariditas, quae vox etiam significat superficiem terrae ardore solis rimosam factam; tum omnino sordes, squalorem.

siccatum facile incenditur, sed ad ellychnia ineptum, quia oleum non attrahit, unde ejus usus Judaeis fuit prohibitus: אוכמתא דארבא lanugo navis, אוכמתא דהיזי lanugo paludium, Schab. 20b. Prave in Ar. scribitur אכמותא.

אוּכָמוּת *nigredo*: עולימות ואוכמות שער הבלו pueritia et nigredo capillorum vanitas est, hebr. והשחרות et nigredo, Ecc. 11, 10. *nigredo capillorum,* i. e. *juventus.* Sic contra, canities sive albedo capillorum est senectus, per metonymiam. R. Sal. שחרות i. e. נערות juventus: nam capilli in juventute communiter nigri sunt, i. e. non albi vel cani. Munsterus *tristitiam* reddit; male.

אַכְמַר *sputum*: יהבי ליה כסא אכמר שדא ביה dederunt ipsi poculum: sputum projecit in illud, exspuit in illud Talm. Kidd. 81b. Vocabulum peregrinum est.

אכן *sic, ita*[109] Idem quod הכן. In Talm. hieros. aliquando reperitur.

אכם *arguendi, corripiendi* significato, quae hinc esse possint, vide in כום et כסם.

אַכְסָא *stultus,* Talm. אסא כלבא אכסא תרנגולא vetulus canis, stultus gallus, Gitt. 69a. Verba magica sunt.

אַכְסִיגְרוֹן[110] *decoctum variarum herbarum,* Talm. Schevuoth 23a Alibi scribitur אכסיגרון, Ber. 35b. Munsterus scribit אכסגנרון.

אַכְסְדְרָא *exedra, atrium, porticus atrii, προχαιτών, procaeton,* locus ubi regem vel principem allocuturi, morantur et exspectant, ein Saal, ein Sommerhaus. Graecum est ἐξέδρα. In Targ. rarum est: frequentius apud Rabb. ut, ונפק אהוד לאכסדרא et egressus est Ehud per procaetonem, vel ambulacrum aut vestibulum, hebr. המסדרונה, Jud. 3, 23. R. David scribit hoc loco: מסדרונה est locus ubi manet populus accedens regem, dispositus סדרים סדרים per ordines meros consessuum, ut quilibet exspectans sedere possit. Hinc quoque lego אכסדרוי porticus suas, atria sua, Ps 104, 3. Veneta אַכְדְּרוֹי Regia דְּרוֹי: Nebiense אִיכְדְּרוֹ prava omnia. Ar. scribit hoc vocabulum esse idem, quod in lingua talmudica est אִסְפְּלִידָא. Id Munsterus *speluncam* interpretatus. Male; nam Ar. prolixe se ipsum explicat. Significat quidem אספלידא aliquando *speluncam,* sed et *exedram.* Vide אסף in isto vocabulo.

אכסיטורין. Vide in סקב, in סקבטורין.

אַכְסְלֻגְס *ligneum, xylinon.* Origine videtur Graecum, a ξ litera incipiens, qualia sunt ξύλινος, ξυλικός. Quidam putant speciale fuisse lignum leve, unde vasa mensaria fuerunt facta, ac per mare allatum. Unde legitur, בכלי אכסלגים הבאים ממדינות הים de vasis xylinis, quae veniunt e locis maritimis, Talm. Chagi. 26b. Scribitur ibi per ם „mem finale". Aruch scribit per Samech. Alibi etiam legitur אכסלגים sine Samech, ex absoluto plurali אכסלגים vel אכסלגין, in R. Sal. Sevach. 94a. Quidam etiam putant esse nomen urbis vel loci, unde talia ligna afferrentur.

אַכְסִיוֹמָא videtur esse Graecum *ἀξίωμα, dignitas, autoritas*: Item, *sententia, pronunciatum, propositio*: In Medr. Tehill. Ps. 102. (יי׳ שמעה תפלתי). אל תתן אכסיומא שלי בתוכה domine audi precationem meam, i. e. ne des axioma meum (propositionem meam) in medium ejus. Medr. hoc adducitur a R. D. Kimchio ab initio Ps. 102 hoc pacto: אל תתן אכסיומא שלי בתיבה ne des (i. e. reponas) axioma meum (i e. propositionem meam) in arcam. Unde liquet, in Medr. בתוכה esse pro בתיבה, Explicatio autem ejus est haec: פירוש אכסיומא ריב כלומר ריבי יהיה לפניך ושמעה אותו וריבה ריבי h. e. expositio vocis אכסיומא est ריב *lis, causa,* q. d. causa mea sit in conspectu tuo, eamque audi, et litiga litem meam. Legitur etiam in Medr. Tehil. Ps. 6, ubi tamen pro כ est נ in medio: audi domine supplicationem meam, dominus precationem meam accipiet; dixit David coram Deo Benedicto, domine mundi מלך בשר ודם אחרים מקבלין אכסיומא שמושיטין לו אני איני מבקש אלא אכסיומין שלי reges carnales accipiunt axioma (propositionem) quam porrigunt eis, ego nihil peto, nisi axiomata mea (propositiones meas, sententias, decisiones causarum mearum, quas tibi proposui). Munsterus et Guido ponunt, אַכְסוֹמְיָא *diplomata et supplicationes quae principibus porriguntur.*

אַכְסַן[111] *jugum textorium sive liciatorium, lignum circa quod telam textores volvunt.* א servile et additium videtur, ut in seq. vocabulo, quod originis est graec., sed idem de hoc dici nequit, quantum scio. Nec cum radice כסן in significatione quicquam commune vel affine habet. Sit ergo hujus loci: ונטל ית אכסן דנרדאין et abstulit jugum textorum et licium, hebr. המסכת Jud. 16, 14. עִם אַכְסְנָא בְּמַשְׁתִּיתָא. Cum jugo et cum licio, Jud. 16, 13. כאכסן דנרדאין sicut jugum textorum, hebr. כמנור ארגים 1. Sam. 17, 7 et 2. Sam. 21, 19. Est et אכסן verbum tertiae conjugationis aphel, de quo in כסן.

אַכְסַן *hospes, viator, peregrinans et hospitio utens.* Corruptum est a gr. ξένος. Plur. יי׳ פָּקַח אַכְסְנָיִן dominus aperit oculos hospitibus, Ps. 146, 8. דָּשַׁי לְאַכְסְנָיָא פַּתְחִית fores meas viatoribus aperui, Job. 31, 32. In Hebraeo est singulare לארח, unde quidam legunt לְאַכְסְנָיָא cujus absoluta forma esset אַכְסְנַי. Prior forma Talmudicis usitata est: אמרין להון אכסני גלילאי dixerunt ad ipsos hospites Galilaei (fratres Josephi) Gen. 47, 21 in Targ. Hier. Apud Rabb. מאכילין את העניים דמאי ואת האכסניא דמאי cibant pauperes ex frugibus incertae decimationis, itemque viatores hospites, Talm. Demai c. 3.

אַכְסְנַאי Idem: אכסנאי פתח תגבה hospes rumpit et rumpitur, laedit et laeditur, fallit et fallitur: Talm.

109) אכן derivandum est a כן. Intelligi plane nequit, quomodo (ut nonnulli voluerunt) ex אם כן ortum esse possit.

*) אכסוריא Waj. rab. s. 18 est ἐξορία, exilium. V. in כסר.

110) אכסיגרון ὀξύγαρον, puls quaedam ex aceto (= ὄξος) et piscibus marinis muria conditis (= γάρον) cocta In Talm. hieros. legitur אוקסיגרון.

*) אכסין = ὀξύς, celer, subitus. Cast.

111) אכסן ἄξων Cast. Alii putant esse ἀξίνην, q. e. securis, ascia.

*) אכסלגוס videtur esse gr. ἀξιόλογος.

Erach. 16 b. נפשא עליבתא לאו אכסניי היא בגו גופא anima afflicta est sicut hospes in corpore, Vajik. rab. s 34.

אַכְסַנְיָא *hospita*: פעם אחת נתארחתי אצל אכסניא אחת עשתה לי פולין vice quadam hospitio exceptus sum apud hospitam quandam, quae parabat sive coquebat mihi fabas, Erub. 53 b.

אַכְסַנְיָא[112] ξενία gr. *hospitium*. Apud Talmudicos in Erch. 16 b. מניין שלא ישנה אדם אכסניא שלו unde probatur, quod non mutabit homo hospitium suum antiquum? ex lege, sicut dictum est: „et ivit (Abram) itineribus suis a meridiano tractu, (i. e. ex Aegypto) versus Bethel, usque ad locum istum, ubi fuerat tentorium ipsius a principio“, i. e. ubi antea cum ingrederetur Aegyptum, habuerat hospitium, Gen. 13, 3. Vide hic R. Salom., qui hujus loci Talmudici meminit. Antiquum hospitium, ut et hospes amicusque antiquus, non sunt temere mutanda. Novitas cum periculo conjuncta plerumque est: אכסניא קבועה *hospitium fixum*, scil quo quis ordinarie utitur: אכסניא דאקראי *hospitium fortuitum*, in quod quis forte fortuna incidit, pro ratione loci, temporis, diei, noctis, sociorum, et similium accendentium

הִתְאַכְסֵן, נִתְאַכְסֵן *hospitio excipi, hospitari, hospitio uti.* נתאכסן בבית הרשבא hospitio exceptus fuit in domo Rasbae. מתאכסן אצל בעל הבית אחד hospitabatur apud civem quendam. מתאכסנין אצלה hospitantes apud eam.

אכספטיאס[113] nomen *piscis* cujusdam apud Talmud., et Persicum vocabulum putatur esse, Chol. 66.

אַכְסָרָה[114] *aestimatio rei ex aequo, non juxta pondus et mensuram, ut cum cophini ficuum, uvarum, olerum et similium rerum, ad oculi judicium libera aestimatione venduntur.* Tales res liberae fuerunt a decimis: כל זמן שהוא מוכרן אכסרה פטור quandocunque ea (olera) vendit libera aestimatione, libera sunt; Talm. Pea c. 2. Glos. אכסרה i. e. בלא שיעור ומדה sine mensura et pondere, sed prout aequum videtur: אין פודין מעשר שני אכסרה non redimunt decimas secundas per aestimationem, Maaser scheni c. 4. In Jalk. Levit. 199 a legitur אכסארה, cum א in medio, unde punctandum אַכְסָרָה.

אכף אוּכָף[115] *ephippium, sella equi, ad insidendum ipsi imposita*: שלא תרד האוכף ne descendat, delabatur ephippium: ideo equo vel asino non debet in sabbatho solvi lorum ephippii, ne dum exit equus, ephippium decidat. Vide Schab. 53 a. Emph חברך קרייך חמרה אוכפא לגביך מרש socius tuus si vocet te asinum, etiam sellam asini super te admove, Bava k. 92 b. Jalk. 21 d. Proverbiale est, quo monebant, patienter ferendas esse injurias aut calumnias, et quasi confessione in se suscipienda, ne amplioribus litibus, pugnis aut caedibus aperiatur janua. In eundem sensum dixit Christus Matth. 5, 39. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ, ἀλλ ὅστις σὲ ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην: Ego vero dico vobis, ne resistatis malo, sed qui te caedet in maxillam tuam dexteram, obverte ei et alteram. תפוס דאוכף tenaculum, sustentaculum ephippii, i. e. lignum prominens, quo homo equum conscensurus, se sustinere solet, der Sattelknopf, gallice *arson*, quasi arcum ephippii dicas.

מְכַּף *ephippio, sella stratus.* הא דמכף הא דלא מכף sive sit sella stratus (mulus) sive non sit stratus, Nid. f. 14 b.

אַכְפָּא Vide infra in כפה.

אִיכְפַּת Vide infra in כפת.

אכץ אכצנא quod Ar. et alii in hoc ordine ponunt, vide supra in אבץ.

אכר[116] agricola, ut hebr. sic chald. ואכדר בך אכר et dispergam in te agricolam cum jugo suo, Jer. 51, 23. ויערעון אכר לאבל et convocabunt agricolam ad luctum, Amos 5, 16. Emph. הָא כְאַכָּרָא ecce sicut agricola peritus ad triturandum, Jes. 21, 10. Plur. אִכָּרִין *agricolae*, Jer. 31, 24. בְּהִיתוּ אִכָּרַיָּא erubescunt agricolae Joël 1, 11. ואכריא למנר נירוה et agricolas ad arandum arationem suam, 1. Sam. 8, 12. אִכָּרֵיהוֹן agricolae ipsorum, Jes. 61, 5. Apud Talmud. idem, et ex plur. foem. תרתי רפאתא איכרייתא duo orbiculati panes rusticani, i. e. quales agricolae rustici solent secum in agros ferre prandendi et jentandi causa, Erub. 82 b. In Ar. legitur רפאתא, in Gemara ריפתא. Requiritur forma pluralis, unde legerim רְפִיָּתָא, a singulari רִפְתָּא *panis et panis orbiculatus*, ein Leib Brod, quo usu admittit pluralem numerum absolutum רְפִין, constructe רְפִית, Emphat. רְפִיָּתָא. Munsterus addit, אכרא significare etiam *fasciculum*. Quaerat qui volet: mihi fasciculus hic nullus est. Invenitur etiam, inquit idem, pro *placenta vel torta*. Hoc falsum: est enim ista significatio vocabuli רפתא in praecedenti exemplo. Guido alteram vocem scribit אִכְּרִיתָא, male; nam et sensus obstat, et scriptio per duplex י in medio, quo consona indicatur.

אַכְרוּב Vide in כרב.

אַכְרוּם Vide in כרם.

---

112) אכסניא פרכי Talm. hier. Kama 3 c adhibetur de antecessoribus agminis. V. in פרך.

113) אכספתיאס. Jam Relandus rectissime intellexit hanc vocem ortam esse e gr. ξιφίας, interposita litera ת (vel ut Buxt. vult ט); est Xiphias gladius (Linné)

114) Nonnulli habent pro „noxa, jactura“; neque origo hujus vocis clara est, nisi eam habere velis pro arab. كسر = frango; tum enim de divendendo et decumam partem singularum rerum dando adhibetur. Qui per noxam explicant, respexisse videntur arab. خسر jacturam fecit, unde أخسر jactura, damnum. Buxtorfii explicatio fluxisse videtur ex chald. סכר q. e. *aspexit* et esse potest: intuentem aestimare (solo oculorum obtutu).

115) אוכף arab. إكاف ab أكف II. constrinxit, ligavit clitellas, IV. clitellas imposuit (asino). Convenit syr. ܐܟܦ sedulus fuit, sollicitavit, et ad sententiam Schultensii hebr. אָכַף (Job. 33, 7) quod per *onus* metaph. „auctoritas, gravitas,“ reddit.

116) אכר (syr. ܐܟܪܐ arab. أكّار) ad arab. etymon. أكر *fodit*, maxime terram (unde أكر أكرة fossa, fovea) referenda. Confert Gesen. hanc radicem cum כרה, כור, נכר.

אַכְרְמוֹנְיָא[117] nomen proprium urbis.

אכת אַכְתֵּי *adhuc*, i. e. עוד, Talm. אכתי לא adhuc non, nondum: והא בימי אברהם אכתי לא היה חולה בעולם etenim in diebus Abrahami nondum fuerat aegrotus in mundo. משום דאכתי לא מלא סאתהן quod adhuc non impleta fuit mensura ipsorum.

אַכְתְּרִיאֵל *nomen dei cabalisticum, pro primo et principali nomine, in arbore cabalistica decem* ספירות, *quod vocatur* כתר *corona, unde* אכתריאל *corona Dei.* Talm. וראיתי אכתריאל יה ה׳ צבאות יושב על כסא רם ונשא et vidi Achtarielem dominum, dominum exercituum, sedentem super throno excelso et elevato, Berach. f. 7a. Caphtor upherach 13b. B. Akeda, schaar, sive c. 74. qui scribit: נראה שכנה זה חשם המופלא אכתריאל על פי הקבלה שאומרים אל הספירה הראשונה ראש כל הספירות כתר עליון videtur quod nominat nomen hoc excellentissimum Achtariel, juxta Kabalam, in qua numerationem primam sive praedicamentum primum, caput omnium praedicamentorum cabalisticorum, vocant כתר עליון coronam supremam.

אל אֶל *ad*: notae significationis est in Hebraeo. In Targ. per inseparabile ל, vel separatum לְוָת reddi solet. Apud Rabb. cum praefixa praepositione מ et affixis pronominibus tertiae personae, exponitur reciproce: מאליו a se ipso, מאליה a seipsa, מאליהם a semetipsis. Non sic cum pronom. primae et secundae personae, ut monet Elias.

אֵל *deus.* Hebr. dicitur ab איל fortitudine, unde a quibusdam redditur *deus fortis.* In Targ. rarum est: קדם אל עלאה coram deo excelso, Gen. 14, 18. ובריך אל עלאה et benedictus sit deus excelsus, Gen. 14, 20. אנא אל שדי ego sum deus omnipotens, Gen. 17, 1. אֵלִי אֵלִי deus meus, Ps. 22, 2. אלי את deus meus es tu, Ps. 22, 11.

אלא אֶלָּא *sed, nisi, praeterquam.* Elias vult esse dictionem graecam ἀλλά. Possit tamen etiam videri compositum ex אִם vel אִן et לָא, maxime quando pro „nisi" ponitur. ופריק לית אלא אנא et redemptor nullus est, praeterquam ego, hebr. זולתי „praeter me", Jes. 45, 21. Sic Hos, 13, 4 pro hebraeo בלתי. Item לית אלהא אלא יי׳ non est deus, praeterquam ego, hebr. מבלעדי 2. Sam. 22, 32. לית דתקיף אלא אלהנא non est fortis, nisi deus noster, ibid. Apud Talmud. כל הנביאים כולם לא נתנבאו אלא לימות המשיח omnes prophetae in universum non prophetarunt nisi de diebus Messiae: dixit Samuel: אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות non est (discrimen) inter mundum hunc et dies Messiae, nisi servitus sub regnis duntaxat. Dixit R. Jochanan כל הנביאים לא נתנבאו אלא לבעלי תשובה omnes prophetae non prophetarunt nisi de iis qui poenitentiam egerunt, Sanh. 99a. Item הקים לא נאמר אלא אקים quem erexit, non dicitur, sed quem erecturus sum ipsis, Jer. 30, 9. אלא משום דכתיב sed propterea quia scriptum est. ולא עוד אלא et non hoc tantum, sed etiam.

אֶלָּא *idcirco, ideo:* apud Talmud., quando praecedentibus aliud quid conclusive opponitur: אלא שש סאין idcirco sex sata, sex modii hordeorum fuerunt, non sex grana hordei, ad Ruth. 3 in Sanh. 93b. Sic Targ. Contra sentit R. Sal. in Com. אלא לומר ideoque dicendum, idcirco vult te dicere, ut dicas, quod etc. אלא מעין idcirco partem tantum, sc. dicit vel proponit. אלא לאו שמע מנה idcirco nihil aliud est, quam quod auditum est, quod audivisti, quod audivimus. אלא לקרובי פיתחא idcirco (scil. existimat, sententia ejus est) admovendas esse portas. Quando diversae sententiae afferuntur, valet etiam *vel, aut.* Item *attamen*, nach gleichwohl.

אַלָא *funda.* Sic videtur significare juxta locum suum: היכמה דרמי גבר אבנא באלא sicut quis projicit lapidem cum funda, vel ex funda, Cant. 8, 5. Unus interpretum vertit *in cervam*, respiciens ad איל. Regia legunt בארעא in terram.

אלב אוּלְבָּנִין *Libanus:* vide in לבן.

אלג אלוגין,[118] אלוגלותין et אלוגלותום *chirographum, obligatio de debito*: הניח המלך אלוגלותום שלו ודנו מפיו remisit rex obligationem ejus, judicavitque ipsum ex ore suo: Pesikta. Item in Ber. r. s. 28 ad illud „delebo hominem", Gen. 6. Deus benedictus non sumit ultionem ab aliquo populo, nisi donec legerit אלוגלותין שלה obligationem ejus, quantum scil. debeat, et postea punit ipsum. Hodie ibi in textu legitur אנאליגין, in glossa אגליגין; explicatio ut in Ar. Munsterus, אֶלְגוֹן *processus condemnationis in judicio.* Sic in Jalk. Proph. 77 col. 4. Simile hoc est latroni, qui condemnatur coram quaestionario: בתחלה קורא אליגין שלו primo legit obligationem ejus. Glossa זכיותיו וחובותיו merita seu virtutes, et delicta ipsius. Est corruptum ex gr. quopiam, ut ἀλογία vel ὁμολογία confessio. In glos. etiam explicatur gallice פורציש *proces.* In Jalk. Ps. 100, 4 explicatur שטר חוב. Sic in Jalk. Job. 152d. In Jelammedenu 73b legitur אלוגין, et explicatur גזר דין, *process* in lingua vernacula.

אֶלְגָּבִישׁ[119] *grando major*, ut hebr. וית אבני אלגביש et lapides grandinis majoris, Ez. 13, 11. R. David monet, in quibusdam libris scribi ut una dictio, in quibusdam ut duae, et esse lapides grandinis דומות אל גביש. Sic v. 13 et 38, 22. Quidam גביש Job. 28, 18 exponunt *crystallum*, unde אלגביש quasi „potens crystallus", i e. grando instar magni crystalli.[120]

אלה אֱלָא *ejulare, lamentari, plangere.* Ex hac forma hebr. est אֱלִי plange, Joël. 1, 8. Idem est quod

---

117) Alii אברנניא *Acarnania* legunt atque Jalkut Till. ibid. ברטניא *Brittania* legitur.

*) אכרוע (Thalm. hier. Maaser. scheni f. 48) species herbae, ait Ar., cujus fructus una cum radice eduntur, כרוע in lingua arab. quod ut videtur ad arab. كروع spectat.

118) Conferenda est vox lat. elogium, Protocoll. Haec significatio maximopere quadrat in locum supra laudatum Jalk. Proph. 77d.

119) Fortasse rectius אל habebis pro articulo arab. Plerique etiam lexicographi habent hanc vocem eandem quam apud Kamusum p. 742 reperis, arab. sc. الجبس q. e. „congelatum."

120) Itaque scribendum esset אֵל גָּבִישׁ אל enim est potentia, cf. הררי אל.

יללֿ, quod usitatius est. Praeter. וַאֲלָא דָוִד יַת אֲלִיָא הָדֵין et lamentatus est David lamentatione hac, hebr. ויקונן 2. Sam. 1, 17. Pahel, Infinit. לְאַלָּאָה לְבַת יִפְתַּח ad lamentandum filiam Jephtae, Jud. 11. 40. In Hebraeo est לתנות, quod etiam exponunt ad confabulandum, ut et sumitur Jud. 5, 11. R. David exponit, לתנות i. e. לקונן ולבכות על בתוליה ad plangendum et flendum super virginitate ejus, juxta Targ. לאלאה. Alteram expositionem etiam adducit, לתנות i. e. להשיחה confabulari cum ea et consolari eam.

אליהו[121] *Elias*: עד שיבוא אליהו donec veniat Elias, i. e. *nunquam*. Usurpant de quaestione dubia, quae decidi non potest: דא תהא מונח עד שיבוא אליהו hoc relinquetur in medio, donec veniat Elias, B. Metz. c. 3 in Misna.

אֲלִיָה[122] *lamentans, lamentatrix, praefica, mulier ad planctum pro mortuo conducta*. Plur. אֲלִיָן et emph. וּקְרוֹ לַאֲלִיָתָא et convocate lamentatrices, hebr. לַמְקוֹנְנוֹת Jer. 9, 17. In Venetis prave punctata vox est.

אֲלִיָא *lamentum, planctus, ejulatio*. In Venetis prava punctatio est; וְעַל דִירְוָת מַדְבְּרָא אֲלִיָא et super caulas deserti lamentum, hebr. קינה, Jer. 9, 10. וְיִטְלַן עֲלָנָא אֲלִיָא et edant super nos planctum, hebr. נהי, Jer. 9, 18. ואליפנא קל אליא אשתמע vox planctus audita est, Jer. 9, 19. לבנתיכון אליא et docete filias vestras planctum, Jer. 9, 20. יסוף מנהון אליא consummabitur ab ipsis planctus, hebr. קינים, Ezech. 2, 10. V. et Ezech. 27, 32 et 32, 16. ותהי לאליא et sit in lamentum, sitque in lamentum, Ezech. 19, 14 et 32, 16. Cum Pron. אַסְכַּתָּא אֲלִיִי convertisti luctum meum in tripudium. hebr. מִסְפְּדִי Ps. 30, 12.

אַלְיוּתָא idem. Possit et Chirek ab initio esse. בְּאִתְעָרוּתְהוֹן אַלְיוּתְהוֹן excitantibus ipsis lamentum suum, Job. 3, 8. Veneta hic mendosa sunt.

בְּרַת אֲלִיתָא *fici species, quam comedit Adam primus et de cujus foliis tegumenta sibi fecit*: ברת אליתא דאמטיית אליתא לעלמא ficus lugubris fuit (dicta): quod induxit luctum in mundum, Ber. r. s. 15 de fico in paradiso, causa lapsus primorum parentum.

אליית *lamentatrix femina*, Talm. רביעית של אליית sistrum lamentantis feminae, Kelim c. 16. Sistra hebraice dicuntur מנענים, pro quo in Targ. est רביעין. Hujus instrumenti in luctu et sepultura mortuorum aliquando erat usus, ut et tympanorum: unde האירוס טמא מושב מפני שהאליית יושבת עליו tympanum est pollutum sessione, quia lamentatrix femina sedere solet super eo, Kelim c. 15 in fine. Forma singulari melius diceretur אֲלִיָא, aut pl. אֲלִיָיתָא, ut supra.

אַלָּה[123] *baculus, fustis, clava*, i. e. *fustis extrema parte capitatus, instar clavi, cum infixis saepe clavis ferreis*: Arab. דבוס, ut notat B. Ar. לא באלה ולא ברומח non cum fuste, neque cum hasta, sc. egredietur homo in die sabbathi, Talm. Schab. c. 6, f. 63a in Misna. Gemara interpretatur per aliud synonymon usitatius קוּלְפָּא, de quo in קלף. Et alibi, האלה הקשת והרומח fustis, arcus et haats, Kelim c. 15 in fine. אוי לי מאלתן vae mihi a baculo ipsorum, Pes. 57a. Nomina feminina in ה, mutant ה in ת cum pronominibus. Male ergo Munsterus ponit absolutum אַלַּת. Plur. ex forma chaldaica אַלָּן et emphatice אַלָּנוּתָא unde, ומחינן ליה באלוותא

---

121) Talmudici (v. Berach. 58a) negant Eliae parentes fuisse. Judaeis maximus propheta erat et pluris eum faciebant quam ipsum Mosen (v.S. Ikkar. 84b); etiam pro Messia vel certe pro typo et praecursore Messiae habebant (Tanch. 54d). Si Buxt. illam locutionem per „nunquam" reddit, nota Buxt. fuisse Christianum, qui propterea quod Christus jamdudum venerit, Eliam venturum esse neget, quae tamen non est Talmudicorum sententia. Quamquam enim etiam inter Judaeos fuerunt, qui Messiam venturum esse negarent (de quo v. in משיח), tamen plerique adventum Messiae exspectant (cf. Pesach. 13, Idajoth 8. Mishna 2, Rambam hilch. Melach c. 2, B. Metzia f. 85. multosque alios locos in Talm. et Medr.) et credunt ante Messiae adventum Eliam reversurum esse. Si igitur res, de qua dubitatio et rixa orta est, decidi dicitur tempore, quo Elias veniet, hoc volunt dicere rem dubiam fore donec dubitatio tollatur, id quod per Eliam vel Eliae tempore fiat necesse est. Vaticinia de Messia (de quibus accuratius in v. משיח) clariora et certiora sunt inde a tempore exilii Babylonici, quum religio Persarum a Zoroastre revelata maximam vim exerceret in Judaeorum de rebus divinis sententias (v. Kleucker I, p. 112). Sicuti Zoroastres docet post ingentem annorum numerum Ahrimanum eiusque tenebras victum iri ab Ormuzdo et regno lucis, sic Judaei hanc vitam, quae plena est omnibus maculis et erroribus (quae vel debilitate humana oriuntur) imperfectam esse statuerunt et speraverunt cum Messiae adventu tempus et absolutionis et perfectae virtutis adventurum esse. Hinc fortasse fluxit illud, quod Persae multa, quae de Elia narrantur, in suas fabulas transtulerint (v. Kleucker 3, 15. 2, 30). Quid? quod Elias etiam Zoroastrae praeceptor habebatur (Herbelot 491). Talem fortasse etiam Talmudici Eliam sibi finxerunt, quod intelleges, si accuratius Talm. et Medr. inspexeris. V. Ber. r. 33, ubi חייא vocatur, quasi „vivificans", Vaj. r. ubi Pinehas, quasi „medicus", fortasse ratione habita loci qui Num. 17, 12 legitur. Idajoth 8, Misna 2, ubi typus justitiae et veritatis est. Omnibus his locis apparet Eliam esse principem et quasi principium boni, oppositum מלאך המות, principi ac principio mali. Vides igitur hanc oppositionem simillimam esse Orumzdi et Ahrimani. Uberius de hac re s. v. מטטרון, ubi diligenter inquiremus, quam vim religio et philosophia Persarum Babyloniorum Graecorum exercuerint in sententias Judaeorum religiosas.

*) אילִיאס ἥλιος. סנדריאוס אים אליאס συνέδριον εἰς ἥλιον. Athenarum Ἡλιαία. Schem. rab. Castellus.

122) B. Ar. explicat per gr. ἐλεέω; et Castellus interpretatur per „elegia". Non opus est; vox hebr. est et cohaeret cum rad. ילל.

123) Per metonymiam clava videtur dicta esse ab hebr. אֵלָה (= quercus), quia ex ligno querno facta erat, ut Nah. 2, 4. ברושים lanceae dicuntur, quae ex ligno cypressino confectae sunt. Similiter Graecis μελέα (proprie fraxinus) Il. 22, 225 saepius, et ἐλάτη (pinus), Hes. sc. Herc. 188, Latinis abies, Verg. Aen. 11, 667 pro hasta in usu erant. V. Gesen. Thes.

et percutiebamus eum fustibus; glos. במקלות, B. bas. c. 5 in princ. יהיב לן אלותא dedit nobis fustes, Talm. Beza f. 33 b. glos. מקלות גדולים. Addit Munsterus אֶלָּה *racemus:* Guido, *vermiculus uvae et racemus.* De racemo errat uterque. Vermiculus uvae vocatur a Talmudicis איילא, non אלה, ut est supra in איל.

אַלְתָא *quercus:* תחות אלתא sub quercu, Jos. 24, 26. Sic est in Regiis, pro hebraeo אָלָה, ex qua forma potius scripserim אַלְתָא, quae est forma emphatica ab אַלָה. Ista autem forma cum duplici Kametz, est emphatica pluralis, quae hic non convenit. Erat enim tantum una quercus, de qua Gen. 35, 4 et Jud. 9, 6. Vide interpretes. In Venetis legitur תְּחוֹת אִילָנָא sub arbore ista, quae est in sanctuario domini. At R. Salom. et R. David citant תחת אלתא. Sunt ex Hebraeis, qui putant, fuisse quercum istam, sub qua Jacob abscondit deos suos, Gen. 35, 4 ut annotat R. David in loco Josuae.

אַלָּה[124] *frumentum, fruges in granarium collectae et excussae:* משיתהפך הגורן אלה ex quo subversum fuerit horreum frugibus, i. e. fruges in horreo fuerint subversae et purificatae, tunc ab iis separatio facienda legalis, quam vocant תרומה *truma.*

אלה (אֱלָהּ) *deus.* Nomen divinum a judicio, quasi deus judex: איתי אלה בשמיא est deus in coelis, Dan. 2, 28. בשם אלה ישראל in nomine dei Israëlis, Esrae 5, 1. Emph. ולאלהא עֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא opus domus dei, Esrae 4, 24. די נשמתך בידיה deus autem in cujus manu est anima tua, Den. 5, 23. Pro hac forma Judaei etiam ex superstitione scribunt אֱלָקָא ut si libro quid profani accidat, id non redundet ad nomen divinum: קדם אלקא עלאה coram Deo excelso, Gen. 14, 19 in Jonath. Sic Rabbini pro hebraeo אלהים scribunt אלקים vel אלודים. Similis corruptio accidit nomini יהוה et אהיה, in quibus pro ה scribi solet ד. Saepe etiam nomen אלהים in Targ. retinetur, vel pro eo ponitur יהוה, ut Gen. 1 per totum. C. Affix. בְּדָת אֱלָהֵהּ in lege dei sui, Dan. 6, 5· אֱלָהָךְ deus tuus, quem tu colis jugiter, Dan. 6, 16. כְּשֻׁם אֱלָהִי juxta nomen dei mei, Dan. 4, 5. וְעֵין אֱלָהֲהֹם et oculus dei ipsorum, Esrae 5, 5. Plur. דִּי אֱלָהֲכוֹן הוּא אֱלָהּ אֱלָהִין nam deus vester est deus deorum, Dan. 2, 47. Emph. אֱלָהַיָּא dii, qui coelum et terram non fecerunt, Jer. 10, 11. Const. וְלֵאלָהֵי כַסְפָּא et deos argenteos et aureos, Dan. 5, 23.

אֱלָהִים *deus.* Plur. pro singul. Rabbini de diis falsis et fictis gentilium, dicunt et forma foeminina אלהות per contemtum R. Salom. Gen. 4, 26 ad verba: „Tunc caeptum est invocari nomen Domini.“ caeptum est, i. e. inceperunt vocare nomina hominum et nomina idolorum nomine dei benedicti, לעשותן ע״ז ולקרותן אלוהות ut facerent ex illis idola, et vocarent ea deos. Apud Talm. כמה אלוהות בראו את העולם quot dii crearunt mundum?

אֱלָהִי, אֱלֹהִי *divinus,* Rab. אִישׁ הָאֱלֹהִי vir divinus, *theologus, rerum divinarum peritus.* Femin. תורה אלהית lex divina, ההשגחה האלהית providentia divina, פילוסופיא אלהית philosophia divina. Plur דתות האלהיות leges, constitutiones divinae: הפילוסופים האלהיים philosophi divini, theologi, metaphysici.

אֱלָהוּת *divinitas, deitas seu divina majestas:* ומסירא נפשנא על אלהותיה et tradita est anima nostra propter divinam majestatem ejus, Cant. 8, 1. ארבת אלהותך amor divinae majestatis ejus, Cant. 8, 6. Apud Rabb. שיחשב בו אלהות in quo reputatur esse divinitas. חכמת האלהות sapientia divinitatis, i. e. de rebus divinis, theologia, metaphysica.

אֱלָהֵן *nisi, sed, praeterquam.* Exclusionis particula, pro variis Hebraicis usurpata. Idem est cum superiori אֶלָּא, unde et originem traxisse videtur. Nam in Targ. hier. legitur, אֶלָּא הֵן בָּרְכָא יָתִי nisi benedixeris mihi, hebr. כי אם Gen. 32, 26. אֱלָהֵן חִוָּאֵי nisi Chivvaei, hebr. בלתי Jos. 11, 19. Sic Gen. 21, 26 et 43, 3 et alibi pro eodem: אלהן לבית אבא תהך nisi ad domum patris proficiscaris, hebr. אם לא Gen. 24, 38. אלהן בר דתוליד nisi filius quem genueris, hebr. כי אם Gen. 15, 4. אלהן ברחובא נבית sed in platea pernoctabimus, hebr. כי Gen. 19, 2. Sequitur quandoque ד servile, pro, *eo quod, quandoquidem, quia, propterea quod:* אֱלָהֵן דְּבַר מַלְכָּא מִית eo quod filius regis mortuus est, II. Sam. 18, 20. Praecedente אף est *quanto magis,* vel *quanto minus:* אַף אֱלָהֵן בֵּיתָא הָדֵין quanto minus domus haec quam aedificavi, 1. Reg. 8, 27. ואף אלהן דאמר לך quanto magis cum edicit tibi, hebr. ואף כי II. Reg. 5, 13. אף אלהן דאשתא quanto igitur minus, quum ignis consumpsit ipsum Ezech. 15, 5.

אלו (אֲלוּ) *ecce:* ואלו צלם חד שגיא et ecce imago quaedam magna, Dan. 2, 31. alias pro eo dicitur אֲרוּ commutatis inter se literis ל et ר. Item ואלו קרן אחרי et ecce cornu aliud parvum, Dan. 7, 8.

אִלּוּ *si:* אלו רעוא קדם יי׳ si voluntas esset domini (morte afficere me), hebr. לו, Jud. 13, 23. Hinc א ab initio videtur esse additium. אלו אית כא si est hic sub manu tua, hebr. ואין 1. Sam. 21, 8. Hinc videtur אלו esse quasi ex אין et לו. Item אלו *si* pro *utinam,* ut et Latinis quandoque sic sumitur: אלו חכימו utinam saperent, hebr. לו, Deut. 32, 29. כְּאִלּוּ *ac si, quasi, perinde ac si,* Rab In Talm. Hieros., elisa, pro more illius dialecti, gutturali, dicitur etiam כילו, pro כאלו ut in Kilaim c. 5 i. f. Sanh. c. 1 etc.

אִלּוּלֵי *nisi, si non: si.* Originem habet ex Hebraeo לוּלֵי, unde rursus א videatur additium: Hoc autem ex לו et לא, pro quo chaldaice dicitur לֵית, et per apocopam לֵי: ut ואלולי הוו יומי חייוהי et si fuerint dies vitae ejus, hebr. ואלו, Eccl. 6, 6. ואלולי לעבדין et si in servos et ancillas venditi fuissemus, Esth. 7, 4. אלולי מימרא דיי׳ nisi verbum domini fuisset nobis auxilio, hebr. לוּלֵי. Ps. 124, 4. Frequenter cum vocabulo adjectitio מן componitur in fine: ut אִלּוּלֵא־מִן אֱלָהָא דְאַבָּא nisi deus patris mei, Gen. 31, 42 vel אִלּוּלֵימוֹן, ut est hic in Jonath. Sic saepe: vel sine א: ut אִלּוּלְמוֹן nisi indignatio inimici, Deut. 32, 27 pro quo in Targ. Hieros. est אִלּוּלֵי. Aequipollent ergo.

אִלּוּ *illi, isti, illae, istae, illa, ista,* Rab. כמה נשתנו

---

[124]) V. annot. in אללא.

אלו מאלו quantopere variant ista ab istis. In Targum dicitur אֲלֵין, de quo infra.

אֲלְוָא, אַלְוַי Vide in לוא.

אַלְוַי *ah, utinam*: vide לו.

אִילְוָא *aloë*. Corruptum ex graec. *ἀλοή*: לייתי אקיקלא ואילווא afferat olus et aloën, Talm. Git. 69 b.[125]

אֲלוֹאִין *idem*: ואקסיל אלואין et lignum aloës, Ps. 45, 9. In Venetis scribitur אַלוּאוֹן, prave. Idem Cant. 4, 14, sed ibi est אַלוּאָרוֹן magis corrupte.

אַלְוַרְס[126] *arboris species*, quae alias dicitur אלמוגים, quod vocabulum *corallium* multi interpretantur: Ber. r. s. 15 ubi inter cedrorum genera numeratur.

אלט אַלְטִין[127] *arbor, quae hebraice dicitur* ברוש, et ab Hebraeis numeratur inter cedri species. Sic legitur in Medr. Tanchuma, s. Truma.

אליטין[128] *fructus arborei species, comedi solita.* Inde quidam R. Jochanan, כד הוה אכיל אליטין quanda comedisset alitin, dicere solebat, לא אכלית מזון יומא דין non comedi cibum hodie. Sic adducit Ar. ex Ber. rabba, sed ibi hodie legitur חלוטין. s. 9, 4. In glossa ibidem scribitur, etiam sic legi in Talm. Hier.

אלטינן Vide in טין, in טיינן.

אַלְטִיכְסִיָּה *insignia*, vel singulariter, *insigne, symbolum, sigillum.* Sic Munsterus, Guido et alii[129]. Legitur in Ber. rab. s. 8 hoc sensu: quando venit Deus Opt. Max. ad creandum hominem primum, diviserunt se angeli in sectas. Quidam dixerunt, ne creetur. Alii dixerunt, creetur. Hoc est quod dicitur Ps. 85, 11. „Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax se invicem osculatae sunt." Misericordia dixit, creetur quia fiet misericors: Veritas dixit, ne creetur, quia fiet mendacissimus. Justitia dixit, creetur, quia faciet justitiam: Pax dicebat, ne creetur, quia contentiosus fiet. Quid fecit Deus? Sumpsit veritatem et projecit eam in terram, juxta id quod dictum est Dan. 8, 12. „Et projiciet veritatem in terram." Dixerunt angeli ad deum: רבון העולמים מה אתה מבזה טכסים אלטיכסייה שלך domine saeculorum, quare ita contemnis ornamentum sigilli tui? nempe, veritatem, quae est sigillum Dei, ut videre est infra in אמן, in אמת. Ego putarim esse corruptum ex Graeco *ἀλήθεια veritas*, ut sensus sit; quare ita contemnis veritatem tuam, projiciendo sc. eam in terram. Legitur idem Medr. in Jalkut Ps. 85, sed corruptius ibi pro אלטיכסייה legitur אלתמסין.

אַלְמִים *vicus, platea.* In Ber. rab. s. 34 in fine: R. Schimeon ben Lakisch sedebat et studebat in lege, בחדא אלטים דטבריה in quadam platea Tiberiadis. Sic explicatur in glossa per רחוב, ubi cum inserto ס scribitur אילסטים. Puto esse idem quod infra אילוסים, אילוסום in אלס.

אלי ordo tantum ex hac forma denotatur; non quod litera י semper sit radicalis.

אַלְיָה *auricula, tenerum auris, pars auris infima mollis ac tenera*: Talm. מפני מה אזן כולה קשה ואליה רכה quare auris tota dura est, auricula autem mollis? nempe שאם ישמע אדם דבר שאינו הגון יכוף אליה לתוכה quod si audiat homo aliquid minus honestum, auriculam incurvet in eam, opplendo sc. aurem, ne audiat, Keth. 5 b. hebr. est *cauda*, Lev. 7, 3 al. 6, 26, hinc *auricula* quasi *cauda auris.* Referunt hoc ad אלה et י est loco tertiae radicalis. Sic chaldaice hoc loco, וְיַת אַלְיְתָא et caudam: quae est forma emphatica. תרבא ואליתא adipem et caudam, Exod. 29, 21 in Jonathane.

אַלִּיתָא[130] *segmenta lignorum tenuia, quibus majora ligna accenduntur*: שהיו מציתין את האליתא accendebant segmenta, Tamid c. 2. להצתה אליתא ad incendendum segmenta, Späne, Joma 45 a. הצית את האש באליתות et accendit ignem segmentis, Para c. 3. In Maamodos punctatis notatur הָאַלִּיתָא. Aliter vide in עלה, in עליתה.

אַלְיוֹן *pollex, tam manus quam pedis*: ועל אליון ידהון דימינא ועל אליון רגלהון דימינא super pollicem manus dexterae ipsorum, et super pollicem pedis dexteri ipsorum, hebr. בֹּהֶן, Exod. 29, 20. Lev. 8, 23. 24 et cap. 14. R. David explicat, בהן est אצבע הגס שבאצבעות „digitus crassior inter digitos." Alias dicitur גודל, quasi major digitorum. At בהנות Jud. 1, 6. 7 redditur in Targum קַרְסוּלִין „tali." Plurale legitur cum Pathach in initio: מִן יַד קַטְעוּ לֵיוָאֵי אַלְיוֹנֵיהוֹן בְּכַפֵּיהוֹן statim absciderunt Levitae pollices suos dentibus suis, Ps. 137, 5 in Venetis. Cum peterent Babylonii a Levitis carmen in testudine, praemorderunt sibi pollicem manus dexterae, dicentes איך נשיר „quomodo canemus aut psallemus?" fabula est, quae prolixius extat in Pesikta, ut adducitur in Jalkut in hunc Ps. אטופרא דאליונא in unguem pollicis, Talm. Gitt. 69 a. Ex hoc exemplo in Ar. adducto, Munsterus putavit אליון esse etiam idem quod *unguis*; male.

אַלִּינְדְּרָא[131] *coriandrum*, cujus semen sacharo obductum, inter bellaria habetur.

---

125) Rectius putaveris Talmudicos hanc vocem ex lingua pers., ubi الوا vocatur, assumpsisse.

126) Ad hanc vocem Buxt. in Spicilegio addit: אלוס videtur esse Aloe arbor. Nam in Talm. hier. Ketub. 31 d pro eo scribitur expresse אלואים.

127) אלטין Buxt. in Spicil. addit: videtur esse *ἐλάτη*, elate, de qua Plin. l. 12 c. ult.: est praeterea arbor ad eadem unguenta pertinens, quam alii Elatem vocant, quod nos abietem, alii Palmam, alii Spathen. Laudatur Ammoniaca maxime, mox Aegyptia; dein Syriaca, duntaxat in locis sitientibus odorata, pingui lacrima, quae in unguenta additur ad domandum oleum. — Castellus: elate, tenerum palmae germen.

128) אליטין fortasse idem quod gr. *ὄλυνθος* = ficus.

129) Mussaf. hanc vocem habet pro duabus, vel pro voce composita, quasi dicas *ἀληθάξιον* „pretium veritatis." Nota, appositam esse vocem טכסים, quae est gr. *τάξις*, quae notionem pretii jam continet, quare Muss. opinio rejicienda videtur.

130) אליתא fortasse etiam haec vox cohaeret c. gr. *ἐλάτη* et proprie significat assulas ligni pinei.

131) אלינדרא Coriandrum, abjecto C, ut explicuimus N. 89 p. 37, et R, ut saepe fit, mutato in L.

אֲלֵיְסִין *fragmenta, rudera.* Vide infra in אלס.

אֱלֵיְסְטוֹן Sic adducitur in Ar. vide in ordine הלי.

אֱלִיוֹפוֹלִיס[132] Heliopolis, *ἡλιόπολις*, solis civitas.

אֱלֵיוּטְרוֹפוֹלִיס[133] Eleutropolis, q. d. *civitas libertatis.* Sic adducit Ar. ex Ber. rab. ad ואת החורי Gen. 14, 5. Quare autem vocarunt eam urbem Eleutropolis? quia elegerunt eam sibi, et ingressi sunt eam in libertatem tempore divisionis linguarum. Graece *ἐλεύθερος* liber, immunis, et *πόλις* civitas. Sic est in Aruch. At hodie in Ber. rab. s. 41 pro eo legitur מטרופולים Metropolis.

אֱלֵיְרִין, אולײרין[134] *vestium genus.* Apud Talm. Ne sepelite me vestibus albis, neque vestibus nigris, sed בכלים האולײרים vestibus uljarimis, quae asportantur per mare, Nidda 20a. Schab. 114a. Hinc Munsterus putavit esse idem quod *subrufus, color medius inter album et nigrum.* Quale autem vestimenti genus hic significetur, inter Talmudicos non convenit. Quidam nomen proprium loci esse existimarunt, unde certa indumenta pro mortuis afferebantur. Alii explicant, *vestibus balneatorum*, ex sequenti usu.

Deinde אולײרין *balneatores, ministri et calefactores balnearum*, unde legitur in Gemara: מסתפג אדם באלונטית ומניחה בחלון ולא ימסרנה לאולײרין abstergit se homo (in sabbatho) linteo balneatorio, deponitque illud in fenestram proximam, non autem tradit illud balneatoribus, quia suspecti sunt de re ista, nempe de expressione aquae, quod esset in sabbatho peccatum: Item, האולײרין מביאין בלנרי נשיל בי בנאי balneatores afferunt (in sabbatho) lintea mulierum in balneum, Schab. 147b המניח כליו בחלון של אולײרין collocat vestimenta sua in fenestram balneatorum, Tahor. c. 7. Quidam libri hic legunt אוּרְיָארִין *calefactores balnearum.* Sic legitur cum Resch loco ל in Talm. Hier. Bav. bath. c. 4. אלא למסרן לאולײרין nisi ut tradantur balneatoribus, Betza f. 32a. אין מחללין אותו על המעות הנתונות לאוליור non prophanant eam (decimam secundam) pro nummis qui dantur ministro balnei, Tal. Hier. Maaser scheni c. 1. vide ibi glossam. Munsterus scribit אֲלֵיְרִין additque אֲלֵירִירִין *fenestrae contra se positae*; nugae. Erant חלונים fenestrae variae ante balneas, quasi capsae certae, in quibus homines balneum intrantes, vestes suas deponebant, quarum cura erat commissa לאוליארין calefactoribus et ministris balnearum.

אֲלִיְתָא *cauda*: vide paulo ante in אליה.

אֱלִיְתָא Vide ibidem in אליה.

אלך (אִלֵּךְ) *illi, isti.* Pron. pl., idem quod אֵלֶּה et אִלֵּין ut גבריא אלך viri illi, Dan. 3, 22. וגבריא אלך תלתהון et viri illi tres, Dan. 3, 23. חָזַיִן לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ videbant viros istos, Dan. 3, 27. לְשָׂבַיָּא אִלֵּךְ senes istos, Esr. 5, 9.

אֵילָךְ *ultra, ulterius:* מכאן ואלך hinc et ulterius non ingredietur amplius ad regem, Esth. 2, 14. אֵילָךְ וְאֵילָךְ *huc illuc: hac illac: hinc inde.* מֵאֵילָךְ *abhinc, deinceps.*

אֱלַךְ Prov. 9, 7 mendose in Venetis legitur pro אֱלֵף „doce."

אֲלַכְסוֹן Vide in לכס.

אֲלַכְסַנְדְּרוֹס[135] *Alexander, rex Graecorum*: ומניאו

---

132) *Ἡλίου πόλις* nomen est duarum urbium; altera sita erat in Aegypto (nunc diruta, cujus rudera etiam nunc عين شمس vocantur), altera in Coelesyria, nunc Baalbek dicta. Hebr. est בית שמש, pro quo Ez. 30, 17 ponit און, alludens ad און (sic dicta fuit Heliopolis Aegypti, cf. Gen. 41, 50; nam Aegyptiis *OYEIN* lux solis appellabatur) et ad vocem hebr. אָוֶן, q. e. inane, stultitia et saepissime adhibetur de cultu deorum alienorum (ut Hos. 4, 15 בית־און pro בית־אל dicit ad notandum cultum alienum). Secundum Josephum (b. Jud. 7, 10 arch. 13, 3) חוניו (Onias) templum exstruxit in urbe Leontopoli, quae ad Heliopolin pertinebat. Tract. Menachoth 110a. חוניו dicitur Alexandriam ivisse templum conditurus, quod Josepho non repugnat.

133) אליוטרופולים Eleutheropolis. Ita urbs vocatur ap. Eusebium et Talm., Ptolemaeo est *Βητογαβρα*, etiam nunc Arabibus Ḃeit-Djebrîn; aetate media ab equitibus cruciferis, qui hanc urbem pro Bersaba habebant, Gibelim vocabatur. Haec urbs suo jure *Metropolis* dici poterat. Etiamsi nunc parvulus vicus ibi est, in quo rudera antiquae urbis (praecipue ejus castelli, quod Fulco, rex Hierosolymorum a. 1134 p. Chr. restaurandum curavit) reperiuntur, tempore Romanorum maxima urbs erat eius partis Judaeae, quae inter meridiem et occidentem solem spectat (sita erat inter Nicopolin q. e. Emmaus, et Aeliam Capitolinam, de qua v. in ירושלים), ab imperatoribus Romanis maximis beneficiis singularibus donata.

*) אליעזר N. pr. in S. Scr. frequentissimum. Apud Talm. clarissimus est R. Elieser, qui simul cum Akiba Lyddae vivebat. (Schola, quae Lyddae florebat, maxime insignis fuit propterea quod R. Akiba ipsi praeerat. V. לוד) Mortuus est Caesareae, sepultus Lyddae. V. Talm. hieros. Succ. 53a, Sanh. 68a.

134) Suspicari licet hanc vocem ortam esse ex gr. *ὅλον* et *εἴριον* et significare vestimenta ex mera lana texta.

135) Quae de hujus historia haec pertinere videntur, haec fere sunt: Quum Alexander Palaestinam dicioni suae subjiceret, Samaritani eum adjuvisse dicuntur, quam ob rem eis permisit templum in monte Gerizim aedificare (v. Jos. arch. 11, 8. 4). Rogantibus Samaritanis, ut templum Hierosolymitanum destrueret, abnegavit, Joma 69a, ut Judaei dicunt permotus auctoritate Simeonis Justi. Imo, Hierosolyma adiisse dicitur ibique in templo sacrificia vero deo obtulisse, Jos. arch. 11, 8. 5, tum templum et Judaeos multis privilegiis donasse atque septimi cujusque anni vectigalia iis largitus esse propter legem et propter vaticinium Danielis, quod sacerdotes de ipso dictum esse obtinebant. Haec si revera facta sunt, quum Perdicca et Craterus Tyrum oppugnarent et Alexander ipse in Arabiam profectus Tyrum reverteret (v. Curt. Ruf. 4, 2), facta sint necesse est. At verendum est, ne haec tota res fictitia sit. Ex Josephi enim sententia Jaddaeus Alexandro obviam ivit eumque Saphae salutavit; Talmudici vero (Meg. Taanit, Joma 69a) dicunt, Simonem Justum obviam ivisse usque ad urbem Antipatrida. Vides igitur, Talmudicos hoc loco confudisse *Σαφα* vel *Σαφιν* (ut nonnulli libri praebent), q. e. צפה vel צופים, et Antipatrida, quae prioribus temporibus dicta fuit Kaphar Saba. Pro

אלכסנדרוס מלכא עליהון et constituerunt Alexandrum regem super se in caput, Cant. 6, 7. אתא אלכסנדרוס מוקדון venit Alexander Macedonius et abduxit solium Salomonis regis, traduxitque in Aegytum, Esth. 1, 2 in secundo Targ. Ejus quaestiones, quas 70 senibus proposuit, vide in Talmud Tamid 31 b et 32.

אֲלֶכְּסַנְדְּרִיָא[136] *Alexandria*, urbs Aegypti ab Alexandro condita, olim נא *No* dicta: אתרגושת אלכסנדריא tumultum Alexandriae, hebr. המון נא Ez. 30, 15. דינין באלכסנדריא judicia in Alexandriam, Ezech. 30, 14. Sic et alibi pro נא ponitur. De magnificentia Alexandriae et scholarum hujus urbis, ejus item vastatione, et magna Judaeorum strage illic edita, vide Talm. Hier. in libro Succa c. 5 et Tal. Babyl. 51 b. Gitt. 57 b et R. Asariam in מאור עינים f. 65. 66 etc.[137]

אֲלֶכְּסַנְדְּרִי *Alexandrinus*. Fem. סְפִינָה אֲלֶכְּסַנְדְּרִית navis Alexandrina, quae sc. ex terra Israelis Alexandriam ibat, eratque insignis magnitudinis[137].

אֲלֶכְּסִין *cedri species*, Tal. ע״ז f. 14 a.

אולוכרוסון *totum aureum* graec., ὁλόχρυσον: In Vaj. r. s. 33. ע״ז שלי אינה אלא אולוכרסון idolum meum est totum aureum, ex mero auro puro. Sic in Medr. Schir c. 4, 7. אנא חמיתה אלכרוסין ego vidi eum totum-aureum. Sic in Medr. Eccl. VI, 1 ubi corruptius legitur pro eo אילו כרסין.

אֲלַל[138] *explorare*. Respondet hebraeo תור. Praeter. אַלְלֵית בְּלִבִּי exploravi in corde meo, Eccl. 2, 3. וְאַלִּילוּ יַת אַרְעָא et explorarunt terram, Num. 13, 22. דאלילו יתה quam explorarunt, Num. 13, 32. דאלילתון ית ארעא quibus explorastis terram, Num. 14, 32. Partic. sive nomen participiale וְשַׁלַּחוּ מְאַלְּלִין et miserunt exploratores, Jud. 1, 23. אורח מאלליא per viam exploratorum, Num. 21, 2. מן מאללי ית ארעא ex exploratoribus terrae, Num. 14, 6. Infin. לְאַלָּלָא יָתַהּ ad explorandum eam, Num. 13, 7. מִלְּאַלָּלָא יַת אַרְעָא ab explorando terram, Num. 13, 26. Futurum. יְאַלֵּל טוּרַיָּא explorabit montes, Job. 39, 11. ויאללון ית ארעא et explorent terram, Num. 13.

אַלִּילִין *exploratores*; אלילי אתון exploratores vos estis, hebr. מרגלים Gen. 42, 9.

אֲלַל *caro mortua in corpore animalis, particula carnis inter mactandum abscissa, aut in cute detracta, relicta*, de qua disputatio apud Talm. in Chol. 121. Scribitur interdum אליל[139], quasi cum Chirek legendum. Quidam explicant *arteriam magnam*, quae vulnerata, curari nequit, Taharos c. 1.

אֱלִיל *vanitas, vanum*: כמאסי אליל sicut medici vanitatis, Job. 13, 4. In hebraeo etiam est אליל, quod R. Levi explicat הבל: R. Salom. ex Talmudicorum sententia גיד הצואר *arteriam magnam, quae discissa, nunquam coalescit*. Tales erant amici Jobi, qui incurabile volebant curare, unde vocantur „medici vani.“ Plur. אֱלִילִים idola: Fem. אֱלִילִית *idolum femina, diva*.

Jaddaeo memorant Talm. Simeonem. Aut hic non erat sacerdos, sed clarissimus ille legis doctor, de quo plus semel sermo in Talm.; tum vero intellegi nequit, qui potuerit vestes pontificias induere; aut erat sacerdos; tum vero confuderunt Jaddaeum, qui Alexandri temporibus vixit, et Simeonem Justum, qui aliquot annis post summus sacerdos factus est. Vide hac de re Chronic. Syncelli p. 456 sq. 472, 484, 512 sqq. Illud sane negari nequit, Alexandrum Judaeis privilegia donasse, Samaritanis abnegasse, quamvis Samaritani dixerint, sibi quoque ejusmodi privilegia data esse. V. appendicem ad Chron. Abulfatach ap. *Paulus* „Neues Repertorium tom. 1 p. 120. 122“. — De quaestionibus, quas proposuit doctis Judaeis (v. Tamid 14), conferas ea, quae Plut. v. Alex. 137 (v. etiam Clem. Alex. stromm. 6) narrat de quaestionibus, quas doctis Indis proposuisse dicitur. — Fabula denique, quam Judaei finxerunt de nomine Alexandri (derivant enim a gr. *ἄλλος* et *ἀνήρ*), vix notanda, quum apud omnes viros doctos jamdudum constet, hoc nomen compositum esse ex *ἀλέξω* (= defendo) et *ἀνήρ* (vir).

136) Alexandria ab Alexandro a. 332 p. Chr. condita, maxima et clarissima Aegypti urbs, qua de re *ἡ μεγάλη Ἀλεξάνδρεια* vocabatur. Hierosolymitani invidiosi eam interdum *parvam* dicunt; v. hier. Talm. Sanh. 6, 6. In hac urbe plurimi Judaei (et Samaritani) habitabant. Jam Alexander et post eum Ptolemaeus Lagi multos Judaeos, ut illuc venirent, permoverunt; v. Jos. bell. Jud. 2, 18. 7. arch. 13, 2, 1; 3, 4. Curt. Ruf. 4, 8. Quid? quod temporibus Philonis in Aegypto millies mille Judaei vixisse traduntur. Reges Aegypti maxima erga Judaeos benignitate erant iisque eadem jura quae indigenis concedebant. Inde factum est, ut et divites evaderent et litteris atque artibus operam navare possent. Alexandriae, ut omnibus notum, versio LXX. interpretum graeca facta est; v. Sefer Thora 1, 8 sq. Sopherim 1, 7 Atque in omnium ore est Philo, Judaeorum philosophorum longe clarissimus. — B. Ar. dicit hanc urbem olim נא dictam fuisse. Error est. נא enim, proprie נא אמון vocatur a Graecis Thebae s. Diospolis. Haec sita erat in media Aegypti. parte; Alexandria contra in litore maris. Rectissime tamen locis a B. Ar. laudatis in Targ. pro נא scribitur Alexandria. Nam non de Diospoli per se sermo erat, sed de urbe Aegypti capitali, quae posteriore tempore erat Alexandria.

137) Synagoga Alexandrinorum, quae Hierosolymis erat, memoratur hier. Talm. Megilla 73 d, Juchas. 26 b. Pro eo tamen bab. Megilla 26 a legitur טורסיים synagoga aerariorum, ubi glossa צורפי נחושת (= artifices aerarii). Hoc ita explicandum et conciliandum: Alexandrini, imprimis Judaei Alexandriae commorantes, ut maximam philosophiae laudem consecuti erant, ita etiam artificiosis operibus insignes erant. V. quae narrantur Erach. 10, 6.

138) Haec vox orta esse videtur ex arab. [illegible] (Cast. p. 116) *cito ivit, properavit*. Sententia igitur eadem fere quae hebraeo רכל (cf. רגל). Hoc verbum (cf. [illegible] רֶגֶל pes) proprie est *ambulavit, perlustravit, ambulando exploravit narravitque* alteri, quae exploravit; inde מרגל explorator.

139) In ipso Talmud haec vox (Sot. 18, 4) refertur ad hebr. אֱלִיל. Verisimile est, Talm. hanc vocem compositam putavisse ex אַל־אֵל, hebr. אין־איל = sine robore, sine vigore. Significat igitur אֲלַל eas corporis particulas, quarum vigor minimus est.

· אֱלוּל[140] *Elul*, nomen mensis Augusti, Neh. 6, 15 in Hebr. Sic in Targ. באלול לא in mense Elul non, propterea quod in eo ascendit Moses in montem Sinai, Est. 3, 7 in secundo Targum.

אלולי *Augustum, in Augusto mense natum*: Plur. אלוליין fructus in mense Augusto crescentes, vel maturescentes, Bechor. c. ult. in Misna.

אוּלְלָא, אֱלָלָא[141] *pressura una uvarum vel olivarum, pars quantum uni pressurae subjicitur*, de qua disputant Talm. in B. metzia 105 a. באתרא דמעיילן כורא באוללא in loco ubi inferunt corum unum pro pressura. R. Sal. scribit, vulgo vocari partem istam שק *saccum*. Alibi inferunt coros tres, pro magnitudine praeli.

אִלּוּלֵי Vide supra in אלו.

אִלֵּין, הָאִלֵּין *illi, isti, istae, ista.* Litera ultima pertinet ad formationem numeri pluralis. Singulare esset אל, sed non est usitatum: אלין תולדת שמיא istae sunt generationes coelorum, Gen. 2, 4. אלין ברתיכין illi in curribus, ואלין בסוסן et illi in equis, Ps. 20, 8. כל אלין מלכותא omnia ista regna, Dan. 2, 44. אלין בני חם isti sunt filii Cham, Gen. 10, 20. אלין לאלין illi ad illos, Cant. 7, 13. כל ארעתא האלין omnes terras istas. Gen 26, 3. לגבריא האלין viris istis, Gen. 19, 8. עובדיהון דעמיא האלין Opera populorum istorum, Deut. 32, 32 in Jon. Zach. 3, 7. In Dialecto Hierosolymitana היילין quaenam (sunt) illa? Compositum ex הָאִי et אִלֵּין ut והיילין אינון ראשי פרקים et quaenam sunt ista principia capitum? Talm. hier. Succa c. 3 glos. וְאֵיזֶהוּ.

אלם *fortem, robustum esse.* Dicitur et עלם commutatis inter se gutturalibus. Imper. תְּקַף וֶאֱלַם confirmator et esto fortis, hebr. חזק ואמץ Deut. 31, 7. 23. תקיפו ואלימו roboramini et estote fortes, Deut. 31, 6. Pahel אַלֵּם roborare, corroborare. Partic. אֲרוּם מְאַלְּמָא הִיא quod fortificaret, i. e. fortiter urgeret et instaret ipsa, ut iret secum, Ruth. 1, 18. Imper. וְתַקְּפֵהִי וְאַלְּמֵהִי et confirma ac corrobora ipsum, Deut. 3, 28 in Jon. Itphahel, Partic. מִתְאַלְּמִין quando roborantur, quando ad summum robur perveniunt, Ps. 90, 10. וכל דמתאלמין et omnes qui se roborare cupiunt, inveniunt robur, Job. 36, 19.

אַלִּים *fortis, robustus*: ומלכו ממלכו יהי אלים et regnum unum altero erit fortius, Gen. 25, 23 in Jonath. ואלים חילא et fortis robore, Job. 9, 4. ואלים לבהון et forte est cor ipsorum, i. e. durum et obfirmatum, hebr. וּבָרִיא *pingue, obesum*, Ps. 73, 4. Plur. אַלִּימִין מִנְּכוֹן fortiores sunt vobis, Deut. 20, 1 in Jon. דרבנין אלימין doctorum fortissimorum, i. e. doctrina excellentissimorum, Ps. 80, 16. Ap. Rabb. proverbiale: כל דאלים גבר qui fortior est, vincit Gitt. 60 b. R. Sal. Ez. 22, 6. מחטא אלימתא acus fortis.

אלם *idem*, ap. Talmud. מקטנא לאלמא a parte tenuiori ad fortiorem, i. e. latiorem, Schab. 134 a.

אַלִּימוּת *fortitudo, robur*: באלימות אידך fortitudine manuum tuarum, Job. 30, 21.

אִתְאַלַּם *obmutescere*: אתאלמית שתקית obmutui, silui Ps. 39, 3. 10. Fut. דִּי לָא יִתְאַלַּם לִישָׁנָךְ dum nondum obmutescit lingua tua, Eccl. 12, 6.[142]

אִלֵּם *mutus*. Emph. מַן שַׁוִּי אִלְּמָא quis constituit mutum, Ex 4, 11.

אִלְּמָנָא *idem*. והיך אלמנא et sicut mutus, qui non aperit os suum, Ps. 38, 14.

אִלְּמוּת *infantia, privatio loquelae, cum quis fari aut loqui non potest, q. d. mutitas*: סבת האלמות היא חרשות causa mutitatis est surditas. Qui natura surdi sunt, etiam muti sunt. Loquela enim acquiritur ab infantibus ex auditu, si organum linguae sit recte dispositum.

אַלִּימָא *idem*: Targ. מן שוי אלימא או חרשא quis posuit mutitatem (defectum sermonis) aut surditatem (defectum auditus) vel mutum aut surdum. Ex. 4, 11 in Jonathane.

אלום *leguminis genus, quod non comeditur, nisi bene salitum.* Annumeratur hordeo, speltae, et aliis similibus: החיאה התלתית ואלום Talm. Tibbul Jom c. 1. Species seminum sunt. Ar. vult esse speciem aromatis; Guido alumen.

אֲלוּמַיָּא *manipuli, fasciculi segetis*: אף ביני אלומיא etiam inter manipulos colliget spicas, Ruth. 2, 15. Rabbini dicunt אלומים et אלומות.

אוּלָמָא *porticus, vestibulum ante aedes*: ית אולמא דתרעא vestibulum portae, Ez. 40, 8. ואולמא על אפי היכלא et porticus erat ante templum, 1. Reg. 6, 3. באולמא in porticu, 1. Reg. 7, 19. מגיו לאולמא ab interiori parte porticus, 1. Reg. 7, 8. Plur. וְאוּלַמַיָּא סְחוֹר סְחוֹר et vestibula erant circumquaque, Ex. 40, 30. וכן לאולמיא et sic ipsis vestibulis, Ez. 40, 16. וְאוּלַמֵּי דַרְתָּא et vestibulis atrii, Ez. 41, 15. וְאוּלַמּוֹהִי et vestibula ejus, Ezech. 40, 21.

אַלְמָא *ergo, igitur, itaque, quare*, Talm. Sic ponitur absolute et admirative, inferendo aliquid ex superioribus: אַלְמָא שָׁמַע מִנַּהּ itaque audio, colligo inde, ſo höre ich ja wol. אלמא ידעי ergo audio, quod sciunt.

אַלְמָא *quare, quamobrem.* Sic pronunciatur interrogative et refertur ad verbum sequens, idem quod לָמָּה: ut אַלְמָא אָמַר quare ergo dicit? אי הכי אלמא תנן si ita est, quare ergo discimus in loco alio aliter?

אַלְמוּגִין[143] *ligna thyina, cedrina praestantissima*, quorum etiam mentio Apocal. 18, 12. Ea rex Chiram navibus transmisit ad regem Salomonem ex Ophir: איתיאת מאופיר אעי אלמגין afferebat ex Ophir ligna almugin,

140) V. in תמה; cf. etiam amotata ad איר.

141) Haec vox, gutturalibus ut saepe fit, commutatis = עֲלָלָא *proventus, fructus*, ab עלה *provenit*. Ex B. Ar. sententia sunt fructus, qui uni pressurae subjiciuntur. Ab eadem radice עלה derivanda videtur vox אלה *frumentum*, proprie *id, quod provenit*, ut hebr. עוֹלֶה pro *planta* adhibetur.

142) Videtur haec significatio orta ex notione *ligandi*, quae voci hebr. אלם est Gen. 37, 7. אתאלם igitur proprie est: *ligatus* vel *obligatus est* (lingua).

143) אלמגין, quod etiam per metathesim scribitur אלגומין, assumtum videtur ex lingua Indica; *mocha* enim in lingua

1. Reg. 10. 11. 12. Emph. וַעֲבַד מַלְכָּא יָת אָעֵי אַלְמוּגַיָּא et fecit rex ex lignis istis thyinis fulcra domus Domini et regis et citharas et nablia, 1. Reg 10, 12. Hebraei plerique *corallium* exponunt, quod non est verisimile, ad tot et tantas operas adhiberi potuisse. Ejus enim ex mari mediterraneo et rubro magna erat copia. R Levi ad id, quod dicitur v. 12 „nunquam advecta nec visa antea fuisse ista ligna almugin," refert ad magnitudinem, nunquam scil. tam magna visa fuisse. Rabbini etiam singulariter dicunt אלמוג. ut: חותמה של אלמוג sigillum ejus ex corallio, Schab. 59 b. טבעת של אלמוג annulus ex corallio, Kelim c. 13. R. Salom. scribit: אלמוג est lignum crescens in fundo maris, flexile instar herbae: at eductum et in aëre exsiccatum indurescit et lapidescit.

אַלְמָלֵי, אִלְמָלֵא *si, nisi, si non*: אלמלי משה בחיריה nisi fuisset Moses electus ejus, hebr. לולי, Ps. 106, 23. ואלמלי דיהוא חתים בשמא רבא וקדישא et nisi fuisset obsignatus nomine isto magno et sancto (tetragrammato יהוה scil.) Cant. 4, 12. Elias compositum judicat ex אם et לא. Ap. Rabb. frequens ejus usus est, ac juxta Eliam in Tisbi et autorem libri Halichoth olam c. 1 differentia est inter אלמלי et אלמלא: nempe cum א in fine, est *nisi, si non*, germ. wer nicht; cum י in fine idem quod לולי vel אלו *si*: sed differentia haec non est perpetua: אלמלי נגרו לחנניה si flagellassent (per torturam examinassent) Chananiam, Misaelem et Asariam, utique coluissent idola. אלמלי הייתי באותו הדור si fuissem in isto seculo. In capitulis patrum, (פרקי אבות liber vocatur) c. 3. Ora pro pace regni, שאלמלא מורא nisi enim metus esset (reverentia regis et magistratus) alter alterum vivum devoraret. אלמלי דוד לא עשה יואב מלחמה ואלמלי יואב לא עסק דוד בתורה nisi fuisset David, non fecisset Joab bellum: et nisi fuisset Joab, non dedisset David operam legi, Sanh. 49 a.

אַלְמוּגְלָא[144] legitur in Venetis Job. 12, 6. An arabicum sit, judicent alii. Ego lego tum ex sensu textus Hebraei, tum ex altero hujus versus Targ. אֱלָהָא: Deus.

אַלְמָן[145] *viduus*: אַלְמָנָה *vidua*: אַלְמְנוּת *viduitas*, hebr. et sic apud Rabbinos. Inde Verbum:

נִתְאַלְמַן *viduari, viduum fieri.* Fem. מִשֶּׁנִּתְאַלְמְנָה ex quo vidua facta fuerit: Ex Pahel מאלמן את אשתו viduat, viduam constituit uxorem suam.

אִילָן אלן *arbor*: אילן פירין arbor fructuum, proferens fructus, Gen 1, 11. תחות כל אילן עבוף sub omni arbore frondosa, 1. Reg. 14, 23. אילן בגוא ארעא arbor in medio terrae, Dan. 4, 7. ואילן עביד פירין et arbor faciens fructus, Gen. 1, 12. וית כל אילנא דביה פירי אילנא et omnem arborem, in qua erunt fructus arboris, Gen. 1, 29. גדו אילנא succidite arborem, Dan. 4, 11. 20. רְבָה אִילָנָא crevit arbor ista, Dan. 4, 8 Plur. וְכָל אִילָנֵי חַקְלָא et omnes arbores agri, Gen. 2, 5. אזלו אילניא iverunt arbores, Jud. 9, 8. כל אילני חורשא omnes arbores sylvae Ps. 96, 12. ביני אילני סרק inter arbores infrugiferas, Cant. 2, 3. Ap. Rabb. אילן הקבלה *arbor cabbalae, cabbalistica.* Sic vocant decem Sephiroth, quas forma arboris solent disponere, ad illorum ex se invicem derivationem ostendendam. Vide in ספר.

אַלּוֹן *alius*. Graec. *ἄλλος*.

אולק *totum*, graec. *ὅλον*: אולק כרוסין *ὅλον χρύσειον* totum aureum, ex auro. In Medraschim.

אַלוּנְכִין[146] *astutiae, fraudes, calliditates*: באלונכי דפרסאין per astutias Persarum: Glossa בנוכלות, Git. 70 a. Praecedit ibi, דמחו ליה quem percusserunt. Unde videri possit esse a Graeco *λόγχη lancea, cuspis lanceae.*

אֶלֵינִסְתִּין *ἑλληνιστὶ graece, lingua graeca*. R. Levi ivit Caesaream, ושמע לון קריין שמע אלינסתין audiensque eos legentes (lectionem „audi Israël," ex Deut. 6) hellenistice, voluit impedire ipsos: Sota c. 7 in Talm. hier. R. Jose id animadvertens, irascebatur, dicens: qui non potest legere hebraice, num omnino non leget? immo leget quacunque lingua quam intelligit ac novit et sic officio suo satisfecerit. Haec ibi. Ergo etiam graece sacra legere in synagogis fuit permissum, quod a multis negatur.

אַלוּנְקִי[147] *clitella, pulvini bajulorum, qui oneri supponuntur*: למפיק באלונקי efferre cum pulvinis, Betza 25 b.

אַלוּנְתִּית[148] *confectura ex vino veteri, aqua limpida et balsamo, qua utebantur post balneum ad se recreandum et refrigerandum*, ע"ז 30 a. Chol. 6 a.

אֲלַס *masticare, comminuere dentibus*, Talm. תורא דאלס ידיה דינוקא bos masticans manum pueri, Bava k. f. 84 a. אלס בלע ליה comminuit dentibus, et deglutit illud, Gitt. 70. Idem quod לעס et כסס.

אַלַּס[149] N. propr. loci, Gen. 10, 4 in Jonathane, pro Hebraeo אֱלִישָׁה unde rectius scriberetur, אֱלִיס vel אֱלִיסָה. Ibidem in Targ. Hier. אַלַסְטַרְסוּס corrupte pro אֱלַס וְטַרְסָס i. e. אֱלִישָׁה וְתַרְשִׁישׁ.

Sanscr. est lignum santalinum, quod maximi aestimabatur; אל videtur esse artic. arab. Hoc lignum, quod (v. supra) navibus traducebatur in Palaestinam (quamvis 2. Chron. 2, 7 etiam in Libano monte crevisse dicatur), propter colorem rufum comparari poterat cum coralliis. Paulo aliter vocem explicat Winer: Bibl. Realwb. s. v. Sandelholz.

144) Arab. est المولى (a verbo ولى cf. et r. مال dives fuit); *dominus*. Apud Mauretanos maximae dignitatis nomen et regum titulus. V. Castell. Lex. heptag. p. 2013.

145) Pro אלמן in Targum legitur ארמלא, commutatis litteris ל"ר et נ"ל; etiam Arabes ita dicunt.

146) Buxt. in Spicilegio: „Vide emendationem hujus explicationis in לנך in לוֹנְכֵי;" q. v.

147) „Bajulandi modus, quo duorum manibus in scapulas *ἐναλλὰξ* positis tertius gestatur."

148) Videtur ortum esse ex gr. *ἔλαιον*.

*) אלנטית Schab. 41, 147 linteum, pannum linteum, vestis lintea.

149) Schulthess (parad. 264) putat significari hac voce Carthaginem; versio Chald. explicat per איטליא (Italia), Jonathan per *Hellas*, Bochart (Phaleg 3, 4) per *Elis*. Atquae haec sententia maxime vera esse videtur, ita tamen, ut

אֲלִיסוֹת, אֲלִיסִין *masticata, comminuta, diffracta, vel concisa minutatim*: in Vaj. rab. s. 19 „nam ecce Dominus praecipiet, et percutiet domum majorem רְסִיסִים et domum minorem בְּקִיעִים.“ Amos 6, 11. מה הדין רסיסה אית מינה אליסים והדין בקיעה לית מינה אליסין לא דמו להדדי quid est רְסִיסָה? quae in minutas partes sunt contusa et comminuta, sed בקיעה non relinquit frusta ejusmodi contusa. Eadem leguntur in Medr. Schir c. 4, 14 et Medr. Kohel. c. 10 versu qui incipit בעצלתים, ubi pro אליסים legitur אילסים.

אילוסום[150] *oratorium*: בית התפלה ומדרש, *ecclesia vel schola*. Sic ponunt vulgo. Alii, *specus, spelunca*. Videamus loca. In Medr. Ruth. c. 1, 17. נפק וצלי בהדה אילוסים דטבריא egressus est et oravit in quadam ecclesia vel schola Tiberiadis. Glossator scribit, מצאתי פי' מערה inveni quod significet *speluncam*. Sic possit forte esse ex graeco ἴλεος. In Medr. Kohel. c. 3, 9. רשב"ל הוה לעי באוריתא כל צרכיה בהדא אילוסם דטבריא R. Simeon ben Levi operam dabat legi in quadam schola Tiberiadis. Glossator hic iterum exponit מערה *speluncam*. In Talmud Hier. Schev. cap. 4, 35c. רבי חייה בר בא מתעגל בהדא אליסים דטבריא R. Chijah bar Ba volutabat se in pulvere Tiberiadis. Sic glossator בעפרה, qui legendum putat חליסים per ח, ex significato חולסית, de quo in חלס.

אֲלַף *discere, assuescere*. Prave saepe hoc verbum in Venetis punctatum est, conjugationibus inter se confusis. Praet. אֲרֵי לָא אֲלִיף non enim didicerat, hebr. לא נסה non tentaverat, 1. Sam. 17, 39. ואליף למקטל et didicerat occidere, hebr. וַיִּלְמַד Ez. 19, 3. Particip. אָלְפִין בְּאוֹרָיְתָא וְלָא אָלְפָא et non discit, Hos. 10, 11. discunt legem, studebunt in lege, Jes. 54, 13. In Hebraeo est forma passiva לִמּוּדֵי יי' *docti a domino*, unde et in Targum ex Partic. Pehil legi possit אֲלִיפִין docti erunt in lege. Partic. pehil passivum, אֲלִיף, Plural אֲלִיפִין edoctus, assuetus, assuefactus etc. Inf. הֲמֵילַף אֲלִיפְנָא num assuescendo assueta sum ego sic facere tibi, Num. 22, 30. במילפי דיני זכותך in discendo me judicia justitiae tuae, Ps. 119, 71. Imperativus אֲלִיפוּ לְאוֹטָבָא discite benefacere, Jes. 1, 17. Fut. analogum, וְאֵאֲלִיף פִּקּוּדָךְ et discam praecepta tua, Ps. 119, 73. Et forma quiescentium דְּאֵילַף גְּזֵירָתָךְ ut discam statuta tua, Ps. 119, 71. לא תילף למעבד non disces facere, Deut. 18, 9. בדיל דתילף למדחל ut discas timere a domino deo tuo, Deut. 14, 23. ותילפון יתהון et discetis ea, Deut. 5, 1. אם מילף יילפון si discendo discent. Jer. 12, 16. Pahel אַלֵּף *docere:* יי' אליף לאדם dominus docet hominem scientiam, Ps. 94, 10. ואלפני et docuit me (ne irem in viis populi hujus), Jes. 8, 11. ואלפיה יי' אעא et docuit eum dominus lignum quoddam, Ex 15, 25. אלפתני בנסיא docuisti me miracula, exercuisti me in miraculis a pueritia mea, Ps. 71, 17. דאלפית יתכון quod docui vos, Deut. 4, 5. כמא דאליפו ית עמי sicut docuerunt populum meum, Jer. 12, 16. Part. הֲוָה מְאַלֵּף מַנְדְּעָא fuit docens sapientiam, Eccl. 12, 9. Accidit hic contractio, ut in Futuro: דַאֲנָא מַלֵּיף יָתְכוֹן quae ego doceo vos. Deut. 4, 1. pro מְאַלֵּף, quam formam quidam ad Aphel revocant sine ratione: non enim est usitatum in ea forma: מַלֵּיף יְדַי docens manus meas facere bellum, 2. Sam, 22, 35. Plur. וַאֲקִימִית עֲלֵיכוֹן מַלְּפִין et excitabo vobis docentes, doctores, Jer. 6, 17. מכל מאלפי אסכלית ab omnibus doctoribus meis intelligentior factus sum, Ps. 119, 99. בהיתו מלפיהון erubuerunt doctores ipsorum, Hos. 2, 5. Partic. pass. כְּעֵגֶל לָא מַלַּף sicut vitulus non assuetus, Jer. 31, 18. Sic legendum: nam in Hebraeo est לֻמַּד edoctus. Plurale דהויתון מלפין qui fuistis edocti malefacere, hebr. למדי Jer. 13, 23. כתפקידת גברין מלפין sicut praeceptum hominum eruditorum, Jes. 29, 13. כגברין מאלפי קרבא לשן דמלפין linguam doctorum, Jes. 50, 4. sicut viri assueti bellis, Cant. 3, 8. Infin. לְאַלָּפָא יָתְהוֹן ad docendum eos, Deut. 4, 14. לאלפותך ad docendum te, Jer. 30, 11. לאלפותהון קרבא ad docendum eos proelia, Jud. 3, 2. Imper. אַלֵּיף יָתִי גְּזֵירָתָךְ doce me statuta tua, Ps. 119, 13. ואלפני et doce me, Ps. 25, 5. Futur. אֲאַלֵּיף לְמָרוֹדַיָּא docebo defectores vias tuas Ps. 51, 15. Sic etiam legendum Ps. 34, 12. ואאלפנך חוכמתא et docebo te sapientiam, Job. 33, 33. דתלפנון quae docebis eos, Deut. 5, 31. Contractio, ut in Participio. Sic in reliquis personis, תלף pro תאלף etc. Ithpahel קְהִבְשׁוּטָא יִתְאַלְּפוּן veritatem docebuntur, Jes. 26, 9.

אוּלְפָן *doctrina, instructio, institutio*: ותקבלון אולפן חדת et accipietis doctrinam novam, Jes. 12, 3. אולפן דדין doctrina juris, Jes. 28, 26. אולפן אוריתא doctrinam legis, Jes. 30, 9. בבית אולפנא in domo doctrinae, i. e. schola, gymnasio, 2. Reg. 22, 14. דמחמדין לאולפנא qui expetunt doctrinam, Jes. 32, 6. תבעית אולפנך expetivi doctrinam tuam, Ps. 119, 10. יתבעון אולפניה requirunt doctrinam ejus, Ps. 119, 2. Ap. Rabb. בר אולפן *peritus juris, doctor juris divini*, qui etiam vocatur בן הלכות vel בעל הלכות *jurium peritus.*

מַלֵּף *doctor*, ut ante ad Partic. Pahel: Ap. Talm. דנפיק מינך טעמא מלפך qui egreditur de te, evadit doctor tuus. Legitur ut proverbiale in Jevam 63a; filius aliquando sapientior est patre, discipulus doctore.

מַלְפְנָא, מַלְפָן *idem*, Jevam. 21b.

אֲלַף, אֲלַף *mille*. Emph. אַלְפָא: ut לרברבנוהי אלף principibus suis mille, ולקבל אלפא et contra mille vinum bibebat, Dan. 5, 1. תרין אלפין duo millia, Num. 35, 5. אלף אלפים millies mille (ministrabant ipsi) Dan. 7, 10. לאלפי דרין in mille generationes, Deut. 5, 10. באלפיא דבית יהודה inter chiliadas domus Judae, Mich. 5, 2. ולי יהבו אלפיא et mihi dederunt mille, 1. Sam. 8, 8.

אַלְפָא בֵּיתָא, אָלֶף בֵּית *alphabethum*. Hinc אלפא *primum, primarium*, sicut alpha est prima litera alphabethi. Talmudici, de optima farina ad מנחה oblationem frumentaceam vespertinam disputantes, scribunt: ואיזהו מובחר מכמס וזוניחא אלפא לסלת שנייה שלהן עפריים quodnam

---

putes Elida per metonymiam etiam de tota Graecia intelligi posse. Gen. 10, 4 attribuitur filiis *Javan* (Jonum s. Graecorum). Cf. praeterea Knobel, Völkertafel.

150) Muss. hanc vocem habet pro gr. ἄλσος, q. e. nemus, lucus. Rectius quam Muss. et Buxt. nonnulli videntur habere pro gr. ἤλυσις, quod explicatur per „*introitus*, introitus in urbem.“

est selectissimum (frumentum ad Mincha)? E Michmas et Sunicha (duo loca terrae Israëlis fuerunt) est primarium ad similam: secundarium ipsorum est ex Aphrajim: Menach. c., quod incipit כל קרבנות, in princ. In editione Basileensi duo ista nomina propria aliter leguntur: sed in Mischnajoth parvis et editione Bartenorae, sic ut positum. Sic תקוע אלפא ליין Tekoa (nomen loci) est primarius locus vini, nempe optimi et generosi, Ber. rab. sect. 28.

Deinde אַלְפָא בֵיתָא *alphabethum, psalmus alphabethicus.* Sic vocant in Masora Psalmum 119. אלפא ביתא et אלפא ביתא רבתא alphabethum magnum, quia scriptus est juxta ordinem literarum alphabethi. Sic

אַלְפָבֵיתִין, אַלְפָבֵיטָאִין *alphabetha, alphabethariae cantiones, vel rhythmi alphabethici:* הדין פייטנא כד הוה עביד אלפביטאין Poëta iste cum facit alphabetha, quandoque imperfectum relinquit (alphabethum): sic Salomon cum fecisset אלפביטין alphabetha, residuas reliquit quinque literas, sicut dicitur וַיְהִי שִׁירוֹ חֲמִשָּׁה וָאָלֶף 1. Reg. 4, 32 quod perinde est, ac si diceretur, ויהי שירו חמשה ואלף. Glossa, תרוות על דרך אלפא ביתות Medr. Kohel. c. 1, 13.

אַלְפָבֵטְרִין *idem.* In Medr. Ruth. c. 1, 13. וכשאכלו ושתו שרון אילין אמרין מזמורין ואילין אמרין אלפבטרין cum comederent et biberent, inceperunt hi dicere Psalmos, illi rhythmos alphabethicos, i. e. תרוות לפי אלפאביתא rhythmos alphabethi scriptos. Tales cantiones et rhythmi dicebantur ad exhilarandos hospites convivii. Sic in Medr. Kohel. c 7 v. טוב אחרית דבר. Munsterus, Guido, et alii ponunt, אלפבטרין *confabulatio.* Frustra. Sic legitur et intelligitur ut nos posuimus,

אַלְפָא[151] *navis:* ואשכח אלפא et invenit navem euntem in mare, hebr. אניה, Jon 1, 3. היך מלחא דדמך באלפא sicut nauclerus dormiens in navi, Prov. 23, 34. Veneta hic mendosa sunt. Plur. אַלְפַיָּא דַתַרְשִׁישׁ naves Tarsis, Ps. 48, 8. תמן אלפיא אזלן ibi naves eunt, Ps. 104, 26. למצרים באלפיא in Aegyptum navibus, Deut. 28, 68 in Jonath. Ap. Rabb. כאלפא דאזלא בימא sicut navis quae it in mari, Erub. 53 b. כאלפא דמיטרפא בפילגוס sicut navis diffracta in pelago: Et proverbiale וי ליה לאלפא דאזיל בלא מיכסא vae navi, quae transit sine vectigali. Vae homini, qui transit ex hac vita sine ullis tribulationibus, aut calamitatibus.

אִילְפָּס *sartago:* מצה העשויה באילפס placenta facta in sartagine, לא בתנור non in fornace, Pes. 37 a. Legendum juxta hanc scriptionem cum Chirek ab initio, non cum Pathach, ut scribit Munsterus. Item *scutella, patina:* אלפסין עירניות vel חירניות *scutellae urbanae,* Betza 32 a. Commodiores scil. et honestiores, quales in urbibus usitatae sunt. א est addititium: vide לפס.

אלץ אוּלְצָן[152] *fames:* ולאולצן מדברא et in fame deserti, hebr. ולכפן Job. 5, 22. Emphat. מְפִיכֵי אוּלְצָנָא oppressos fame, Jobi 5, 11. וביומי אולצנא et in diebus famis saturabuntur, hebr. ובימי רעבון Ps. 37, 19. ולקיימותהון באולצנא et conservare eos in fame, hebr. ברעב Ps. 33, 19. בחוסרנא ובאולצנא in egestate et in fame. Job. 30, 3.

אַלְצְרִין *fructuum arboreorum species cum cortice duro, qui perfecto cortice decimantur:* Tal. Hier. Demai c. 1. Maaseroth c. 1.

אלק אַלְקְטִיּוֹת *domus aestivales, instar tuguriorum refrigerii et umbrae captandae causa.* Tectum fuit duntaxat quatuor columnis incumbens, aër ubique ut penetraret et superne umbra esset. Talm. Ohal. c. ult. Maaseroth c. 3. Est a קַיִץ *aestas,* quasi אלקיטות aestivalia.

אַלְקַפְטָא *dux, praefectus secundarius a rege, vicerex, prorex, vicecomes:* אנא פרעה מלכא ואנת אלקפתא ego Pharao sum rex, tu vero vicerex, Gen. 41, 44 in Jon. Pro Hebraeo משנה. Ap. Talm. מלכא ואלקפטא rex et prorex, Schevu. 6 b. אלקפתא נקטן dominus praefectus prehendit me manu, Zevach. 97 b. In Ar. scribitur ארקפטא. Citatur etiam ex Talmud Hier. Ber. c. 2 in Gemara, sed illic hodie legitur קדמי ארקבסא אי רוש גלותא. Sic in Schevuoth c. 1.

אלר אוּלָר *gladiolus, scalpellum, quo calamus scriptorius aptatur:* האולר והקולמוס scalpellum et calamus, Talm. Kelim c. 12. Sic scribitur cum ו: non ergo legendum אֵלָר, ut Munsterus notavit.

אלריא *oscitatio.* Sic scribitur in Ar., sed in Gemara legitur דלריא, de quo in דלר.

אוּלְרַיָּא *tiarae, cidares,* idem quod hebr. צניפות, Jes. 3, 23. In Talm. Hier. Schab. c. 6.

אילריא *hilaria, hilaritas:* עד שהמלך עסוק באילריא שלו dum rex occupatus est in hilariis suis; nempe festi et conviviorum gaudiis. Ar. adducit ex libro Pesikta. In Jalkut tamen, s. Pinchas, ubi illud Medr. affertur, sic non legitur. Sed in Medr. Schir c. 4, 4 legitur: עדר שעמדו על הר סיני לא היו עומדים באלירא qui steterunt in monte Sinai, non steterunt in hilaritate, אלא ביראה ורתת וזיע sed in timore et tremore. Glossa בשמחה וקלות ראש. A Graeco ἱλαρὸς, q. d. ἱλαρία.

אלש אֱלוּשׁ nom. propr. urbis, Joma 10 a. Inde forte desertum quoddam vocatum fuit מדבר אלוש. Vide Ber. rab. s. 48.

אֲלוּשִׁין *copiae, turmae hominum:* משדר ליה באלושי אבתריה misit turmam hominum post eum, Tal. Berach, f. 44 a. glossa אוכלוסי בני אדם.

---

151) Aut haec vox est = אלפתא abjecta litera ת a לפת *inclinavit,* arab. لفت inflexit, torsit; navis igitur ita vocata quia inflectitur, torquetur in vehendo (Eodem modo Kimchius hebr. אניה derivat ab אנה, cujus Piel est *obvenire*); aut cohaeret cum אלף assuescere, pah. assuefecit, instituit, instruxit; et ita dicta est, quia a nautis, inprimis a gubernatore *gubernatur* et quasi instituitur ad vehendum.

152) Haec vox derivata est ab hebr. אלץ anxit, cruciavit; itaque אולצן proprie est *necessitas, molestia,* tum *fames molesta.*

*) אליקי (Pesikta בא; seu אלעיקי Medr. Cant. in versu, qui incipit משכבי) ut Muss. suspicatur, est ἀλκή. Rectius alii habent pro compositione ἀ privativi et vocis ἀλλαγή, ut sit „sine permutatione, sine remuneratione."

אלתא Vide supra in אלה.

אלת לְאַלְתַּר[152a] *statim, illico, mox, confestim, subito,* Talm. לאכסני דנין לאלתר hospiti peregrino jus dicunt subito. Nam sumptuum causa diu in urbe morari nequit.

אַלְתִּית *piscis nomen,* apud Talm.

אם *si.* Apud Rabbinos in continuata sententia repetitum, valet *sive, tam, quam*: אם בגופו אם בנפשו sive in corpore sive in animo.

אמא אִמָּא Vide infra אמם.

אַמַּאי[153] Vide in מא.

אמאום[154] *Emmaus.* Nom. propr. loci, cujus frequens mentio in Talmud et Medraschim. In Medr. Kohel. c. 7, 6. Quinquaginta discipulos habuit R. Jochanan ben Saccaj. Quamdiu vivebat, sedebant semper coram eo. Cum vero moreretur, profecti sunt Jabhnem: R. Elieser autem filius Erech הלך אצל אשתו לאמאום מקום מים יפים ונוה יפה ivit ad uxorum ejus Emmauntem, locum aquarum amoenarum et habitationis jucundae etc. Aliquando scribitur cum ם in fine אמאום. Forte est is ipse locus, cujus mentio Lucae 24, 13.

אמב אַמְבוּהָא[155] *comitatus, qualis solet esse principum et hominum honoratorum,* Talm. כי הוה חזי אמבוהא בתריה cum videret comitatum hominum post ipsum, Joma 87 a.

אַמְבַטִי[156] *labrum, cupa balnei,* ein Badbütten. רוחץ עמו באמבטי גדולה Lavans cum illo in labro magno, Talm. Nedar. 41. Mikv. c. 6. אמבטי קטנה cupa parva: אמבטי מלאה מים cupa plena aquis: שמא עברה באמבטי forte concepit ipsa in cupa: אמבטיות של כרכין cupae urbium, urbanae, Schab. 40 a.

אַמְבּוֹל[157] *plectrum campanae, ropalum, baculus interior ferreus, campanam utrinque feriens,* Talm. **idem** quod עִנְבָּל, commutatis gutturalibus: כשעשה להן אמבולי quando facit illis (scil. זגין tintinabulis) ropala, **Schab.** c. 6 in Talm. Hieros.

אמבתייא.[158] Sic citat B. Ar. ex Vaj. rabb. s. 5, **sed in** nostris libris pro eo legitur אילנייא.

אַמְבַּרְיָא[159] *cella*: הוה תהי באמברא דחמרא fuit odorans sive gustans in cella vinaria, Tal. Keth. 105 a. vide et עבר.

אמג אַמְגוּזָא *nux, avellana,* idem quod hebr. אֱגוֹז. Item *particula, quantitas nucis, quantum est nux,* Talm. מקרקשא ליה אמגוזא בלקנא pulsabat ipsi filia Raf Chasdae cum nuce in lagena, Ber. 62 a. עבידא כי אמגוזא facta erat (rotunda) ut nux, Megil. 24 b. אמגוזא דגלבניתא דובשניתא nux galbani melliti, i. e. quantitas nucis, Git. f. 69 a.

אַמְגוּשָׁא Vide מגש.

אמד אֲמַד[160] *metiri, dimetiri, mensurare: aestimare, conjectare, pretium vel mensuram alicujus rei secundum aequum et bonum dijudicare,* ut hebr שָׁעַר sumitur Prov. 23, 7. Talmudicis et Rabbinis usitatissimum est, quando res aliqua non habet definitum pretium, mensuram aut numerum. שוקלים ואומדים ponderant et mensurant. Istud dicitur de rebus quae pondus habent: illud de mensura in longum. אָמְדִינַן aestimamus, dijudicamus. בדיני ממונות אמדינן judicia pecuniaria aestimamus, ולא בדיני נפשות non autem judicia animae sive criminalia, Sanh. 37 b. לעולם אומדין דעת הנותן semper aestimant animum dantis, non munus ipsum.

אָמִיד *aestimabilis, reputabilis, magnae existimationis.*

אוּמֶד *aestimatio, conjectatio, conjectura*: באומד או

152a) אל אתר in hoc loco i. e. statim, germ. auf der Stelle. In Talm. hier. Gitt. c. III. apperte pro eo legitur על אתר.

153) אמאי = על מאי, v. annot. nost. ad litt. א.

154) Nota in Mishna (Erach. 2, cf. 4) reperiri עימאום, quod etiam Talm. Bab. Erach. 10, 1 legitur. Mirum est, hoc nomen propr. ita scribi in Talmud. Constat enim Josephum aliosque Hellenistas gr. dicere Ἀμμαοῦς v. Ἐμμαοῦς, vel etiam, ut jam Buxt. supra notat Ἐμμαοῦμ (cf. 1. Macc. 3, 40) pro hebr. חַמַּת, quo nomine significatur locus aquis iisque calidis insignis cf. gr. Θερμαί. Talis locus Jos. 19, 35 memoratur haud procul ab eo loco, ubi posteriore tempore Tiberias sita erat. Ex Josepho (cf. arch. 18, 3. 3. vit. 12) discimus quatuor stadia remotum fuisse a Tiberiade. Cf. etiam Robins. Palaest. II, 623. III, 240 saep. Praeterea autem dua loca hoc nomine dicuntur: 1. Ἀμμαοῦς haud procul ab Hierosolymis (sc. 60 stad. = $1^1/_4$ mill. germ.), v. Jos. b. Jud. 7, 6, 6; nunc el-Kubeibeh vocatur; v. Pococke „Morgenl." II, 72. Robins. Palaest. II, 581 sqq. saep. — 2. Haec in N. T. memoratur. Ἐμμαοῦς s. Ἐμμαοῦμ in planitie Judaeae inter Beth-horon et Lyddam sita, XXII. millia passuum ab Hierosolymis remota. De hujus urbis situ, historia, magnitudine v. 1. Macc. 3, 40. 57; 9, 50. Jos. arch. 14, 2. 11; 17, 6. 7. 10 Jud. 2, 3. 5, Ptol. 5, 16. Sozomen. hist. tripart. 7, 20. Guil. Tyr. 7, 24. Robins. II, 348 sqq. 623 sqq. III, 225 sqq. saepius. Haec urbs est, quae Medr. Koh. 101, 2 memoratur, quod jam inde apparet, quod cum *Jamnia* simul memoratur. Etiam hanc urbem aquis suis insignem fuisse sequitur jam ex historia a Buxt. narrata, confirmatur etiam a Sozomen. Guil. Tyr., Robins. locis laudatis.

155) Recte, ut videtur, respexeris latin. *ambio, ambitus,* nisi cohaerere putas cum gr. ἀμφί.

156) Conferendum est gr. ἐμβάτης, ut jam Castell. recte monuit, vel potius ἔμβασις, quae vox et ipsa cupam balnei significat.

*) אמבטוס „onager, quasi, ἄβατος, *sessoris expers*; scribitur etiam אבחטוס et אבהונוס." Cast. Vide annot. nostr. ad אבחטוס.

157) Videtur esse ἔμβολον (v. Cast.). Si Buxt. putat hanc vocem eandem esse quam עִנְבָּל, quam referre videtur ad arab. عنبل (lignum, quo contunditur pistillo) errare videtur. Cf. annot. ad ענבל.

158) Ar. explicat per: ἄμβων, umbo, cacumen.

159) Ad hanc vocem Menachem di Lonsano memorat, tantum de granario s. cella penaria adhiberi.

160) Hoc verbum idem est quod מדד, ubi v.

*) אמברא *umbra.* V. annota nost. ad אוורי.

במחשבה per aestimationem aut per cogitationem: כפי אומד דעתם juxta aestimationem judicii ipsorum, prout ipsi aestimant, existimant vel conjiciunt. אַל תַּרְבֶּה לְעַשֵּׂר אוֹמָדוֹת ne multiplices dare decimas per conjecturas, dictum Gamalielis in Pirke avos c. 1. Ne dato saepius decimas ex conjectura, vel minus dando, vel plus. Si minus dederis, avarus judicaberis et peccabis: plus dando, vel prodigus habeberis et poteris aliquando egere, vel ficte pius etc. לא יהא אדם דן אומדות nunquam judicabit homo ex conjecturis: מאומד ומשמיעה ex conjectura vel ex auditu.

אוּמְדָּנָא *existimatio*: בעלי אומדנא viri magnae existimationis et gravitatis: ואזלינן בתר אומדנא imus post existimationem, conjecturam et opinionem meliorem, Bava bas. 146 b.

אַמְדְּלָא *scala*. Sic adducit Munsterus. In Ar. legitur דרגא דאמדלא, ubi דרגא significat *scalam*. Altera autem vox hodie aliter in Gemara legitur, de qua vide in דלה.

אמה אַמְּא *ancilla*, hebr. אמה. Litera ultima ה quandoque se habet ut radicalis, maxime in numero plurali, ideoque in hoc ordine ponitur; quandoque et saepius, ut servilis feminina. Ponitur quoque pro hebraeo שִׁפְחָה. Forma absoluta rara est: לא יסב גבר מבני ישראל אתתא אמא non ducet quisquam Israëlitarum uxorem ancillam, Deut. 23, 17 al. 18. Emphat. תָּרֵךְ אַמְתָא הָדָא ejice ancillam hanc et filium ejus: non enim haeres erit בַּר אַמְתָא הָדָא filius ancillae hujus cum filio meo Isaac. Gen. 21, 10. או אמתא כנעניתא aut ancillam Cananaeam, Ex. 21, 32 in Jonath. In pausa sive membro sententiae majori dicitur אַמְהוּ, litera ה manente et terminatione Schurek, ut fit et in אַבְתּוּ: ut לְלֵאָה בְרַתֵּיהּ לְאַמְהוּ Leae filiae suae in ancillam, Gen. 29, 24. ית ברתיה לאמהו filiam suam in ancillam, Exod. 21, 7. Constr. אַמְתָא דְשָׂרַי ancilla Sarae, Gen. 16, 8. Aff. עוּל כְּעַן לְוַת אַמְתִי ingredere nunc ad ancillam meam, Gen. 16, 2. ופרוק לבר אמתך et redime filium ancillae tuae, Ps. 86, 16. זלפה אמתיה Silpa ancilla ejus, Gen. 29, 24. ית הגר מצריתא אמתה Hagaram Aegyptiam ancillam suam, Gen. 16, 3. In Jobo legitur et cum ה manente ante Affixum: דין עבדי ואמהתי judicium servi mei vel ancillae meae, Job. 31, 13. Plur. ועבדין ואמהן et servi et ancillae, Gen. 12, 16. Constr. לְעֵינֵי אַמְהָת עַבְדוֹהִי in oculis ancillarum servorum ejus, 2. Sam. 6, 20. Emph. וְעִם אַמְהָתָא et cum ancillis istis, 2. Sam. 6, 22. וְאַמְהָתֵיהּ et ancillas suas, Gen. 20, 17. מן אמהתך ex ancillis tuis, Ruth. 2, 13. וית אמהתכון et ancillas vestras 1. Sam. 8, 16.

אֻמָּה, אַמָּה Vide mox אמם.

אמט אַמִּיטְתָא *caligo, obscuritas*: hebr. ערפל: ut ועגן עננא אמיטתא et nubes caliginis, 1. Reg. 8, 10. ואמיטתא cum nube et caligine, Deut. 4, 11. Joël 2, 2. ענני יקרא ואמיטתא nubes gloriae et caliginis, Ps. 97, 2. מאחד באמיטתא prehendit caliginem, quae venit a solio suo, Job. 26, 9. Prave in Venetis legitur במיטתא exclusa litera Aleph.[160a]

אַמְטוּל Vide in מטל.

אמל Plurale אַמְלִין[161] *chlamydes, togae honoratiores:* באמלין דזהוריתא cum chlamydibus coccineis, hebr. וּבִגְנָזֵי Ez. 27, 24. R. David scribit, se non invenisse fratrem vel socium hujus vocis.

אומולוגים Videtur esse graec. ὁμολογία, *consensus: pactum, pactio, literae pactionis, contractus*, Talm. Hier. M. katon c. 3. אומולגיאה Talm. hier. Keth. c. 9.

אַמַלְתְּרָא Vide infra in מלת.

אמם אמום[162] *mustricola, forma lignea calcei*: מנעל שעל גבי האימום calceus qui est super forma, Schab. f. 14 a. שומטין הנעל מעל גבי אימום detrahunt calceum de forma. Dicitur et de aliis aliarum rerum formis: אמום של גודלי מצנפות forma aptantium pileos: אמום של עושי כסותות forma parantium vestes: אמום של עושי טבעות forma conficientium annulos, Kelim c. 16.

אוּמָם *obscuratum*, pro עוּמָם per commutationem gutturalium, גחלים אוממות prunae obscuratae, i. e. extinctae, Berach. 53 a.

אֵם אִמָּא *mater: bivium, diversarum viarum mater: metropolis*: על אם פרשות אורח super matre et divisione viae, i. e. in bivio, Ez. 21, 21. אם videtur redundare: אמא דכל בני אנשא mater omnium hominum, Gen. 3, 20. בעובדי אמא כן ברתא juxta opera matris est filia, qualis mater, talis filia, Ez. 16, 44. לית לה אבא ואמא non est ei pater, neque mater, Esth. 2, 7. כרך רב ואמא בישראל urbs magna et mater in Israël, i. e. *metropolis*, 2. Sam. 20, 19. לאמא דמלכא matri regis, 1. Reg. 2, 19. לא בת אמי non est filia matris meae, Gen. 20, 12. בני אמך filii matris tuae, Gen. 27, 29. אבוך וית אמך patrem tuum et matrem tuam, Jos. 2, 18 etc. Plurale ex forma masculina וְאִמֵּיהוֹן סָפְדָן matres ipsorum plangunt. Thr. 4, 3. Forma fem. אִמְהָן unde cum pron. וְעַל אִמְּהָתְהוֹן et de matribus ipsorum, Jer. 16, 3. Ap. Rab. etiam est *matrix*: ut ניטלה האם ablata, excisa est matrix ipsorum, Chol. 55. Plur. אמות et אמהות: unde האמהות של בצלים matres ceparum, i. e. majores, quae ponuntur ad semen proferendum. Hae etiam decimari solebant, Peah c. 3. אמות הקריאה matres lectionis. Sic appellantur a Grammaticis tres literae אוי, quia vocalium locum subeunt, quando sine punctis scribuntur hebraea.

אֻמָּה אוּמָּא *natio, populus, ab una quasi matre descendens:* כל עם אמה ולשן omnis populus, natio et lingua, Dan. 3, 28. ריש אומא דמואב caput populi Moab. Num. 25, 15 in Jon. Plur. אֻמַּיָּא וְלִשָּׁנַיָּא nationes et linguae, Dan. 3, 4. ושאר אמיא et reliquae nationes, Esr. 4, 10. שבחו ליה כל אומיא laudate eum omnes nationes, Ps. 117, 1. ורישי אומין et capita nationum sive famili-

160a) Syr. ܥܡܛܢܘܬܐ *obscuritas* a verbo ܥܡܛ caliginosus fuit, cui arab. عمط reprehendendo dignitatem deminuit (q. splendorem dignitatis obscuravit) atque inusit. radix עלט vocis עלטא (commutatis ל et מ) respondent.

*) אמיינטן Amiantus, lapis quidam, ut videtur asbestus.

161) Cf. syr. ܐܡܠܐ tapetum, toga; videtur ortum esse ex gr. ἔμμαλλον, lanosus, lanuginosus.

162) arab. أم quod in quavis re praecipuum est et principale, item causa, unde quid dependet, aut id, quo quid continetur.

arum, Gen. 25, 3 in Targ. hier. et Jonath. ריש אומי בית אבא caput nationum domus paternae, Num. 25, 15. רברבין לאומיהון principes per familias suas, Gen. 25, 16, ubi Jonath. ex forma feminina habet לְאוּמָּתְהוֹן.

אַמְּתָא, אַמָּה *cubitus, mensura cubitalis:* דהיא אמא ופשך nempe cubitus et palmus, Ez. 40, 5. אמתא ופלגות אמתא cubitus et dimidius cubitus, i. e. *sesquicubitale*, 1. Reg. 7, 31. אמתא אורכיה ואמתא פותיה cubitus erit longitudo ejus, et cubitus latititudo ejus, Ex. 30, 2. באמת מלך cubito regis, i. e. majori, Deut. 3, 11. Plur. שית אמין באמיא sex cubitorum in cubitis vulgaribus. Ez. 40, 5. תרתין אמין duo cubiti, hebr. אמתים Gen. 25, 10. Apud Rabb. אמת הבנין cubitus aedificii, i. e. *virga mensoria decempeda*, ein Maaßstab, Schab. 31a. Philippus Aquinas scribit in Lexico, in voce תבקין, ex libro Jephe toar: tres אמות i. e. cubiti fuerunt in sanctuario: primus fuit quinqué palmarum: secundus sex: tertius decem. Ille qui sex continet, vocatur בינוני medius.

אַמָּה *membrum quo vir dicitur:* Item, *digitus medius in manu*; יד לעין תיקצץ qui (mane ante lotionem) manum admovet oculo, auri etc. abscindatur, Schab. f. 108b. כל אוחז באמה ומשתין כאלו מביא מבול לעולם qui prehendit membrum virile manu et mingit, perinde est ac si induceret diluvium in mundum, Nidda 13a. ר' טרפון אומר יד לאמה תקצץ ידו על טבורו dixit R. Tarphon: qui manum ad membrum (virile scil.) adhibet, abscindatur manus ejus ad umbilicum ejus: dixit quidam: „quid si spina infixa sit ventri ejus, annon tollet eam?" Respondetur, „non." Instat alter: „at venter ipsius finditur;" respondetur; מוטב תבקע כריסו ואל ירד לבאר שחת satius est, ut findatur venter ejus, quam ut descendat in puteum corruptionis, Nidda 13b. Praeceptum, quo voluerunt absterrere a non necessaria contrectatione istius membri, ne libidinis causa detur. Simile plane est, quod Christus Matth. 5, 29 et 30 dicit, de oculo et manu offendente: *Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπό σου; συμφέρει γάρ σοὶ ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτήν, καὶ βάλε ἀπό σου. συμφέρει γάρ σοι* etc. חמטיל טפין עבות מתוך האמה טמא projiciens (mingens) guttas crassas ex membro, pollutus habetur Mikv. c. 8 פי האמה os membri, Nid. 22a.

אַמָּה *fossa ad recipiendas aquas, unde rivi fiunt ad agros irrigandos*, sic dicta, quod sit עמוקה אמה profunda cubitum, ורחבה אמה et lata cubitum, scribit R. Salom. in B. kama 50b. אמה בבית השלחים אני מוכר לך fossam in agro siticuloso ego vendo tibi: אמה בית הקילן fossam canalium ego do tibi, B. bas 99b. Sic est in textu; in glossa אמת, quomodo communiter usurpatur cum alio nomine substantivo; בהמה שנפלה לאמת המים bestia quae cecidit in fossam aquarum, Schab. 128b. Dicitur et de *molis*; שקלינהו באמתא דריחיא accipe eas in arca molarum, i e. molinaria, Berach. 18b. glossa: tota structura sedis molarum, i. e. basis lapidum molarium, vocatur אמת הריחיים. Alibi: למבני אמת ריחיא ad construendum basin lapidum molarium, M. caton 10b, Glossa: Lignum super quo lapides molares positi sunt. sic vocatur.

אמן Hinc verbum in Aphel הֵימִין pro הֶאֱמִין *credere, fidere.* Literae quiescentes inter se permutabiles sunt. Jod saepe in scriptura omittitur. Praet. אֲרֵי לָא הֵימִין לְהוֹן non enim credebat eis, Gen. 45, 26. והימין במימרא דיי et credidit verbo domini, Gen. 15, 6. ולא הימנית לפתגמיא et non credidi verbis istis, 1. Reg. 10, 7 דלא הימינו qui non crediderunt verbo domini dei sui, 2. Reg. 17, 14. חלף דלא הימנתון במימרי eo quod non credidistis verbo meo, Num. 20, 12. Part. לֵיתְכוֹן מְהֵימְנִין vos non creditis verbo domini dei vestri, Deut. 1, 32. Futur. לָא אֵימִין non credam, Job. 9, 16, contr. pro אֲאָמִין. Sic et in aliis personis quandoque: בעבדוי נביאיא לא יימין servis suis prophetis non credet, Job. 4, 18. Et plene בקדישי עלאי לא יהמין sanctis excelsis non credet, Job. 15, 15. לא יהימין בחיוי non credet in vita sua, Job. 15, 22. אם לא תהימנון si non credideritis verbis prophetarum, Jes. 7, 9. הא לא יהימנון לי sed ecce non credent mihi, Ex. 4, 1. Ithp. Futur. וְיִתְהֵימְנוּן פִּתְגָמֵיכוֹן et credentur verba vestra, vera habebuntur, confirmabuntur, Gen. 42, 20. Ap. Rabb. אל תאמן בעצמך עד יום מותך ne confidas tibi-ipsi usque ad diem mortis tuae, dictum Hillelis in Pirke avoth c. 2. Item: אל תאמן עצמך בשלות גופך ne confidas in incolumitate corporis tui: כמה שכבו על משכבן ולא קמו כמה שכבו על מטותם שמחים וטובי לב וקמו בחלאים רעים כמה שכבו על מטותם בריאים והקיצו במכאובים רעים quot enim contulerunt se in lectum, qui non surrexerunt? quot cubitum iverunt sani, et surrexerunt aegri? In Orchoth chajim.

אָמֵן *verificare, vere praestare et exhibere.* Inde in R. Salomone, אלהי אמן Jes. 65, 16, i. e. אלהי אמת deum veritatis, שאימן ושמר הבטחתו qui verificat et servat promissionem suam.

אמן *amen* Vox vulgo nota, Hebraeis, Chaldaeis, Syris, aliisque plurimis linguis usitata. Hebraice bis reperitur ut substantivum, *veritas, fides*: יתברך באלהי אמן benedicat sibi per deum veritatis, vel fidei; ישבע באלהי אמן juret in deo vel per deum veritatis, Jes. 65, 16. i. e. באלהי אמת per deum veritatis, h. e. verum, qui vere et fide servat promissiones suas. Hinc transit in vocem credentis, asseverantis, assentientis, confirmantis, quod dictum est, sive bonum illud sit sive malum. Sic mulier ob adulterium suspecta, confirmabat maledictionem praecedentem per repetitam vocem, אמן אמן, vere, vere fiat ac ratum esto, quod dictum est, Num. 5, 22. Sic Deut. 27 ad omnes maledictiones respondere debebat populus, אמן amen. Sic ecclesia Esrae benedicenti respondebat amen, amen, Nehem. 8, 7. Duplicatio vocis duplicabat affectum animi, majoris certitudinis causa. Jeremias optime interpretatus est, inquiens: Et dixit Jeremias propheta: אמן כן יעשה יי' amen, sic faciat dominus; chald. אמן כן יהא רעוא מן קדם יי' amen, sic sit voluntas domini, Jer. 28, 6. Solita sic fuit ecclesia ad benedictiones sacerdotis, vel maledictiones respondere amen: qui mos in primitiva ecclesia Apostolorum quoque adhuc videtur fuisse usitatus, ex 1 ad Cor. 14, 16. *Ἐπεὶ, ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ*

ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ? etc. In Talm. hier. Taan. c. 2, f. 65 d. תני לא היו עונין אמן בבית המקדש traditio est: non respondebant amen in domo sanctuarii. Quid igitur dicebant? ברוך כבוד מלכותו לעולם ועד benedictus sit deus gloriae, regnum ejus in saeculum et sempiternum. Unde autem habemus, quod non responderint amen in sanctuario? ת"ל ex eo quod dictum est: Benedicite domino deo vestro a saeculo usque in saeculum Nehem. 9, 5 etc. Alibi: In domo sanctuarii non respondebant amen; quia pronunciabant nomen dei secundum scripturam suam etc. Porro multa Hebraei scribunt de necessitate et virtute hujus responsi. Scriptum est: אמונים נוצר י' Ps. 31, 24. אמונים illi sunt שאומרים אמן באמונה qui dicunt amen cum vera fide: Jalkut in hunc Psalm: Medraschim Tillim hic: liber Musar cap. 4, 42. Ibidem: כל העונה אמן בכל כחו פותחין לו שערי גן עדן quicunque dicit amen omnibus viribus suis, ei aperiuntur portae paradisi, sicut dictum est: et ingredietur gens justa שומר אמונים, Jes. 26, 2. i. e. qui dicunt אמן amen; „omnibus viribus suis;" i. e. omni intentione et devotione. Item, גדול העונה אמן יותר מן המברך major est respondens amen, quam qui benedicit sive orat. Triplex autem amen Hebraei constituerunt, de quo haec leguntur ap. Talm.: אין עונין לא אמן חטופה ולא אמן קטופה ולא אמן יתומה non respondent amen acceleratum, neque amen amputatum, neque amen pupillare sive orbum: Ber. 47 a. Amen acceleratum est, quod accelerate et festinanter effertur, quasi cum א brevissimo et accentu in ultima, veluti אֲמֵן, vel quod ante absolutam orationem praemature respondetur. Amen amputatum dicitur, a quo ultima litera Nun in pronunciatione quasi succisa et amputata est, ac si diceretur ame. Amen pupillare vocatur, quod praecedente benedictione, ceu *patre* caret, quando scil. quis inconsiderate et animo aberrante respondet amen, non ad praeviam sacerdotis benedictionem vel orationem, sed ad murmura populi. Haec diversa amen fructu et effectu carent, immo poenam secum trahunt neglectae attentionis et bonae intentionis sive zeli. Id veteres Hebraei in loco praedicto indicarunt hisce verbis: כל העונה אמן יתומה יהיו לו בנים יתומים חטופה יתחטפו ימיו קטופה יתקטפו ימיו כל המאריך באמן יאריכן לו ימיו ושנותיו i. e. quicunque respondet amen pupillare, ejus liberi erunt pupilli: acceleratum, accelerabuntur vel celeriter transibunt dies ejus: qui vero prolongat sive diu moratur in pronunciatione amen, prolongabuntur dies ejus et anni ejus. In Templis majoribus, ut Hierosolymis et Alexandriae, ubi populus sacerdotem aegre audiebat, minister ecclesiae publicus, moto linteo dabat signum, quando respondendum esset amen. Non nimium tamen morari debebat populus in productione amen: id enim pro superstitioso errore reputatum fuit. Unde illud: כל העונה אמן יותר מדאי אינו אלא טועה quicunque respondet amen magis quam satis est, id nil nisi error est. Ber. 57 a. Vide plura in libro Musar f. 42 edit. Cracovianae.

אֱמֶת[163] *veritas:* ap. Talm.: מהו חותמו של הקב"ה רבי ביבי בשם ר' ראובן אמת מהו אמת א"ר בון שהוא אלהים חיים ומלך עולם אמר ריש לקיש אל"ף רישיה דאלפא ביתא: מ"ם באמצעיתיה: תיו בסופה. לומר אני ה' ראשון שלא קבלתי מאחר ומבלעדי אין אלהים שאין לי שותף. ואת אחרונים אני הוא שאיני עתיד למוסרה לאחר h. e.: Quodnam est sigillum dei benedicti? R. Bibhaj nomine R. Rubenis dixit אמת veritas. Quid est אמת? dixit R. Bon, est ipse Deus vivus, et Rex saeculi. Resch Lakisch dixit: א est prima alphabethi litera: מ est media: ת est ultima, quasi diceret: ego sum primus, qui non accepi ab alio: et praeter me non est deus (nullum enim agnosco socium): et ego quoque sum ultimus, qui non traditurus sum id alteri, Talm. hier. Sanh. c. 1. De hoc sigillo dei multa scribunt quoque Cabalistae. Aliter ap. Rabb.: אמת יש לו רגלים שקר כל אות אחרא כרעא קאי veritas habet pedes (duos): sed mendacii quaevis litera super uno pede stat (unde consistere nequit.) Sic dicunt etiam, שקר אין לו רגלים mendacium non habet pedes. Lügen mag nicht bestehen: et אמת מלבן לבינה. Vide Talm. Schab. 104 a. Vocis שקר literae singulae unum tantum pedem habent, cui insistunt: sed vocis אמת literae duobus pedibus insistunt et basin quasi firmam habent instar pavimenti lateritii: Hinc proverbiales illas exstruxerunt sententias. Aliud: לקבל האמת ממי שאמרו accipienda est veritas a quovis qui eam dicit. Vide in Meor enajim 30 b.

נִתְאַמֵּת, הִתְאַמֵּת *verificari, stabiliri, confirmari:* וזה יתאמת ממש יתאמת לך הדבר verificabitur tibi res ista. idque verificabitur simpliciter: כשנתאמת אליו quando verificatum fuit ipsi: ולא יתאמת מקומו et non verificatur, vere scitur locus ejus.

מְאַמְּתִים *veritatis asseriores, orthodoxi,* in More saepe.

אֲמוּת *verificatio, assertio:* אמות הדבר verificatio, assertio rei.

אֲמִתָּה, אֲמִתּוּת *verificatio, veritas,* Rab. לפי אמתת מציאותו propter veritatem existentiae ejus.

אֲמִתִּי *verus, fidus:* דברים אמתיים verba vera. Fem. פילוסופיא האמתית philosophia vera.

אֱמוּנָה *fides, religio, qua quis deum colit, complectitur et reveretur:* אמונה שלימה fides plena et perfecta: אני מאמין באמונה שלימה ego credo fide perfecta. Plur. אמונות res creditae, quae creduntur, articuli, principia fidei.

אֲמָנָה *idem.* Sed magis est *fides in contractibus;* unde מחוסר אמנה carens fide, est qui promissa aut fidem datam in contractibus non servat; veluti מי שאומר לחבירו ליתן לו מתנה ולא נתן לו הרי זה ממחוסרי אמנה qui promittit socio vel amico suo munus aliquod et non dat ipsi, iste est ex carentibus fide: Schulchan Aruch in Chosen hammischpat num. 204, s. 8. קטני אמנה parvi fide, ὀλιγόπιστοι vide in קטן. Est liber quidam a Judaeo-Christiano conscriptus, qui vocatur ספר אמנה liber fidei, continens defensionem fidei Christianae et refutationem fidei Judaicae. Est et alius liber ראש אמנה caput fidei continens שרשי התורה וראשי האמנה radices sive fundamenta

[163]) Ortum ex אמנת, quare hoc loco memoratur.

legis et capita fidei Judaicae, autore Don Isaac Abarbinele.

אֲמָנָה *fides in contractibus, literae fidei, literae debiti, chirographum, quo debitum ratum habetur et securum redditur vel confirmatur*: באמנה *fide, credito*, auf Borg oder Credit: מוכר חפץ לחבירו באמנה vendens pretiosum aliquid amico suo fide vel credito: אנחנו כורתים אמנה וכותבים nos inivimus contractum fidei et scripto comprehendimus: שטר אמנה contractus sive literae fidei aut crediti: מכר באמנה ואשראי vendidit credito et ratificatione, auf Borg und Versicherung, non pro numerata pecunia.

אֲמָנָה[164] *Amana, nomen fluvii*: אמנה ופרפר נהרי דמשק Amana et Parpar, fluvii Damasci, II. Reg. 5, 12. Pro hoc in textu hebraeo legitur אבנה, sed in margine legendum traditur אמנה, ut est in Targ. R. David scribit utroque nomine fuisse appellatum, pro diversitate tractus. דיתבין על נהר אמנה qui habitant ad fluvium Amana, Cant. 4, 8. hebr. מראש אמנה. Utrumque Targum contra eos est, qui Amana montem fuisse scribunt, inter quos est Plinius lib. 5. c. 22.

אוּמָנִיס אוּמָנוֹס *Umanus, montis nomen, qui hebr. dicitur* הר *Hor, in quo mortuus est Aharon frater Mosis*: היכמא דשכב אהרן אחוך בטוורוס אומנוס sicut decubuit Aharon frater tuus in monte Umanos, hebr. בהר ההר Deut. 32, 50 in Jonath.: מִטַּוְרוֹס אוּמָנִיס de monte Umanos, hebr. מהר ההר Num. 34, 8 in Jonath., ubi in Targ. hier. legitur מָנוֹס. Communiter scribitur et vocatur אומנוס. Sic et alias pluries, ut Num. 34 saepius, B. Ar. in טר secundo legit יסמנים. Citat idem alium locum ex Gitt. 8a. טורי יסמנים, sed in nostris exemplaribus legitur טורי אמנן et ibi in glos. locus Targum ex Num. 34 quoque citatur per נ in fine אמנן.

אוּמָנָא *latus, angulus*: לא תסיפון אומנא חדא non absolvetis metere, i. e. non prorsus demetetis angulum unum, hebr. פאת, Lev. 19, 9 in Jonath. Sic Lev. 23, 22. ואומנא דדקנהון et latus barbae ipsorum, hebr. ופאת זקנם Lev. 21, 5 in Jonath.

אומן[164a] *linea, series, ordo, qualis esse solet in agris et vineis, vel demetendo segetem, vel plantando vites*, Talm. ונותנין פאה מכל אומן ואומן et relinquunt angulum in unaquaque serie, Pea c. 4 gloss.. מכל שורה ושורה ab unaquaque linea: פועלין אוכלין בהליכתן מאומן לאומן operatores comedunt quandocunque eunt de una linea ad alteram, Metzia f. 91 b. Vindemiatores seriatim legunt uvas: quotiescunque unam seriem vel lineam, i. e. שורה, absolverunt, licitum est ipsis comedere de uvis: פועלין אוכלין בראשי אומניות שלהם vindemiatores comedunt in capitibus novorum ordinum, B. metz. 89 b. In novis ordinibus vel extremitatibus uvae sunt meliores et magis sole coctae et maturatae. Capita linearum sunt latus, angulus, qui ante sic ex Targ. hier. dictus אומנא. Munsterus ponit אומא *ordo, linea*. Existimavit literam Nun esse ex plurali forma.

אָמוֹן hebraea vox est, quam Aruch dicit in Ber. rabba quadrupliciter explicari: primo אמון פדגוג *amon* idem est quod *paedagogus, nutritius*: ut ibi וָאֶהְיֶה אֶצְלוֹ אָמוֹן et fui apud ipsum amon, Prov. 8, 30. Secundo אמון מוצנע amon idem est quod מוצנע *verecundus*. Hoc dicunt de Amon Manassis filio, 2. Reg. 21, 19. Amon praefecto urbis, 1, Reg. 22, 26. Tertio אמון מכוסה amon idem quod *tectus, latens*: ut ואת יתר האמון reliquum multitudinis obscurae populi, Jer. 52, 15. Quarto אמון רבתי amon idem quod *magnum*: ut מנא אמון quod Targ. reddit מאלכסנדריא רבתא prae Alexandria magna, Nah. 3, 8. Sic pro נא etiam est Alexandria, Jer. 26 25.

אוּמָן *artifex, opifex, sic dictus, quod in sua arte debet esse fidus*[165]: עובד אומן opere artificis, hebr. חושב *excogitatoris*, Exod. 28, 6. אומן בעובדא דנחשא artifex in opere aeris, hebr. חרש, 1. Reg. 7, 14. עבידת נגר ואומן opus fabri et artificis, hebr. וחרש Ex. 35, 35. ואומן עביד זין et artifex factor armorum, 1. Sam. 13, 19. כאכרא דאומן למידש sicut agricola qui artifex est ad triturandum, Jes. 21, 10. Plur. עוֹבַד אוּמָנִין כֻּלְּהוֹן opus artificum omnia sunt, Hos. 13, 2. דאומנין למיקץ עאין qui artifices sunt ad caedendum ligna, hebr. וְחָרָשֵׁי עֵץ 1. Sam. 5, 12. דאומנין לאגחא קרבא qui artifices sunt ad gerendum bella, committenda praelia, Jes. 21, 10. Emph. כָּל אוּמָנַיָּא וְתָרְעַיָּא omnes artifices et janitores, 2. Reg. 24, 14. Et ex forma feminina אוּמָנָן וּלְאַלָּפָא et ad docendum artifices ad operandum in auro et in argento, Ex. 35, 32. בְּכָל עֲבִידַת אוּמַנְוָן in omni opere artificum Ex. 35, 33, in Jonath. Sed haec possint ad sequens substantivum abstractum referri. Apud Rabb. שב שני הוה כפנא ואבבא דאומנא לא חליף septem annis si sit fames, ad ostium artificis non pertingit; i. e. non sentit eam artifex sedulus et industrius; quia arte et industria sua semper aliquid acquirit, unde famem pellat et se suosque sustentet, Sanh. 29 a. In gloss. dicitur esse משל הדיוט proverbium vulgare. Citatur a R. Levi ben Gerson ad Prov. 22, 29. „Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, non stabit coram obscuris“: sed pro שב שני dicit ille, שית שנין sex annis etc. Adducitur quoque a Drusio in adagiis Hebraicis p. 104. sed mutile, truncatis primis

---

164) Cant. 4, 8 ראש אמנה de monte accipiendum esse liquet, cf. etiam R. Salom. ad hunc locum ita disserentem: Amanah est mons in terra Israelitica aquilonari, qui lingua talmudica nuncupatur טורי אמנין. Idem est cum monte Hor. (Lightf. hor. talm. 120). V. etiam Sheviith 36 d. Callah 60 a. Vides igitur etiam אמנה ut אומנוס, quae vox in B. Ar. sequitur promiscue de monte adhibitum esse. Si vero B. dicit: Hor, in quo mortuus est Aharon, eum fugit, duo montes Hor esse, alterum in Idumea, ubi סלע s. Petra sita est. Hic Aharon mortuus est, unde etiamnunc Djebel Nebi Harun, mons prophetae Aharonis vocatur, cf. potiss. Robins. Palaest. III, 43 sqq. Alter est mons Libanonis, Num. 34, 7. 8. Uterque אמנה s. אומנוס appellatur.

164a) Fortasse gr· ὄγμος linea recta scribitur etiam cum ו (אומן) ut est in Nadar. 41 b.

165) Sine dubio cohaeret haec vox cum rad. ימן et significat *hominem dextrum*. h. e. opificii peritissimum. Eodem modo Syri artificem vocant ܐܘܡܢܐ. Huc referendae etiam voces אומנות, אומן.

duabus vocibus שב שני; quae verba, ait, quid sibi velint nescio. Sed facilis est sensus illorum: שַׁב per apocopam Talmudicis familiarissimam pro שְׁבַע septem, שְׁנֵי pro שנין annis. Sensus quoque totius paroemiae satis perspicuus, congruens cum illo Germanorum ein Handwerk hat einen goldenen Boden. Alibi: מורייס אומן מותר muria artificis (Christiani) licita est, Av. sara 34 b. Deinde etiam apud Rabbinos per Synecdochen est *venaesector*, aut, si de circumcisione sermo sit, *circumcisor, magister circumcisionis*, B. basra 21 b. אומנא דלא מייץ סכנה הוא circumcisor quando non exsugit sanguinem (abscissi praeputii), id periculosum est, Schab. 133 b קרנא דאומנא cornu, i e. cucurbitula venaesectoris, balneatoris, qui scarificare solet, Makkos 16 b. Venaesectorem vulgo vocant מקיז דם. Cucurbitula Latinis a cucurbita dicitur, quod ex cucurbitae ortice fieret: Babyloniis קרנא, quod corneae tunc ibi essent, et ut hodie adhuc in quibusdam locis. Sic Germanis Schröpfhorn, cornu scarificationis. Postea etiam aeneis usi sunt, et ultimo vitreis, quae potissimum adhuc cum aeneis sunt in usu.

אוּמָנוּת *ars manuaria, artificium, opificium*. Targ. ובאומנות אבן טבא et in artificio lapidis pretiosi, hebr. ובחרשת, Exod. 31, 5 et 35, 33 כל אומנא סני בר אומנותיה omnis artifex odit filium, i. e. discipulum artificii sui, Gen. 3, 4 in Jonath. Proverbiale est, ut illud, „figulus figulo invidet.“ Hoc in Ber. rab. s. 19 ita exprimitur, כל אינש סני בר אומנותיה: hebr. כל איש שונא בן אומנותו. Plur. לְאַלָּפָא אוּמָנְוָן ad docendum artificia (operandi in auro et argento), hebr. לחשב מחשבות ad excogitandum cogitationes, i. e. res artificiosas, Exod. 31, 4 et 35, 32. Quidam interpretantur, *artificum*. Emph. וּלְמַלָּף אוּמָנְוָתָא לְמִשְׁאַר אוּמָנַיָא et ad docendum artificia reliquos artifices, Ex. 35, 34 in Jonath. Vulgo legitur למילף ad discendum: sed in Hebraeo est ולהורות ad docendum, quod chaldaice est לְמַלָּף contracte pro לְמַאֲלָף, cum מ formativo, ex usu Hierosolymitano. Pro eo v. 32 dicitur לְאַלָּפָא ex forma analoga. Ap. Rabb. לא ילמד אדם את בנו אומנות בין הנשים non docebit homo filium suum artificium aliquod inter mulieres, vel praesentibus mulieribus: nam conversatio ista prava est et corrumpit artificium. לעולם ילמד אדם את בנו אומנות נקייה semper doceat homo filium suum artificium mundum, i. e. honestum: (alibi additur, וקלה et facile, Ber. 63 a et Kidd. in fine.) כל שאינו מלמד את בנו אומנות כאילו מלמדו ליסטות quicunque non docet filium suum aliquod opificium, perinde est, ac si doceret eum latrocinium, Kidd. c. 1. אין אומנות שאין בה עניות ועשירות non est artificium, in quo non sit paupertas et divitiae, sive opulentia: שלא עניות מן האומנות ולא עשירות מן האומנות אלא הכל לפי זכותו quia non est paupertas ex artificio, neque opulentia ex artificio, sed omnia juxta meritum et justitiam ejus, scil. artificis: R. Schimeon Eleasaris filius dixit: Vidistine unquam tota vita tua bestiam aut avem, שיש להם אומנות quibus sit aut fuerit opificium aliquod, et tamen sustentantur שלא בצער absque molestia, suntque creata ad serviendum mihi: ego autem creatus sum ad serviendum creatori meo, et non esset justum, ut et ego alar absque molestia? Abba Gurja dixit: Nunquam doceat homo filium suum, ut sit חַמָּר mulio, גַּמָּל camelio, curator camelorum, סַפָּר tonsor, סַפָּן nauta, רוֹעֶה pastor, וְחֶנְוָנִי et hospes, praefectus hospitii, שאומנותם אומנות ליסטים quod opificium ipsorum sit opificium latronum, i. e. plerique isti sint improbi, fraudulenti, malitiosi, magnis periculis expositi, furandi, latrocinandi ac defraudandi occasiones habentes. Adduntur his medici et laniones, de quibus dicitur, טוב שברופאים לגהינם optimus medicorum ad gehennam pertinet, (hinc mirandum, quare Judaei tam libenter medicinam exerceant?): הכשר שבטבחים שותפו של עמלק rectissimus sive probissimus lanionum, socius est Amaleki (hinc fuit filius Esavi; ab eo Amalekitae dicti et orti, quorum memoria obliteranda erat, Exod. 17, 14 penitus exstirpandi et occidendi, Num. 25). Rabb. Nehora dixit: Dimitto ego כל אומנות שבעולם omnia opificia mundi, ac non docebo filium meum, nisi legem, (id est studio verbi divini dedam) cujus mercede et lucro fruitur in mundo hoc et capitalis summa permanet ei in mundo futuro, וכל שאר אומנות omnia autem alia opificia non sunt ita. Cum enim homo in morbum incidit, aut ad senectutem pervenit, aut aliis calamitatibus affligitur, ut non possit amplius exercere opificium, destituitur lucro et moritur fame: at studium legis divinae etc. Omnia haec leguntur in Talmud, libro Kidd. 82 a, quibus verbi divini studium omnibus aliis mundi artibus praeferre et commendare voluerunt. V. et Talm. hier. in Kidd. c. 4 in fine 66 b. אומנות מעולה opificium honestum, et laudabile, פגומה ruptum, i. e. inhonestum, inutile: נקייה mundum, כאוסה sordidum, reprobum, inhonestum. Hinc: אשרי מי שראה את הוריו באומנות מעולה אוי לו שרואה את הוריו באומנות פגומה beatus ille qui videt progenitores suos (vel natos suos) in opificio honesto et laudabili: infelix ille, qui eos videt in opificio sordido et inhonesto. Talm. hier. dicto loco. In Maccoth 24 ad verba illa Ps. 15, 3. לא עשה לרעהו רעה „qui non facit proximo suo malum,“ scribitur: שלא ירד לאומנות חבירו qui non descendit in opificium proximi sui. Vide simile in radice חיה.

אַמֵּן *artificiose, secundum artem agere, ad artem regere et assuefacere, docere artem*: מפני שמאמן את ידו propterea quia artificiose regit manus suas, i. e. מרגילם ומכוונם assuefacit et dirigit eas recte et commode juxta artis suae rationem et proprietatem, Talm. Schab. 103 a. In Ar. explicatur, מלמד ידו אומנות docet manum suam artem vel opificium.

אָמַן *educare, nutrire*, ex significatione אוֹמֵן *nutriens*, Esth. 2, 7 in Hebraeo. Hinc apud Talmudicos, האגוזין שאמנן nuces quas educavit, Oketzim c. 2. Glossa גידלם.

הֵימָנוּת *fides, fidelitas, veritas*: Emph. וַהֲוָת לֵיהּ הֵימָנוּתָא eratque ipsi fides in verbo domini. Gen. 15, 6. in Jonath.: אורח הימנותא בחרית viam veritatis elegi, Ps. 119, 30. והימנותא לחדא et veritatem praecipue, Ps. 119, 138. אנחנא שלמין בהימנותא nos pacati sumus in fide i. e. fideliter cum Israël. II. Sam. 20, 19. וְלָא לְהֵימָנוּתָא et non ad fidem, i. e. fideliter, Jerem. 9, 3. Per apocopam, דְּלֵית בְּהוֹן הֵימָנוּ in quibus nulla est fides, Deut. 32, 20.

Cum Pronom. הֵימָנוּתָךְ עַד שְׁחָקֵי fides tua usque ad coelos, Ps. 36, 6. טִיבוּתָךְ הֵימָנוּתָךְ bonitatem tuam et veritatem tuam, Ps. 40, 11. ועד דר ודר הימנותיה et usque in omnem generationem fides ejus durat, Ps. 100, 5.

מְהֵימָן *fidus, fidelis, verax:* בכל ביתי מהימן הוא in tota domo mea fidelis ipse est, hebr. נאמן Num. 12, 7. כהן מהימן sacerdotem fidum, 1. Sam. 2, 35. Emph. וּקְיָמִי מְהֵימְנָא לֵיהּ et foedus meum fidum ipsi, Ps. 86, 29. Pl. סָהֲדִין מְהֵימְנִין testes fideles, Jes. 8, 2. וימני מהימנין על ארעא et constituat fidos scil. ministros vel praefectos, super terram, Gen. 41, 34. ממהימנין a fidelibus, Job. 20, 20. Femin. סַהֲדוּתָא דַיְיָ מְהֵימְנָא testimonium domini fidele est, Ps. 19, 8. קרתא מהימנתא urbs fidelis, Jes. 1, 21. Sic et usurpatur pro Hebraeo אמון Prov. 8, 30. Plur. מְחָן רַבְרְבָן וּמְהֵימְנָן plagas maximas et fideles, Deut. 28, 59. דמהימנן quae fidae sunt, Jes. 55, 3.

אומנויאת vide in המן, in הומניה.

אַמְפְּלֵי אַמְפְּלַיָא, Vide infra in אנף. Saepius enim per נ in medio scribuntur.

אַמְפּוּמִיוֹת[166] *utrinque patens vel apertum.* B. Ar. adducit ex capitulis R. Eliesaris c. 42. וחלונות אמפומיות בין שביל לשביל והיו רואין אלו את אלו et fenestrae apertae erant ab utroque latere inter semitam unam et alteram, ut se mutuo videre possent. Sermo ibi est de Israëlitis ex Aegypto proficiscentibus ac per mare transeuntibus; quod, cum aquae maris congregarentur, et instar muri ipsis fierent, in duodecim semitas, juxta numerum duodecim tribuum, divisae fuerint. In unaquaque autem semita, sive in muro uniuscujusque semitae tamquam in pariete intergerino, ex utroque latere fuisse patentes fenestras et apertas, ut unaquaeque tribus alteram proficiscentem conspicere potuerit. Haec in adducto loco quidem habentur, sed vox ista אמפומיות in meo exemplari abest. In Jalkut autem Par. 2, 23 d, ubi similiter quaeritur, qua ratione aquae maris murus factae fuerint? dicit unus, factas fuisse כהדין קנקיליא instar cancellorum: alius dixit, כאילין אמפומטא; quod in Glossa marginali exponitur, חלונות פתוחות מעבר לעבר „fenestrae apertae ab utroque latere." Est vox corrupta ex Graeco quopiam, cum ἀμφὶ vel ἀμφὼ composito.

אַמְפּוּרִין videtur esse Graec. ἔμποροι *mercatores, negotiatores magni,* qui mare transeunt et terras longinquas adeunt negotiationis causa. Legitur in Targ. Jonath. Gen. 25, 3. ובני דדן הוון תגרין ואמפורין ורישי אומין et filii Dedan fuerunt mercatores et negotiatores et principes populorum, hebr. אשורים ולטושים ולאמים, quae communiter habentur pro nominibus propriis. Targ. hier. habet תַּגָּרִין וְאוּמָּנִין mercatores et artifices. Alia lectio hujus Targ. habetur in Ber. rab. s. 61 f. 68 a. Rabbi Schemuel bar Nachman dicit: אע"ג דאינון מתרגמין ואמרין תגרין לופרין וראשי אומין כולהון ראשי אומות הן h. e. etiamsi Targumistae exponant, scil. haec hebraea nomina, tamquam appellativa ac dicant תַּגָּרִין „mercatores", לופרין et רָאשֵׁי אוּמִּין capita populorum; nihilominus omnia sunt nomina propria capitum certorum populorum. Quid לופרין hic sit, non satis liquet. Rabbi Moses ben Nachman in Commentariis suis, f. 22 c. 4 locum hunc ex Ber. rab. adducens, legit pro eo וְלַפִּדִין cum ד in medio, et ו ac ל transpositis et exponit אנשי רשע פניהם פני להבים בוערים כלפידים h. e. homines nequam, quorum facies sunt facies flammarum, ardentes instar lampadum. Prior lectio ולפרין per Resch, possit deduci ex Graeco λαμπρός, λαμπροὶ, *splendidi, clari, nobiles.* Sic לטושים, cui respondet, significat tersos, politos, splendidos.

אַמְפֶּרָטוֹר *imperator.*[167] Quandoque legitur אנפלטור, et corruptius אפלטור.

אמפליו, אמפולי Vide infra in אנף, in אונפלי.

אָמֵץ *claudere, obfirmare.* Ex hac forma adducitur in Aruch: sed in Gemara, unde citatur, legitur ex forma עמץ, quod idem quod עצם. Vide ibi.

אוּמְצָא *crudum, caro non satis cocta vel assata, adhuc sanguineum humorem exsudans.*[167a] Quandoque simpliciter assatura: אומצא דאסמיק frustum carnis prae cruditate rubens: אומצא דבישרא frustum carnis crudae afferant mihi, Sanh. 39 a. בר אווזא דחזי לאומצא anas videns frustum carnis crudum, Schab. 128 a.

אמר *dicere.* Verbum quod frequenti suo usu facile innotescit lectori. Praet. אֲמַר dixit. Haec forma cum partic. praesenti non est confundenda, ut in Venetis factum. Femin. אֲמַרַת, ut aliquando recte punctatum est. אֲמַרְתְּ, אֲמַרְתָּ dixisti. אֲמָרִית, אֲמַרִית dixi etc. Talmudici, resecto ת in fine, dicunt etiam אמרי. Part. praes. אָמַר dicens, dicit, pro אָמֵר. Plur. אָמְרִין dicentes, dicunt: Fem אָמְרָא dicens, dicit illa: אָמְרָן dicentes, dicunt illae. Partic. pehil sive passivum, אָמִיר dictus etc. Infinit. מֵימַר dicere; cum servilibus praepositivis, לְמֵימַר dicens, dicendo, ad dicendum, pro לְמֵאמַר, quod etiam aliquando invenitur, ut Dan. 2, 9. et contracte, לְמֵמַר Esr. 5, 11. מִלְּמֵימַר a dicendo, ne dicat vel diceret. Imp. אֱמַר dic, dicito, אֱמַרוּ dicite etc. Fut. אֵימַר dicam, תֵּימַר dices, יֵימַר dicet et יֵאמַר Dan. 2, 7. תֵּאמְרוּן dicetis, Jer. 10, 11. נֵאמַר dicemus Dan. 2, 36 etc. Itph. אִתְּמַר dictus vel dictum est Job. 34, 31. contracte hoc dicitur pro אִתְאֲמַר. Itph. אִתְאֲמַר

---

166) Videtur esse vox graeca, fortasse ἀμφίδυμος, utrinque facilis accessu, vel ἀμφιφανής ex omnibus partibus visibilis.

167) B. Ar. citat ex Midr. Echa 1, 5 hanc locutionem: ביבי דומיני אמפרטור, quae mera latina vocabula: vive, domine imperator!

*) אמקנטרין (Midr. Kohel in versu, qui incipit ושנאתי) n. p. viri, qui litteras misisse ad Hadrianum narratur Quum vero hoc nomen ignotum sit, nonnulli lexiographi malunt legi אמקנרמין quod ex lat.: „homo ignoratus" corruptum esse arbitrantur.

167a) Cast. putat hanc vocem a gr. ὠμός derivari posse.

Jos. 2, 2. וְאִתְאֲמַרְתּוּן et dicti, nominati, appellati estis, Ezech. 36, 3. על כן יתאמר idcirco dicetur, dicitur, Gen. 10, 9 etc.

Rabbini communes in hujus verbi conjugatione recedunt a communi forma in Infinitivo, dicentes לומר, pro לאמר dicere. כלומר secundum dicere, quasi diceres vel diceret, aut etiam dicerem.

Talmudici a communi forma chald. resecant communiter literam ר a fine, in Infin. Imper. et Futuro praecipue, quandoque etiam in Partic., maxime cum Pronom.: ut אֲנָא לָא קָאָמֵינָא ego, non dico ego, pleonastice, pro אנא ego, i. e. quoad me, לא קאמינא non dico ego, pro קאמיר אנא, ubi ק servilis est Participii litera, ex speciali dialecto talmudica: אִי אָמֵינָא si dicens ego sim, si dixero: הוית אמינא fui dicens ego, dixi, existimavi, opinatus sum. Infin לֵימָא pro לֵאמֹר dicere: אי לימא aut dicendumne? aut est dicendum? aut vis ut dicam? לֵימָא כְּתַנָּאֵי an dicendum sicut doctores Tannaim? Quandoque לְמֵימְרָא dicere, cum א paragogico. Imper. וְאֵימָא לָהּ לְאִימָּא et dic matri: זִיל אֵימָא לֵיהּ abi, dic ei. Futur. אֵימָא dicam: תֵּימָא dices: מָהוּ דְתֵימָא quod autem dicis, dicere, vel objicere possis. Usurpatur in eludendo aut rejiciendo objectionem. Interdum etiam est concedentis דאי לא תימא הכי quod si non dixeris sic: יֵימָא dicet: לֵימָא dicere deberet, vel debuisset: וְלֵימָא אִיהוּ atqui potuisset dicere ipse: דְלָא לֵימְרוּ ut non dicant. Sic ל Talmudice etiam Futuro servit. Ithpehal אִיתְמַר pro אִתְאֲמַר dictum est: אִיתֵימָא i. e. אִית אָמַר, vel יש אומר est dicens, vel יֵשׁ אוֹמְרִים dicunt quidam. Usus ejus est, quando sub alicujus nomine sententia proponitur, quem alii dicunt fuisse alium ut: „dixit Ruben וְאִיתֵימָא et est qui dicit, R. Schimeonem id dixisse: אמר רבא איתימא ר' יצחק dixit Rabha: quidam dicunt, R. Isaac. Sic legitur aliquando cum inserto א, אִיתְאֵימָא etc.

אֲמִירָה *dictum, edictum, eloquium, sermo, sententia*, Rab.

אֵמוּרִים, אימורים[168] *oblationes, sacrificia:* vel potius

---

*) אמצע v. in מצע.

*) אמקסירום Medr. Cant., gr. est *ἡμίξηρος*.

168) Haec vox derivanda est a verbo ימר, quod idem significat quod מור, sc. *mutavit*. (Simili modo טוב et יטב, קוץ et יקץ, בוש et יבש et similia permutantur, praecipue in conjug. hifil.) Formatio eadem est quae vocis איקרא a יקר et איסורא a יסר. Significat igitur ut et nomen תמורה (Lev. 27, 10. 33 a מור derivatum) nihil nisi *permutationem, commutationem, compensationem, retributionem* (cf. gr. *ἀντάλλαγμα*). Hoc tamen discrimen est inter תמורה et אימורים, quod illa vox non adhibetur nisi de vivis animalibus commutandis, si animalia non sacra (חולין) mutantur sacris (קדשים); haec vere de ea commutatione, quae fit, quando pro hominis vita vita animalis deo offertur. Tum enim praestantissimae animalis partes (v. Philonis tractatum *περὶ ζώων τῶν εἰς θυσίας*, ed. Philon. Francof. 1691 p. 835 sqq.) deo sacrificantur pro corpore humano. Victima igitur vice hominis peccatoris fungitur. Victimam autem quasi vicarium esse hominis etiam gentiles agnoscebant, cf. Ovid. Fast. VI, 161, 162:

Cor pro corde, precor, pro fibris sumite fibras.
Hanc animam vobis pro meliore damus.

Eadem Hebraeorum est sententia. Sacrificium igitur est quasi commutatio hominis et pecoris, et hominis *λύτρον*. Ergo cum pro hominis vita vita animalis deo exhibeatur et pro cruciatu corporis humani, in quo adeps evanescit, adeps et praestantissima victimae dentur, victima hominis vice fungitur, unde apparet, cur hoc significari potuerit verbo ימר. Cum hac sacrificii explicatione consentit notum illud praeceptum legis divinae, quo Judaei vetantur sanguine animalis frui, quippe quod sanguis animalis sit anima et vita ipsius, Lev. 17, 11. Deut. 12, 39, et vita animalis destinata sit, ut pro homine detur. Hoc praeceptum apud Judaeos semper vigebat; et hanc ob causam adeps et ceterae victimae partes, quae tamquam *ποινη* et *λυτρον* in altari ponebantur, אימורים dicebantur, quia pro hominis vita offerebantur. — Errat igitur vehementer B. Ar. et cum ipso Buxt., si etymologiam vocis אמורים a Talm. in Mishna, Succa l. l., datam referunt ad vocem אימורים. — Atque hoc potissimum mirum est, qui B. Aruch hoc fugere potuerit, quod in tract. Sebachim, ubi vox אימורים tam saepe occurit, ut vix numerari possit, etymologia hujus vocis non proponatur, etiamsi h i c locus aptissimus erat, quo de ejus origine disputaretur. Propterea enim nulla etymologia proponitur, quia nemo dubitare poterat, quin a verbo ימר originem duceret. Etymologiam a verbo אמר depromtam non reperimus nisi in Mishna, tract. Succa l. l., ubi אמורים atque sine litt. י non plus semel legitur. Jam inde apparet, sine ullo dubio vocem אמורים in Succa prorsus aliam esse atque אימורים in Sebachim; quod etiam eo probatur ac firmatur, quod in Mishna scriptum est, sacerdotes omnis generis et ordinis eandem potestatem eademque jura habere, quod attinet ad אמורי הרגל (legitur: כל המשמורות שוין באמורי הרגל), quod dicit: omnibus sacerdotibus eandem partem esse in אמורים sacrificiorum sollemnium; ex quo apparet sermonem non esse de partibus adipis, quae alias vocantur אימורים, quia hae in altari adolebantur, neque quisquam sacerdotum earum particeps fieri poterat. Illud igitur necessario etiam de חזה ושוק (pectore et humero) adhibebatur atque ita intelliges, cur Talmudici rectissime quaesiverint, cur etiam hae particulae אמורים vocentur, et responderint, quia ita promissum sit (respiciunt אמר, *dixit, promisit*, unde etiam אמורים sine י scriptum, quum in Sebach. plerumque cum י a rad. ימר); hoc valet tantummodo de sacrificiis trium summorum festorum. — Vides igitur, אמורים et אימורים nequaquam confundi debere. — Neque rectior est altera etymologia a B. Ar. et Buxt. proposita a מורים deducta. — Alii etiam aliter hanc vocem explicare studuerunt, quid? quod fuerunt, qui ex lingua gr. *ἵμειρον* hanc vocem ortam esse putarent, ita ut vox mere hebraica ex Palaestina in Graeciam migrasse et ex Graecia in Palaestinam reversa esse videri

partes sacrificiorum, quae super altari comburuntur: באימורי הרגלים in sacrificiis majorum festorum, Succa c. ult. in Misch. 55 b. Sic in Medr. Esth. 1, 9. אימורי קדשים קלים et אימורי קדשי קדשים. Rabbi Moses ben Majemon illa sic describit in הלכות מעשה הקרבנות cap. 1. האיברין ששורפין אותן על גבי המזבח מן החטאות הנאכלות ומן האשמות ומן השלמים הם הנקראים אימורין h. e. Membra quae comburunt super altari, de sacrificiis pro peccato quae comeduntur, de oblationibus pro reatu, et de pacificis, illa sunt quae vocantur אימורין. Et de bove quidem et capra sunt אימורים adeps, qui operit intestina, sub quo etiam comprehenditur adeps qui est super ventriculo, duo renes et adeps eorum; adeps item iliorum et reticuli hepatis etc. Et mox: כל האימורין נשרפין על מזבח החיצון: omnia אימורין comburuntur super altari exteriori. In Gemara scribitur ita vocari, quasi קרבנות האמורים ברגל oblationes dictae, i. e. praeceptae ad offerendum in festo. Sed B. Ar. in מר secundo scribit; למה נקראו חלבים אימורים quare vocantur adipes אימורים? שהם מורים ואדונים על כל האברים ועולים על גבי המזבח לחלק אדון העולם Ideo quia sunt מורים domini (h. e. praecipua, principalia) super omnia membra et ascendunt super altari in partem Domini mundi, h. e. Dei.

אֲמוֹרָאָה *sermocinator, doctor sermonem habens*: לא שמעו קל אמוראה non auscultant voci doctoris, Job 3, 18.

אֲמוֹרָא *Amora*: *plur.* אֲמוֹרָאִים *Amoraei.*[169] Doctores sive autores sunt partis illius Talmud, quae גמרא

---

posset. Sapienti sat. Quicunque lingua hebraea imbutus est, facile cognoscet, hanc vocem originem a nulla alia radice ducere posse quam a ימר. De singulis sacrificiorum generibus v. in קרבן.

*) אומרי, אימוריי *obses*. Esth. rab. 1, 1. בני אימוריי citat Ar. in Targ. pro בני אשפתו Thren. 3, 13 et exponit תמורות של אבותיהן filios patrum *ἀνταλλάγματα* vel obsides, gr. *ὅμηροι*, patrum fidei apud victorem principem pignora et arrhabones. — Castellus.

[169]) Ut etiam iis, qui historiam litterarum Judaicarum minus cognoverunt, satis fecisse videamur, haecce addenda esse videntur:

Quum post exilium Babylonicum *res publica* Judaeorum debilitata, imo vero paene deleta esset, *religionis* studia etiam atque etiam efflorescebant. Judaei, qui exceptis temporibus Maccabaeorum et Bar Kosiba (Bar Kokhba) auctoritatem politicam non recuperabant, novas vias ante Cyri tempora non notas iniverunt; omnes vires convertebantur ad vitam spiritualem, religiosam; neque tamen amplius *prophetae* exstiterunt — Maleakhi prophetarum novissimus paullo post reditum Judaeorum in Palaestinam vixit — sed *doctores*, quibus non revelatio sed disciplina eruditioque curae erat. Inde ab Esrae et Nehemiae temporibus operam dabant conservandae legi revelatae; id efficere studebant, ut hanc omnes recte intellegerent et sequerentur. Loco prophetarum *interpretes* scripturae exstiterunt. — Munus *scribarum* (סופרים), qui jam in libris canonicis memorantur, quorum dux ac princeps Esra habetur, in eo potissimum positum erat, ut verbis scripturae scr. vim suam atque auctoritatem vindicarent, ut leges, quae vel jam valebant vel mutatis rebus politicis ortae erant, scriptura sc. fulcirent et sancirent; ut litteras sacras pervulgarent, praecepta dei tuerentur, ad vitae cotidianae usum interpretarentur. Hoc munus *scribarum* (סופרים) susceperunt *viri magnae Synagogae* (אנשי כנסת הגדולה), quae ex 120 sociis constitisse, cujus novissimus socius Simon Justus fuisse fertur. Qualis fuerit horum virorum sententia, apparet ex P. Aboth 1: „Cauti estote in judicando; multos discipulos paratote; septo legem circumdatote!" Idem docet illud Simonis Justi: „In tribus rebus mundus nititur: in tuenda doctrina, in cultu dei, in peragendis operibus caritatis" (p. Aboth 1, 2). De tempore, quo synagoga magna, quo Simon Justus floruerit, viri docti dissentiunt; alii enim viros magnae synagogae inter a 400 et 200, alii inter 400 et 300 a. Chr. n. fuisse existimant.

Eo tempore, quo victoriis per Maccabaeos reportatis etiam res publica Judaeorum efflorescere coepit, novum quoddam institutum ad religionem pertinens ortum est: *magnum synedrium* (סנהדרין הגדולה), quod, si viros qui ipsi praeerant, quorum alter נשיא vocatus *praeses*, alter אב בית דין (summus judex) dictus *vicarius praesidis* erat, annumeramus, constabat ex LXXI. sociis. Conveniebant autem hujus synedrii assessores in pronao templi לשכת הגזית vocato quoque die, excepto sabbato. Praeter hoc synedrium, quod Hierosolymis erat, in quavis alia urbe majore, etiam Hierosolymis, minora erant XXIII. sociorum, *parva synedria* dicta.

Duo illi praesides magni synedrii, qui summam vim in interpretandam legem exercebant, ita enumerantur (nomine Sugoth q. e. paria):

1. Iose ben Joëser et Jose ben Jochanan. 2. Josua ben Perachia et Nitai Arbela natus. 3. Juda ben Tabai et Simon ben Schetach. 4. Schemajah et Abtalion. 5. Hillel (major) et Schammai. — Praeter hos memorantur *praesides* (omisso vicario praesidis) hi: 1. Gamaliel I. s. major (הזקן) nepos Hillelis, maxime clarus ob instituta ad vitam socialem pertinentia (תקון העולם), qui primus Raban (רבן) dictus est. 2. Simon ben Gamaliel, filius hujus Gamalielis, cujus vices per aliquod tempus R. Jochanan ben Saccai, clarissimus legis doctor, obtinebat.

Orationes a viris magni synedrii in domibus precum quae simul scholae erant habitae pertinebant aut ad praecepta legalia (Halachot, הלכות) aut ad scripturam interpretandam vel doctrinam proponendam, qua in re suam quisque sententiam proferret licebat. Praecepta illa legalia omnibus, nullo excepto, dabantur atque hanc ob caussam summa auctoritate confirmata, ab omnibus recepta, tradita essent necesse erat, qua de re hae *halachot* s. *regulae* שמעתא *audita* dicebantur; illae vero expositiones *hagada* (הגדה = sermo) vocantur.

Collectio praeceptorum legalium in scholis בית מדרש propositorum nominatur Misna, משנה „quae discendo percipiuntur"

Gemara dicitur. Fuerunt hi plures, quorum unus dicitur Amora, quasi *sermocinator, dictator*. Doctrina horum fuit expositio primae partis Talmud, quae משנה Mischna, δευτέρωσις, traditio iterata, lex iterata vel secunda, quae repetit id quod Moses docuit et de novo tradit et proponit illud, quod Moses vel obscure proposuit, vel plane non docuit. Primi harum traditionum professores et interpretes dicebantur אמוראים. Horum doctrina dici-

(a. am. מתניתא), vel, ut alii malunt „iteratum", quasi altera, per ora tradita doctrina (opp מקרא, q. e. doctrina litteris mandata). Doctores vero, qui singula ista Misnae praecepta collegerunt vocantur *Tanaim*, תנאים. Horum sedes primaria erat Jabne v. Jamnia (quae urbs ad maris litus Joppen inter et Asdodum sita erat. V. etiam יבנה). Schola hujus urbis condita est a R. Jochanan ben Saccai eo tempore, quo circa Hierosolymorum moenia acerbissima pugna pugnabatur. Huic scholae nomen erat בית דין (q. e. summum judicium); praeses ejus vocatus est ראש בית דין et inde a Gamalielis I. tempore honorifica appellatione רבן. Assessores posteriore tempore *Rabbi* appellati, quae appellatio ante templi destructionem Judaeis in usu non erat.

Doctores Misnae s. Tanaim ex tempore a templo destructo usque ad a. 80 p. Chr. n. enumerantur: 1. Rabbi Chaninah, qui memoriae tradidit, quae de templo memoratu digna videbantur. 2. R. Zadok, discipulus Schammai. 3. Rabbi Nachum, Medus, qui antea in synedrio Hierosolymitano fuerat. 4. R. Dossa ben Harchinas, discipulus Hillelis. 5 Abba Saul ben Botnit. 6. Nachum, e Gimso oppido ortus. 7. R. Nechuniah ben Hakanah. — Post mortem Jochannis ben Saccai, qui et morum integritate et scientiae copia insignis erat, Gamaliel II., qui etiam Gam. Jabnensis dicitur, filius R. Simonis, nepos R. Gamalielis I., Rosch bet din Jamniae factus est. Mox singuli illius scholae doctores etiam in aliis urbibus haud procul a Jamnia remotis scholas condiderunt; *R. Elieser*, virtute sua et divitiis clarus, Lyddae, *R. Josua ben Chananjah*, homo mitis et pauper, in vico quodam בקיעין, *R. Akiba ben Joseph*, et morum castitate et ingenii acumine insignis, qui eas Halachot, quae cohaerebant, ad artem et rationem redegit (quod corpus praeceptorum legalium, ut a Misna proprie sic dicta distingueretur, Misna R. Akibae vocatum est) in Bne-Brak scholas condiderunt. — Hi tres viri modo memorati Gamalielem II., qui propter immodestiam multorum odium subiit, imo etiam a munere aliquamdiu remotus est, restituerunt, ita quidem, ut addito vicario R. *Eleasare ben Asaria* potestas ejus paullulum imminueretur. Attamen bene inter Gamalielem et Eleasarem convenit et institutum est, ut locum Gamalielis, binis septimanis munere praesidis functi, Eleasar singulis septimanis teneret et disputationes moderaretur.

Praeter viros jam dictos ex tempore ab a. 80 usque ad a. 138 p. Chr. doctores Misnae s. Tanaim memorantur hice: *R. Ismael, R. Tarphon* s. *Tryphon, R. Jochanan* ben Nuri, R. *Jose* Galilaeus, R. *Elasar* ha-Modai, multi alii. Inter hos R. Ismael ben Elisa, qui in Kephar-Assiz habitavit, cujus schola Be- R. Ismail nomine dicta satis nota est, insignis est propter 13 canones hermeneuticos ab ipso propositos et ex ejus nomine cognominatos (י"ג מדות).

Horum Tanaim plerique in persecutionibus Hadriano imperatore propter seditionem a B. Kochba (q. v.) concitatam ortis, pro fide sua mortui sunt, inter quos clarissimi sunt R. Ismael b. Elisa, R. Akiba, princeps istius seditionis, R. Chanina b. Teradion, R. Chuzpit, R. Isebab, R. Juda b. Baba. Hic deprehensus et interfectus est, quum modo septem discipulos sollemni ritu (Semicha) consecraret. Discipuli ejus jussu salutem fuga petiverunt et partim Nisibin, partim Nahardeam Babyloniae se receperunt. —

Postquam Hadriano (a. 138) mortuo T. Aurelius Antoninus Pius imperator factus est, multi exules Antonini benignitati confidentes reverterunt; in his etiam septem illi discipuli, ex quibus memorandi: 1. *R. Meir*, praestantissimus R. Akibae discipulus, vir insigni pietate (quam ipse et uxor ejus, filia R. Chanina b. Teradion in morte duorum filiorum declarabant), maxima scientia et ingenii acumine, quare מאיר *illustrans* cognominabatur (proprie מאישא ei nomen erat). Scientiae cupiditate adductus etiam Achero apostata familiariter utebatur, et humanitas eius tanta erat, ut diceret paganum legi divinae operam navantem summo Judaeorum sacerdoti parem habendum esse neque Israelitas tantum sed etiam paganos destinatos esse ad aeternam beatitudinem. 2. *R. Simon b. Jochai*, cujus schola Tekoae erat. Hic Misnam collegit *Midot* seu *Mechilta* vocatam, quae epitome est Misnae a R. Akiba collectae, cujus rationem interpretandi (qua non tam memoriae vis quam ingenii acumen contenditur, quae a doctoribus Talm. posteriore tempore adhiberi solebat, de quo v. in *Talmud*) imitatus est. — Omnium longe clarissimus erat *R. Juda, princeps*, הנשיא appellatus, qui et רבי κατ᾽ἐξοχήν vocatur. Hic *praeses* synedrii neque *vicarium* (ab-bet-din) neque *oratorem publicum* (Chacham) habebat. Clarissimi hujus doctoris discipuli memoratu digni sunt *Levi b. Sissi, Abba Areka*, vulgo *Rab* dictus (v. not. 64 p. 23), *R. Chija*, Babylonius, *Simon b. Kappara, Samuel, R. Chanina*. — *R. Juda ha-nassi* multa instituit, e quibus vir strenuus ac fortis fuisse apparet, ita praecepta de noviluniis et diebus festis; statuta de annis remissionis et de decumis laxavit, qua in re ne ulterius progrederetur prohibitus est a *R. Pinchas b. Jair*, quo consiliario utebatur. Maxime autem eo inclaruit quod *Misnam collegit et absolvit*. Ea, quae jam a R. Akiba et R. Meir collecta erant, diligenter examinavit et omnes halachot perpetuis praeceptis ordinatas componere studuit. Haec collectio, qua in suis scholis utebatur, mox summam auctoritatem consecuta a doctoribus per ora discipulis tradebatur. Singulae tantummodo halachot litteris mandabantur contra doctorum legis consuetudinem et hanc ob causam tam occulte, ut ejusmodi volumnia מגילות סתרים *volumina arcana* dicerentur.

Dialectus Misnae eadem est quam reperimus in recentioribus V. Ti libris eo tempore scriptis, quo antiqua lingua hebraica populo jam non in usu erat; sed aucta est vocibus potissimum *aramaeis, graecis, latinis;* oratio concisa est. R. *Juda* Misnam absolvit et sanxit et *Babyloniis* unica norma credendi mansit. In *Palaestina* contra Simon, R. Judae

tur מימרא *sermo* et titulus horum doctrinae est, איתמר *dictum est*. Non semper haec nota adhibetur, sed ubi dicitur sic, ibi Amora loquitur. Scaliger in de Emend. temporum f. 614 vocat eos *sophistas Talmud*, γνωμολόγους, a chriis et sententiis quas pronunciabant, quae אמירות latine *scita* dicuntur. In Halichoth olam f. 5a vocantur מוראים et doctrina ipsorum תוראה.

בַּר אֲמוֹרָאֵי *remes, peritus remigandi*: M. katon

---

filius minor, nonnulla ipsi adjecit. Ex eo tempore praeter Scripturam S. Misna primarius fons est doctrinae, qua Israelitae dissipati uniuntur.

R. Juda summam senectutem adeptus cum filiis et discipulis moribundus ultimam voluntatem communicavit: *Gamalielem III.* filium majorem *patriarcham, Simonem*, minorem, *oratorem publicum* (Chacham) instituit. Quum mortuus esset, Bar Kappara velato capite et scissis vestibus populo nunciavit: „Angeli et mortales luctati sunt de arca foederis. Angeli victoriam reportarunt. Evanuit arca foederis!“ Populus sentiens his verbis mortem dilecti doctoris significari maximo luctu affectus est. Omni apparatu et honore funus Judae celebrarunt, quamvis ipse hoc fieri vetuisset. Posteritas ipsius virtutes pio animo colens et summis laudibus efferens *Sanctum* (הקדוש) eum cognominavit. Filius ejus, *Gamaliel III.* (210—225) mandata patris diligenter exsequi studuit neque tamen famam collegit. Ceteri doctores a Juda eruditi post istius mortem eas halachot, quas iste omisisset, conferebant; ex his memorandi: *R. Jannai, R. Chija, Bar Kappara. Levi b. Sissi, Rab. Ushaja* major „pater Misnae“ cognominatus. Horum vero collectiones numquam eam auctoritatem sunt consecutae quam R. Judae; appellantur *Misna externa*, מ' חצונה, chald. מתניתא ברייתא, vulgo *Boraita*.

Gamaliele mortuo egregii traditionis doctores erant filius ipsius, *R. Juda II.* patriarcha, qui sedem patriarchae a Sepphori Tiberiada traduxit et auctoritate ita floruit, ut et ipse *Rabbi* v. *Rabbanu* κατ' ἐξοχήν diceretur; *R. Jochanan*, omnium longe gravissimus, *R. Simon* b. Lakish. *Hillel*, patriarchae frater, non tam in Halachot quam in Agada valuisse videtur; hic propter accuratam Scripturae S. cognitionem ab *Origene* memoratur, qui eo in interpretandis difficilioribus S. S. locis utebatur eumque summis laudibus effert. *R. Semlai* denique, in Agada insignis doctor, omnes Judaeorum leges ad certa principia revocare molitus est.

Ex quo Misna absoluta est, Rabbini in *ea explicanda* non minorem operam, quam *Tanaim* in Scr. S. interpretanda, collocabant, quare *Amoraim*, q. e. *interpretes* dicebantur. Quorum primus est *R. Chanina b. Chama*, Sepphori natus, c. 180—260, ab Judaeis non minus quam a Romanis summa laude celebratus; *R Jochanan b. Napcha*, feracissimus Amora, magno discipulorum numero stipatus; *R Juda II.* forma eximia corporis praeditus, qui graecis litteris imbutus erat. — Clarissimae scholae, quae in Judaea florebant, inde ab Judae II. tempore superatae sunt a Babylonicis.

In Babylonia, ubi inde ab exilii temporibus plurimi Judaei vivebant, studia litterarum vehementer efflorescebant, quae etiamnunc admirationem efficiunt. Sedes literarum praestantissimae erant *Nahardea* (ad Euphratem sita, ab Judaeis tantum habitata), *Firuz-Schabur, Pumbadita, Mata-Mechassia* s. *Sura, Machuza*. — Ingens multitudo Judaeorum in Babylonia viventium effecit, ut ipsi quodam modo sui juris essent; suum principem habebant, qui *Exiliarcha* (Reschgaluta) vocatus quartum a rege locum obtinebat. Exiliarchae, e gente Davidica orti, regio apparatu ornati, summam apud populum auctoritatem habebant, usque ad saec. XI. — In *rebus* tamen *divinis* Babylonici Judaeis se inferiores esse passi erant. Multi juvenes discendi avidi e Babylonia in Judaeam migrabant litteras sacras tractaturi, plurimi, quum *R. Juda I.* patriarcha esset. Praestantissimi erant *R. Chija, Abba Areka* (vulgo *Rab* dictus), *Rabba b. Chana, Abba* ejusque filius *Samuel*. Maximam auctoritatem apud Babylonicos consecuti sunt *Abba Areka* et *Samuel*.

Abba Areka jam juvenis maximi aestimabatur; ex Palaestina in Babyloniam reversus et in locum R. Schilae mortui, qui scholae praefuerat, subrogatus, Samueli amico suo, qui Nahardeae natus erat, cessit Ipse, qui etiam apud Artabanem multum valebat, qui primus omnium Amoraeorum Babyl. habendus est, scholam *Surae* (= Mata-Mechassia) condidit, quae per octo secula primaria litterarum sedes erat. Ibi ab ingenti discipulorum multitudine circumdatus docuit et vixit 219—247. — Secundus ab eo est *Mar Samuel*, qui non modo legis, sed et artis medicae, astronomiae, juris scientiae peritissimus, inde etiam regi (Shabur I.) familiaris erat et Abba Areka mortuo omnium princeps agnoscebatur. Insignis summa ejus sententia est, leges publicas eorum regnorum, in quibus Judaei essent, in Judaeos eandem vim habere quam Judaicas.

Quum vero paulo post regnum Babyl. ab hostibus Odenatho (conjuge Zenobiae clarissimae reginae) duce vastaretur, Amoraei (R. Nachman, R. Scheschet, Rabba b. Abuha, R. Joseph b. Chama) fugere coacti *Machuzae* et *Pumbaditae* scholas condiderunt. — Quo majorem hae scholae auctoritatem colligebant, eo magis scholae Palaestinenses labebantur, ita ut praeter R. Abbahu vix quisquam ibi memoria dignus esset. (Nam R. Ami, R. Assi, R. Chija b. Abba, R. Seïra, etiam patriarchae R. Gamaliel IV. et R. Juda III. nullam famam habent.) Quum *Hillel II.* patriarcha esset, omnis patriarchae Palaestinensis potestas evanuit; hic de jure festos dies edicendi cessit et rationem promulgavit, secundum quam in efficiendis fastis (סדרי מועדות) dies festi definiti erant, quae etiamnunc apud Judaeos valet. — Babylonicarum scholarum auctoritas in dies cresbat; quid? quod etiam exiliarchae, qui *civili* munere fungebantur, litteris se dabant et propterea „Rabbana“ cognomine ornabantur.

Excellentissimi Amoraei Babyl. praeter A. Arekam et Samuelem erant *R. Hunna*, qui scholae Suranae, *R. Juda ben Jecheskel*, qui scholae Pumbaditanae praeerat; *R. Nachman b. Jacob, R. Chasda, R. Scheschet, Rabba ben Abbahu*. Tempore R. Hunnae doctores in ordinem venerunt. Quotannis binis certis mensibus doctores congregabantur (is consessus est מתיבתא); magister hujus congregationis ריש מתיבתא „caput consessus“ vocabatur; ab eo secundi erant רישי

f. 23a. B. basra f. 74b. B. Ar. legit אמודאי, per ד in medio.

מֵימְרָא ,מֵימַר ,מֵאמַר *sermo, verbum*: אשלימתא מימר perfecisti verbum, Ps. 18, 27. לית מימר non est verbum aliquod murmuris scil. coelorum, i. e. tonitrui Ps. 19, 4. כמאמר secundum edictum, Esr. 6, 9, ובמאמר et in sermone, Dan. 4, 14. אצית למימר פומי ausculta sermoni oris mei, i. e. orationi, precationi, Ps. 54, 4. Emphat. ושמעו ית קל מימרא דיי' et audiverunt vocem verbi Domini, Gen. 3, ·8. In Hebraeo simpliciter est קול יהוה vocem domini. Sic paraphrastes saepissime hoc nomen divinum efferre solet, per מימרא דיי, ut Johannes Evangelista dicit ὁ λόγος, Joh. 1. Cum Affixis, תריצות לבבי מימרי rectitudo cordis mei est sermo meus, Job. 33, 3. במימרך per verbum tuum, 2. Sam. 22, 30. ואחסנת מימריה et possessio sermonis ejus, Job. 20, 29. ובמימריה סברית et in verbo ejus confido, hebr. ובו חסיתי et in eum, Ps. 144, 2. Pl. ושמעין מימרי et audiunt verba mea, Ps. 141, 6. ובמימריכון et per sermones vestros, Job. 32, 14. ושוי מימרוי בלבבך et pone verba ejus in corde tuo, Job. 22, 22. Usurpatur et reciproce: בין מימריה ובין מיכל inter verbum suum, (i. e. inter seipsum) et inter Michalem, Ruth. 3, 8. Sic de Deo saepissime.

מַאֲמָר *sermo, oratio*: כבריתא דדובשא מאמרא ut favus mellis est oratio, Prov. 16, 24. מן מאמריה דפומיה ab oratione oris ejus, Prov. 4, 5. Affixum abesse possit: nam in Hebraeo est plurale אִמְרֵי verba; וּלְמַאֲמָרַי צְלֵי אוּדְנָךְ et ad sermones meos inclina aurem tuam, hebr. לדברי, Prov. 4. 20. Ap. Rabb. מַאֲמָרוֹת *orationes; praedicamenta, categoriae*: ואלו הם סוגים עליונים אשר יקראו מאמרות et ista sunt genera suprema, quae vocantur praedicamenta; ידיעת המאמרות notitia istorum praedicamentorum, in logica R. Simeonis c. 10.

כלה, qui ternis prioribus septimanis illorum mensium sententiam, de qua Resh metibta verba facturus erat, explicabant. Ab his doctoribus differunt דיני דבבא „judices portae“, ita dicti, quia porta Hebraeis loco fori erat.

Qui disserendi subtilitatem, qualis in Talm. est, maxime excoluerunt, hi sunt: *Rabba b. Nachman*, discipulus R. Judae b. Jescheskel, ab a. 309 princeps scholae Pumbaditanae, quae eo principe maxime effloruit, et *Abaji* et *Raba*. Quum horum trium virorum antecessores *Amoraei, interpretes*, essent, hi auctores Talmudi proprie sic dicti sunt, i. e. ejus methodi, quae ingenii acumine, sagacibus comparationibus antithesibusque, magnifica oratione, firma disserendi ratione inclaruit.

Rabbae successit R. *Joseph b. Chija*, qui prophetas in linguam chald. translulit; huic *Abaja*; huic *Rabba ben Joseph b. Chama* (338), cujus notissima sententia: Trium votorum, quae faciebam, duo impetravi: cupiebam R. Hunnae doctrinam, R. Chasdai divitias et voti damnatus sum: desidero Rabba b. Hunna modestiam. — Mortuo Rabba b. Joseph schola Machuzana deterior fit. Pumbaditana schola, quae jam principem locum obtinuit, tamen veterem Machuzae gloriam magistris *R. Nachman b. Isaak, R Papa, R. Chama* (356—377) aequare non potuit. Deteriores etiam erant R. Zebid, R. Dimi, Rafrem b. Papa, R. Kahana, Mar Sutra, R. Acha b. Rabba, R. Gebiha. Neque schola Nahardeana auctoritatem assecuta est. — At *schola Surana*, cui princeps omnium Aramaeorum Babyl., Rab (v. supra) praefuerat, maxime excelluit artibus ac litteris, praesertim quum *R. Aschi b. R. Semai* ipsi praeesset. Hic vir ingenii acumine non minus quam divitiis inclytus, aedes scholarum restauravit et scholam Suranam ita instruxit, ut summam auctoritatem consequeretur; hanc ob rem honorifico nomine *Rabbana* appellatus est. Eadem auctoritate, qua R. Juda ha-nassi, fruebatur et exiliarchae quoque Mar Kahana et Mar Sutra I. ei obsequebantur. Ea, quae CC annis ante R. Juda ha-nassi de Misna meruerat, qui omnes halachot composuit, R. Aschi meruit de *Talmud*. Nam plus L annos in eo consumsit, ut omnes expositiones, traditiones, incrementa ad Misnam pertinentia colligeret certis principiis adhibitis, ita ut etiam spiritualem ut ita dicamus explicationem et progressionem explanaret et res gravissimas ab oblivione defenderet. Hic vir, omni honore cultus, vita discessit a. 427. — In locum ejus *Mar Jemar* (s. Maremar) subrogatus est; huic successit a. 432. *Idi b. Abin*; huic a. 452 *Nachman b. Hunna*, huic 455 *R. Acha*, qui tamen filio R. Aschi, Mar vocato, qui quum R. Nachman moreretur, non aderat, cessit. *Mar b. Aschi* collectionem Talmudicam a patre inceptam continuavit. Ei 468 Rabba Tafsah successit. — Jam vero Pheroze (Firuz) regnante (458—485) Judaei in Persia habitantes crudelissime vexati sunt; multi pro fide sua mortui sunt; multi fugerunt et ita in Indiam et Arabiam disjecti illuc legis cognitionem tulerunt. — Pheroze a. 485 mortuo Judaei Babylonici restituti, scholae apertae, principes scholarum creati sunt *Rabina* Surae, *Jose* Pumbaditae. Hi extremi doctores Amoraeorum Babylonicorum cum assessoribus et discipulis suis nihil gravius neque sanctius habebant, quam ut opus a R. Aschi LX fere annis ante susceptum perficerent, h. e. ut collectionem Halachot absolverent. Haec collectio vocatur *Talmud Babylonicum* ת' בבלי, neque quidquam ei posterioribus temporibus addi licitum erat. Sanctio Talmud Babylonici s. Gemarae incidit in annum 499, quo anno Rabina mortuus est.

Scholae denique Palaestinenses jam dudum labefactatae erant; sed etiam ibi novissimi Amoraei, ut videtur, Babylonicorum exemplum secuti traditiones ad Halachot pertinentes collegerunt. Haec collectio est *Talmud hierosolymitanum*, תלמוד ירושלמי, rectius ת' של ארץ ישראל vel גמרא דבני מערבא vocatum. Qui collegerint nescimus. (Postremi patriarchae Pal. erant R. Gamaliel V., ejus filius R. Juda IV., Gamaliel VI., post quem nullus patriarcha exstitit).

De *Saboraim* et *Gaonim*, qui posteriore tempore rebus Judaicis operam dederunt, vide suo loco.

Cf. praeterea *Fuerst* (Kultur- und Literaturgeschichte der Juden in Asien), *Frankel* (Hodegetica in Mishnam), *Graetz* (Geschichte der Juden, tom. 3. 4.), *Zunz* (Gottesdienstliche Vorträge).

Dr. Goldschmidt, Rabb. Lips.

אִמְּרָא, אִמַּר *agnus, pecus, ovis.*[170] In Targum scribitur communiter sine Dagesch, et cum litera Jod, אִימַר, sed Esrae libri autoritas docet, esse cum Dages scribendum: כל אימר נמור omnem agnum colore varium, hebr. שה נקד Gen. 30, 32. וכל אימר שחום et omne pecus fuscum, ibid. ואימר ותור וחמר vel agnum vel bovem aut asinum, Jud. 6, 4. באמרא in pecude, Ex. 13, 13. לאימרא חדא pro agno uno, Cant. 1, 14. Plur. אִמְּרִין בְּנֵי שַׁתָּא agnos anniculos, hebr. כבשים Ex. 29, 38. אמרין ארבע מאה agnos quadringentos, Esra 6, 17. ואמרין לעלוָן et agnos pro holocaustis, Esrae 6, 9. מן אמריא de agnis, Lev. 1, 10. לדכרי ולאמרי in arietes et in agnos, Num. 29, 18. Femin. אִמַּרְתָּא *agna,* מִן עָנָא אִמַּרְתָּא de ovibus agnam, Lev. 5, 6. ואמרתא חדא et agnam unam, Num. 6, 14. Plur. כְּבָשׂוֹת redditur in Targ. חוּרְפָן, Ex. 21.

אמרנא idem, Rosch hasch 18 a.

אִמְרָא, אֶמְרָא *ora, fimbria:* על אמרא דלבושוהי super oram vestimentorum ejus, hebr. על פי מדותיו Ps. 133, 2. Munsterus etiam exponit *pharetram* ex Thren 3, 13. sed ibi hodie aliter legitur. Rab. חלוק לבן שאין בו אימרא indusium in quo non est fimbria. Sic R. Jona fertur dixisse, מעולם לא ראו קורות ביתי אמרי חלוקי trabes domus meae nunquam viderunt fimbrias indusii mei. Tam verecundus scil. fuit: להוציא את אומריות ad auferendum fimbrias ejus.

אֲמִיר *mutare.* Sic ponit Munsterus ex Jes. 34, 4. error est: nam דַּאֲמִיר quod ibi legitur est ab אֲמַר *dicere.*

אימירא ἡμέρα *dies:* מילני אימירא dies niger, Talm. hier. ע״ז c. 1 in Gemara.

אִימֵירוֹן, אֲמֵרוֹן *domesticus, cicur, mitis.* Graecum est ἥμερος: oppositum ejus est ἄγριος *silvestris, agrestis.* היה לו כלב אגריון ואריה אימרון fuit ipsi canis agrestis et leo cicur sive domesticus, Ber. rab. s. 77 ad finem, ubi hodie legitur נמירון et sic in Jalkut, s. וישלח. In Ar. in hac radice per א ab initio scribitur: sed in אגר per נ, נמירון, quae lectio non omnino improbanda: nam ארי נמירון potest exponi *leopardus, leopardalis,* a נמר pardus. In eodem Jalkut 99 a Antequam peccaret Adam primus, היה שומע את הקול אימירון audivit vocem domesticam, i. e. mitem ac mansuetam; quamprimum autem peccasset, audivit את הקול אגריון vocem agrestem, i. e. duram et immitem.

אֲמַרְכָּל[171] *praefectus, praepositus pecuniae fisci publici sacri.* R. David II. Reg. 12, 10 et 22, 4 scribit, esse הַגִּזְבָּרִים *thesaurarios, quaestores pecuniis publicis praefectos.* Talmudici inter eos distinguunt. Scribitur et sine א ab initio. Quidam volunt dici, quasi מר על הכל dominus super omnia, ut Aruch ponit, vel אומר כל edicens et praescribens omnia, ut Eliae placet. Conjectura est et allusio, non vera etymologia. Primo ejus usus legitur in Targum: vocales diversimodo adhibentur: ואמנניה אמרכל מהימן et constituam eum praefectum fidum, hebr. ותקעתיו יתד Jes. 22, 23. Sermo est illic de Eljakim, quem constituturus erat dominus principem fidum populo suo. Plur. וִיהָבוּן תַּמָּן כָּהֲנַיָּא אֲמַרְכְּלַיָּא et constituerunt ibi sacerdotes thesaurarios, i. e. quosdam ex Levitis, qui essent thesaurarii, praefecti pecuniis rerum sacrarum, ex quibus diruta et ruinae Templi reparabantur, et vasa sacra comparabantur II. Reg. 12, 10. דִּכְנַשׁוּ אֲמַרְכְּלַיָּא מִן עַמָּא quam collegerant thesaurarii a populo, II Reg. 22, 4. In Hebraeo utrobique est שמרי הסף Custodes liminis. Limen synecdochice est janua et janua pro cubiculo, camera, conclavi, in quo servantur res publicae et communes. Ibi autem sermo est de conclavibus Templi sive atrii templi, in quo septem fuerunt conclavia, in quibus vestes sacerdotum et alia conservabantur. His septem fuerunt praefecti, quorum quisque habuit clavem, ita ut ad ingrediendum omnes istos convenire necesse esset. Hi septem ergo fuerunt quasi cubicularii, camerarii, curam clavium habentes. Sed fuerunt et ejusdem nominis, qui pecunias rerum sacrarum a populo colligebant et ad usus publicos servabant, aut in arcam sive aerarium sacrum inferebant, quod Jehoas ordinavit, 2. Reg. 12. בר מן אמרכליא וארכונין praeter praefectos et principes, Cant. 4, 3. Habuerunt hi alios Levitas officiarios sub se: ואמרכלא דממנא על רברבי לואי et praefectus constitutus super magnates Levitarum, Num. 3, 32. In Hebraeo est נשיא נשיאי principes principum. Principes dicebantur etiam primi, primates, proceres, super alios eminentes. In Jon. hic scribitur אֲמַרְכּוֹל. Sic saepius pro Hebraeo נשיא in Jonath. legitur, ut Num. 7, 11 et 13, 3 et 34, 18 etc. Ap. Talmud. אין פוחתין משלשה גזברין ומשבעה אמרכלין non constituunt pauciores quam tres thesaurarios et septem camerarios: Schekalim c. V. in Mischna. Bartenora hic notat: גזברים ministri erant rerum sacrarum, praefecti exigendis pecuniis capitationis sive tributi in

---

170) אמרא syr. إمرا aries Zodiaci. Item arab. أمرة أمر *agnus, agna.* Ad hanc vocem Bochartus (Hier. 1, 422) „Chaldaeis, inquit, quibus solemne est צ et ע permutare, *lana* est עמר et צמר. Et ab עמר fit אמר, quae licet scriptura diversa, tamen sono tam vicina erant, ut Galilaei inter loquendum confunderent, quod Talmudici testantur in tract. ערובין f. 33 b. Chaldaeum igitur *agni* nomen a *lana* ductum est, quae in matribus quidem villosior est.“ — Jam vero Gesenius recte monet nullam vocem a voce צמר, syr. ܥܡܪܐ derivatam reperiri, quae ab א incipiat; quare verisimilius videtur אמרא deductum esse ab arab. أمر (conj. I. et VI. *multum fecit*), ita ut huic voci אמרא eadem notio insit, quae similibus nominibus עשתר et צאן, quae ex *summa fecunditate* dicta sunt; עשתר enim ab עשר, *dives fuit, abundavit,* syr. et chald. עתר (similiter apud Latinos cohaerent vocabula *pecus* et *pecunia*) et צאן, ut ipse Bochartus memorat, per metathesin ab arab. ضنا et ضنى, *fecundus fuit, multam sobolem habuit.*

171) Relandus (diss. de persicis Talmudicis p. 268): „Ita appellatur, inquit, qui curam clavium habebat, cubicularius. Nomen dignitatis satis notae ex Talmude. Videtur esse persicum أمير كليد *emir calid, praefectus clavi.* Ultima littera tollitur, ut alias saepe fit, et prima א a voce אמר nonnunquam ablata est quae cum أمير idem sonat.“ —

singula capita, item rebus per anathema devotis et aliis sacratis, quae singula in suos fiscos intulerunt. His praestituti erant septem אמרכולין camerarii, qui claves septem januarum habebant, sine quibus priores tres nihil conservare aut in loca sua referre aut inde depromere poterant. His rursus duo alii praefecti fuerunt, קתילוקין catholici, generales dicti: his praeerat vicesacerdos: huic sacerdos: huic rex. Vox אמרכל est q. d. אמר על כל, et arabice vocant magnatem אמיר. Qui fuerunt autem septem isti אמרכלין? faciebant septem claves atrii, quae erant in manibus ipsorum; volens unus aperire, non poterat id nisi praesentibus omnibus. Apertis omnibus januis, ingrediebantur post eos הַגִּזְבָּרִים thesaurarii et eximebant, quae necessaria ipsis erant ad usus publicos. Haec ibi. In Talmud Hierosolymitano legitur sine Aleph, מרכול et מרכל. In Plur. מרכולין.

אֲמַרְלָאֵי *angeli sic nominati, qui ex terra Sodoma emissi fuerunt*, Schab. 67 a.

אַמְרָפֶל *Amraphel*, nomen regis Sinhar, Gen 14, 1. Tria leguntur ipsi fuisse nomina, כוש ונמרוד ואמרפל, Cusch, Nimrod et Amraphel. כוש quia fuit כושי Aethiops niger, נמרוד, quia induxit מרד rebellionem in mundum. אמרפל, quia אמירתו אפלה sermo ejus erat caliginosus, Ber. rab. s. 41.

אמת Diversa hujus formae vide supra in אמה et אמן, pro ratione significationis diversa.[172]

אַמִּיתָא[173] *menta*. Hanc licet in sabbato digitis leviter confricare, odoris excitandi causa, Schab. 128 a. וממשיך אמיתא לתוכן et trahit mentam per ista, Schab. 140 a, glossa מינט"א vulgo. Alias etiam vocatur ניניא et מינתא et אמינתא, unde contractum, אמיתא, Oketzin c. 1.

אֵימָתַי Vide in מתי.

אַמְתַּלְאָה, אַמְתַּלָּא Vide in מתל.

אַתְּקְנַטִּין vox mendosa, ut et אפתנטין, pro אמתנטין de quo vide supra in אות. Ar. sic adducit ex Jelammedenu s. אספה לי שבעים איש Num. 11, 16. sed in nostris libris hodie non reperitur.

אָן *ubi? quo?* Interrogandi vocula: אן הבל אחיך ubi est Habel frater tuus? hebr. אי, Gen. 4, 9. אן מורניתא דמלכא ubi est hasta regis, hebr. אי, I. Sam. 22, 16. וְאָן אֵיזֵיל quo ibo ab indignatione tua, וְאָן et quo me a te vertam? Ps. 139, 7. ואן הוא et ubinam est? hebr. וְאַיּוֹ, Ex. 2, 20 לאן את אזיל ad ubi, i. e. ad quem locum, quo tu abis? Jud. 19, 17. ולאן אתר et quonam loci se recepit amicus tuus, Cant. 5, 17. Quo loci, ut, quo gentium fugiam, apud Plautum. Dicitur et הָאן de quo vide suo loco. Hinc compositum est מְנָּן *unde? ex quo loco?* ומנן את אתי et unde venis, hebr. ומאין Jud. 19, 17. Est ex מִן et אָן, unde punctandum מְנָּן, non מְנָן ut in Venetis legitur. מנן אתון unde estis, Gen. 29, 4. Talmudici manifestius etiam scribunt מְנָאן. Dicitur et מְנַּיִן *unde?* Talmudicis id familiare est, ex מן et אין, unde Hebraei dicunt מֵאַיִן. Est et aliud compositum ap. Talmud. מְנָאלָן *unde nobis*, scil. *constat? unde habemus?* pro מִן אָן לָן, hebr. מאין לנו.

אִין אָן *si*; v. supra אִין.

אנא, אֲנָה, אֲנִי *ego*: ידע אנא scio ego, Dan. 2, 8. ומשבח אנא et laudo ego, Dan. 2, 23. ואני רביית מלכי et ego unxi regem meum, Ps. 2, 6. Plur. דִּי אֲנַחְנָא פָלְחִין quem nos colimus, Dan. 3, 16. Per aphaeresin primae literae, בְּנֵי גַּבְרָא חַד נַחְנָא filii viri unius sumus nos, Gen. 42, 11. Rabbini frequenter etiam dicunt אָנוּ *nos*. אנו אומרים nos dicimus. Talmudici אֲנַן nos.

In lingua hierosolymitana frequentissime aufertur א ab initio, maxime cum servilibus ab initio: ut נָא et ego, pro וַאֲנָא: sic דְנָא, דְּאֲנָא. In plurali נַן pro אֲנַן *nos*: ut מה נן קיימין quid nos stabilimus? de quonam agimus vel disceptamus? Sic cum servili: דְנַן quod nos pro דַאֲנַן, ut כן מה דנן חמיין ההן פולא מצרייא quando nos videmus fabam illam Aegyptiacam, Tal. hier. Schab. c. 5 ab initio.

אִינָא, אִנָּא *is, ille, ipse*: ואינא דשני טולמיא is autem qui odit oppressiones, Prov. 28, 16. וברכתא תהוי לאינא et benedictio erit illi, Prov, 11, 26. Plur. דִּי מַלְכַיָּא אִנּוּן regum istorum, Dan. 2, 44. אנון גרמו להון כל דא ipsi fuerunt sibi ipsis causa totius hujus rei, Eccl. 10, 8. מָה אִנּוּן אִלֵּין quid ista illa, quid sunt illa, Zach. 4, 5. דְאִנּוּן quae ipsa, quae sunt, Zach. 6, 5. In Talmud

---

Extitit nuperrime vir doctus, qui aliam de Amrakel sententiam magis argutam quam veram proposuit. Putat enim hanc vocem metathesi facta et litera ב in מ mutata ortam esse ex voc. ἀλαβάρχης; hanc vero eandem esse quam אברך, quae vox legitur in Josephi historia, Gen. 41, 43. et ab isto habetur pro honorifica Josephi exaltati appellatione. Neglexit autem vir ille doctus, honorificam appellationem subsequi v. 45 צפנת פענח, quae a LXX. rectissime scribitur Ψονθομφανήχ; Aegyptiaca enim est *P. ΣΩΝΤ. P. ΩΝΕΧ.* (= servator vitae). Porro non satis respexit etiam אברך necessario vocem Aegyptiacam esse. Est autem, ut satis notum est, *A* nota imperat., *K* nota II. pers., *BOR* significat *se projicere.* Unde apparet huic voci nihil commune esse posse cum dignitatis nomine Ἀλαβάρχης vel Amrakel.

[172]) Hoc loco notandum est, recentiores lexicographos vocabulum אמת (באמת), quod saepissime in Misna legitur, habere pro gr. ὅμως, *nihilominus, tamen, atqui*, qua particula enuntiatio adversativa introducitur. Ita באמת revera in Misna adhibetur, (cf. Schab. 11a. B. metzia 60a. Kilaim c. 2 saepius.) Jam vero praepositio ב, quae omnibus locis ejus generis cum voce אמת conjuncta est, docet אמת rectius pro nomine haberi. Neque ullo loco באמת aliud quid significat quam *exceptionem* (quae semper per באמת notatur) non posteriore tempore mutatis rebus ortam esse, non seram legis (הלכה, quae אמת cognominatur) mutationem esse, sed istam exceptionem in ipsa lege probatam itaque non minus אמת (veritatem) esse quam ipsam legem. Hac de re etiam Talmudici dicunt כל באמת הלכה הוא, q. e. „ubicunque in Misna באמת reperitur, significat exceptionem ipsa lege (הלכה) contineri;" lex igitur non posteriore tempore mutata est, sed simulatque data est, exceptionem proposuit et probavit. Vides igitur etiam hoc sensu nullam aliam vocem esse quam אמת, de qua in אמן sermo est.

[173]) Haec vox orta videtur ex gr. μίνθη vel lat. menta.

hier. ex proprietate illius dialecti, hic quoque cum servilibus eliditur א: ut דִּינוּן מָרִין quia illi dicunt, pro דאינון אמרין, Talm. hier. Biccur. c. II in fine: דינון יכלין למימר quia ipsi possunt dicere, Schab. 4a. Sic וינון et illi, pro ואינון. Assumit et articulum ab initio, האנון ut alia quaedam pronomina, הָאִלֵּין, הַהוּא et alia. והוה ביומיא האנון fuitque in diebus istis, Ex. 2, 11. Cum aspiratione ה ab initio, הנון הוון isti fuerunt inter rebelles legis, Job. 24, 13. הנון מרגלין דאשלמותא istae sunt margaritae impletionis, Ex. 25, 7 in Jon. Plur. femin. אִנִּין vel הִנִּין, ut ארי חכימן אינין nam prudentes, astutae sunt ipsae, Ex. 1, 19. וחכימן ברעתהן הינין et astutae sunt in animo suo ipsae, Ex. 1, 19 in Jon. הינין תלין עיניהן ipsae suspendunt oculos suos in preces; ומיד הינין מתעניין statim ipsae exaudiuntur, ibid. In Targum hier. ibi est אנון, quasi illud Hierosolymitanis fuerit generis communis. Sic אנון et הנון illae, Gen. 6, 2.

אנב אִנְבָּא vide supra in אבב, pro fructu.

אִינְבָא *lens lendis, excrementa vel ova pediculorum unde pediculi alii nascuntur*: אנבא מתה ברישא בינתא lens mortua in summitate capilli, Nazir 31a. מתחזי אינבא visus fuit istar lendis, Taanis 22b.

אַנְבַּג *quartarius, poculum quartale mensurae communis*, B. basra 58b. לישתי מר אנבג bibat dominus quartale vini asparagini, Kidd. 70a. Dicebatur et אנפק.

אנבול Sic adducitur in Ar: in Gemara legitur ענבל.

אַנְבּוּרְקְרָאוֹת *sarcinae*: אנבורקראות של כלים על כתפיהם sarcinae vestium erant in humeris ipsorum, Talm. B. kama 114b. glossa חבילות. In quibusdam libris legitur אנברקלאות vel etiam אמבורקלין. Ar. vult esse originis Graecae.

אִנְבְּטָאוֹת *cumuli, acervi*. Sic ponunt Munsterus et Guido. In Schemoth rab. s. 12 legitur: ירד הברד והיה עשוי אנבטאות אנבטאות descendit grando et factus fuit cumuli. Glossator scribit, se ex Jalkut didicisse, esse idem quod כותל, גדר *maceria, paries*. Nam grando instar parietis circumdederat castra Israëlitarum, ut nec ipsi exire, nec hostes accedere possent.

אנג אִינְגַּר *parum*, Talm. כמה מרחיקנא מדוכתא פלן אמר ליה אינגר quantum absum a loco isto? dixit ipsi, parum: glossa מעט, Gittin 58a.[174a]

אַנְגְּלָא *angelus*. Graecum est ἄγγελος, unde angelus, Engel. Plurale in Targ. saepius legitur. Absoluta forma esset אַנְגְּלִין. Emph. תְּרֵין אַלְפִין דְּאַנְגְּלַיָּא duo millia angelorum, Ps. 68, 18. Elias legit דאנגלי מרומא angelorum excelsi. Const. וְיִתְנוּן אַנְגְּלֵי מְרוֹמָא et annunciabunt angeli excelsorum coelorum justitiam ejus, hebr. וַיַּגִּידוּ שָׁמַיִם Ps. 50, 5. Sic Ps. 97, 6 et 148, 1. ואנגלי מרומא et angeli coelestes excelsi non sunt mundi coram ipso, hebr. ושמים, Job. 15, 15. ואנגלי מרומא inter angelos coelestes, Ps. 86, 8. לאנגלי מרומא angelos coelestes, Ps. 50, 4.

אַנְגְּלִין Vide infra in אנל.

אַנִיגְרָא[174] *monetae parvae species, quae pro majori commutabatur*: Talm. בדינר אנקא ואניגרא pro denariis anka et anigra, B. metzia 46b.

אַנִיגְרוֹן[175] *cibi vel decocti genus cum herbis et vino aquae immixto*: אניגרון ואכסיגרון. Frequens hoc apud Talm. לול שפן אנגרון אנרדפק Pesach. 112a; glossa, לחש הוא est incantatio. Alibi, אניגרון ואבנגר ותירייקי Schab. 109b. ubi secundum אבנגר significat *colocynthidas*, quam significationem Munsterus male attribuit voci אניגרון. Tertia vox est *theriaca*.

אַנְגַּרְיָא, אַנְגְּרִיאָה *angaria, adactio, coactio ad currendum, ferendum onus, aut faciendum opus publicum principis aut magistratus*. Tale opus facientes dicuntur Graecis ἄγγαροι *angari*: et ἀγγαρεύω *adigo, cogo ad ministerium angarorum praestandum*. Id Hebraei dicunt עשות אנגריא *facere, praestare angariam*; et cum intercedente praepositione, עשה בו אנגריא fecit in vel cum eo angariam, i. e. ejus ministerio vel opere ad angariam usus fuit. De graeco ἄγγαρος vide appendicem Henrici Stephani in Thesaurum suum linguae graecae. Inde ἀγγαρεία officii servilis publici praestatio, quod fere inviti et coacti faciunt, qui faciunt. Nomen ἄγγαρος dicuntur Graeci, Suida teste, a Persis accepisse, unde postea alias efformarunt. A Graecis Hebraei a tempore Christi mutuarunt nomen אַנְגַּרְיָא, cujus frequens apud Talmudicos et communes Rabbinos usus est, qui ex sequentibus patebit. Legitur de quodam R. Eliesare, cui cum magnae divitiae a patre relictae essent, tamen accepto vasculo farinae mundae in humeros suos, longe lateque peregrinatus est ad scholas varias, ut legem disceret, i. e. studium verbi divini prosequeretur: פעם אחת מצאוהו עבדיו ועשו בו אנגריא quadam vice inciderunt in ipsum (in itinere) servi ipsius (non agnoscentes scil. ipsum) feceruntque cum ipso angariam, i. e. adegerunt ad opus diurnum principis praestandum. Glossa: אנגריאה i. e. עבודת שר העיר opus principis urbis, Joma 35b. Item או שנעשית אנגריא aut qui factus fuerit angaria: B. metzia 78a in Mischna. Sermo est de asino ad iter simpliciter conducto et factus fuerit angaria, i. e. eo ad opus servile publicum usus fuerit conductor, tunc tenetur abusum domino suo compensare. Distinguit ibi Gemara בין אנגריא חוזרת inter angariam redeuntem, i. e. ordinariam, quae saepe solet

---

[174a]) V. notam p. 42.

[174]) Haec vox derivanda videtur a נגר „fluere factus, fusus, effusus, ad fluendum compulsus est." (Similis locutio apud Germ.: ein Kapital flüssig machen). Omnino radici נגר inesse videtur notio dissecandi, in particulas dissolvendi (ita Graeci ejus modi numulos κερμάτια a verbo κείρειν, nos Scheidemünze vocamus). Hac de re in Talm. et Targ. נַגָּר de eo, qui opus aliquod in particulos dissolvere potest, i. e. *artifex, opifex*, vel de eo, qui quaestionem aliquam accuratissime, in minimas particulas dissecat et explicat (ut Graeci λύειν, Latini *solvere*, nos *lösen*), i. e. de *viro docto*. Cf. Aboda s. 50, 6. לית נגר בר נגר דיפרקיניה, ubi de tali artifice verbum פרק adhibetur, quod ex nostra sententia verbo נגר similem notionem praebet.

[175]) Videtur esse gr. οἰνόγαρον, h. e. puls quaedam (γάρον), ad quam conficiendam vinum adhibebatur. V. quae de simili voce ὀξύγαρον scripsimus.

praestari, ובין אנגריא שאינה חוזרת et inter angariam non redeuntem, i. e. extraordinariam operam. Item: מפני מה נענש אברהם אבינו ונשתעבדו בניו למצרים ר״י שנים מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנאמר וירק את חניכיו ילידי ביתו i. e. Quare punitus fuit Abraham pater noster, ut in servitutem redacti fuerint liberi ejus in Aegypto ducentos decem annos? Propterea quod exercuit angariam cum discipulis sapientum, sicut dictum est:. et armavit tyrones suos, natos domi suae, Gen. 14, 14. Nedar. f. 32a. Per Tyrones intelligunt institutos et imbutos a se in lege domini, quibus serviliter abusus fuit ad militiam. Item: מפני מה נענש אסא מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנ׳ והמלך אסא השמיע וגו׳ quamobrem punitus fuit Asa? propterea quod fecit angariam cum discipulis sapientum, sicut dictum est: et promulgavit rex Asa in toto Jehuda etc. 1. Reg. 15, 22. Glossa, אנגריא i. e. עבודת המלך opus regis: Sota 10a. R. David in Comm. 1. Reg. 15, 22. אין נקיא שעשה אנגריא לתלמידי חכמים ומפני זה נענש וחלה וכו׳ nemo erat immunis. Fecit enim angariam omnibus sapientibus et propterea punitus fuit rex Asa et aegrotavit ex pedibus suis, eo quod ad serviles operas hasce abusus fuerit discipulis sapientum. Item: דוד אביך פרץ פרצות בחומה כדי שיעלו ישראל לרגל ואתה גדרת אותם כדי לעשות אנגריא לבת פרעה David pater tuus rupit rupturas in muro, ut ascenderent Israëlitae ad festum magnum: tu vero (rex Salomon) obsepivisti eas, ad faciendum angariam filiae Pharaonis, Sanh. 101b. David fecerat rupturas in muro, i e. complures aditus fecit populo, ut magno numero commodius possent intrare urbem et ad tria magna festa, juxta legem, in templo comparere: tu vero rex Salomon, obstruis istos aditus, ne populus accedat, abuterisque filia Pharaonis quasi ad servile opus, ut sedeat in porta et omnes transeuntes ei honorem exhibeant, operas suas offerant et tributum singuli pendant. Hinc quidam אנגריא hoc loco explicarunt *tributum*, et sic Gerson in sua versione germanica. His possunt illustrari loca Evangelistarum, ubi verbo hoc utuntur: ut Matth. 5, 41. Quisquis te ἀγγαρεύσει ad miliare unum etc. Matth. 27, 32. Hunc ἠγγάρευσαν angariaverunt ut portaret crucem. Marc. 15, 21. Praeterea ἀγγαρεύουσι angariaverunt praetereuntem.

בְּאַנְגַרְיָא *coacte, invitus*: לא עשה את המצות באנגריא אלא בשמחה non fecit praecepta coacte, vel invitus, sed hilariter et lubens: Item לא עשה באנגריא אלא מיד non fecit coacte, sed subito, Medr. Till. Ps. 112.

אנגרוטינא *species tributi, idem quod* הֲלָךְ: In Ber. rab. s. 64. In textu scribitur אברוטינה, quod corruptius. In glossa priori modo. In Jalkut 33a אנגרוטנא.

אַנְגַרְבָטִים *bajulus, gerulus*. Videtur esse Graecum ἀγγαρευτής. Adducit B. Ar. ex Pesikta.

אנגרמוס *praefectus mensuris*, glossa ממונה על תיקן המדות ויש בידו להלקות ולהעניש מעוותי המידות qui praefectus est inspectioni mensurarum et potestatem habet puniendi falsantes eas, Μετρονόμος. Talm. hier. B. bathra f. 15a. b c. V.

אנד אַנְדוּכְתָרִין *folia, tabulae, lintea aut similes res, in quibus scriptura pingi, aut penicillis figurari potest*: אבל לא בכתב שעל גבי כיפא ואנדוכתרי sed non cum scriptura, quae sit in saxo aut peplo muliebri, Talm. Gitt. 20a Sermo de libello repudii, qui tali modo aut forma confici non debet. Hinc Munsterus *penicillum* interpretatus est.

אַנְדְסְקִין *notarii caesarii*: vide דסק.

אַנְדְיפָא, אַנְדִיפֵי[176] *frons: tempora, latera capitis ab utraque frontis parte*: Talm. המוציא סיד כדי לסוד אנדיפי afferens calcem, ad illinendum eam temporibus, ad inungendum tempora, ut scil. pili defluant, Schab. 78 in Misna. In Gemara postea subjicitur: מאי אנדיפא אפותא quid est andipha? frons, f. 80b. *Significat tempora inferiora*, (quam partem alias vocant בֵּית צִדְעָא) ubi minutiores pili prodeunt, quos solent puellae linimento erodere. Hoc in sabbatho facere, prohibitum est. Hinc Munsterus explicavit: Ornamentum quod adhibetur temporibus faciei.

אנדיקוס Vide supra in אגר, in אגריקוס.

אנדיתיקום Vide in ordine אנט.

אַנְדְרוֹגִינוֹס *androgynus*, ἀνδρόγυνος, q. d. *masmulier, marifemina, mas pariter et femina, utriusque sexus signum habens, Hermaphroditus*. De horum juribus multa passim in Talmud traduntur et summatim in fine Seder Serahim. De Adamo primo scribunt: בשעה שברא הקב״ה את האדם הראשן אנדרוגינוס בראו הה״ד זכר ונקבה בראם i. e. qua hora creavit Deus benedictus Adamum primum, androgynum creavit ipsum, sicut dictum est: „Marem et feminam creavit eos," Gen. 1, 27. Ber. rab. s. 8 in princ.: Vaj. rab. s. 14 in princ. תיבה אנדרוגינוס „dictio androgynos, quae est masculinae et femininae formae," I. Sam. 6, 12 in R. Salom. Vide et clavem nostram Masorethicam.

אַנְדְרַטָא, אַנְדַרְטָא *statua, simulacrum virile*. Dicunt et אַנְדְרָטִין forma singulari: גחנין לאנדרטא incurvant se statuae. Esth. 3, 2. והוה גחין לאנדרטא fuitque procumbens coram statua, ibid. ולאנדרטא די הקים et coram statua quam erexit, non procubuit, v. 4. Plural. אָרוּם אֵין מָרְדְכַי גָחִין לְאַנְדְרַטַיָא quod Mardochaeus non procumberet coram statuis, v. 5. Melius legitur singulariter לְאַנְדְרַטָא, ut in praecedentibus. Apud Rabb. frequens ejus usus est: et ex altera forma. אמר המלך אנדרטין אני עושה אותה dixit rex: statuam ego facturus ex eo, Ber. rab. s. 8. Postellus hic reddit ἀνδρώτιον, h. e. statiunculam humanam.

אַנְדְרִיאַנְטוֹס *idem*. In Schem. rab. s. 51. „Similis est haec res homini, qui odio prosequebatur regem et quaerebat dominari super ipsum: sed non poterat. Quid fecit? הלך אצל אנדריאנטוס להפילו ivit ad statuam regis et voluit dejicere eam, sed timebat ne occideretur a rege. Quid ergo fecit? Accepit stylum ferreum et suffodit parietem, dicens, מתוך שאני מפיל את הכסים אנדריאנטוס נופל dum ego corruo fundamentum, concidet quoque statua vel effigies (super illud scil. posita). Hoc idem est cum אדריאנטוס, de quo supra. In Schem.

[176] Videtur ortum esse ex gr. ἀντωπός; τὰ ἀντωπὰ enim sunt pars antica faciei, (frons).

rab. s. 27. Simile hoc est avi, qui fugit ab aucupe, ונפל לתוך ידו של אנדרואנטיס et incidit in manum statuae. Id videns auceps, incepit ei illudere, et dicere: quam egregia est fuga, quam arripuisti? Guido hic exponit *falconerius*. Glossa איקונין של מלך statua, simulacarum regis. Est ex Graeco *ἀνδριάς, ἀνδριάντος* unde *ἀνδριάντα χρυσοῦν ἔκτισεν* statuam auream erexit.

אַנְדְּרִיאָנוּס *Adrianus*. Tanchuma in Gen. 6, 1. Idem quod אדריאנוס.[177] Sic dicitur **אַנְדְּרוֹנָא** et **אִדְּרוֹנָא**.

אַנְדַּרְלוֹמוּסִיאָה *pestis, pestilentia*. Corruptum graecum est ex *ἀνδρὸς* et *λοιμὸς*. Apud Rabbinos, בכל מקום שאתה מוצא זנות אנדרלומוסיאה באה והורג הטובים והרעים in quocunque loco invenis scortationem, ibi pestis venit et occidit bonos et malos, Ber. rab. s. 26. Rab Salom Gen. 6, 13.

אַנְדְּרוֹנָא[178] *coenaculum, conclave, camera,* idem quod אדרונא de quo supra: כאינדרונא מעליתא sicut camera superior, Menach. 33 b. Graece *ἀνδρὼν* andron, conclave virorum.

אַנְדְּרְפְּטָא *avis nomen*, Talm. Pro ט etiam est ת, ut saepe hae literae commutantur. Scribitur אנדריפטא, quod docet esse cum Chirek in medio, non Pathach, ut Munsterus notavit. Duplicis generis fuit, שבור אנדריפטא quae ad esum licita: פירח אנדרפטא quae vetita fuit: Cholin 62 b.

אַנְדְּרוֹפִּיקוֹס *hydropicus*. In Jalkut in Jobum, in illud: „et appendit aquas in mensura", Job. 28, 25. Homo constat ex dimidia aqua et dimidio sanguine. Quamdiu juste vivit, non plus est aquae in homine, quam sanguinis. Quando peccat, tunc vel aqua exuberat, ונעשה אנדרופיקוס et fit hydropicus, vel sanguis superat aquam, ונעשה מצורע et fit leprosus, quomodo dicitur אדם quasi אודם.

אנה

אֲנָה *ego:* vide supra in אנא.

אָנָה *ubi*. Apud logicos, *Praedicamentum ubi*, ut in More et alibi.

אָנָה *decipere, defraudare:* **נִתְאַנָּה** *decipi, defraudari*, Talm. et Rabb. בין שנתאנה שוכר בין שנתאנה משכיר sive deceptus sit conductor, sive deceptus sit locator: המתאנה יכול להחזיר החפץ ולא יקנה כלל deceptus (a venditore) potest restituere rem emptam et non emerit quicquam, i. e. et emptio habetur pro nulla re, ac si plane non emisset.

אוֹנָאָה *deceptio, defraudatio, maxime in emendo*

---

177) Adrianus. Nisi tempus, quo hic imperator vixit, recte perspexerimus, plures locos in Talmud et Midr. intellegere non poterimus; quare necesse videtur de eo pauca exponantur. Hadrianus qui Trajano (טוריינוס q. v.) successit a. 117 p. Chr., a. 47 post Hierosolyma a Tito diruta, ab initio Judaeis favere videbatur; quid? quod R. Josua b. Chananja, archisynagogus (ארכלומטקים) et Pappus et Lulianus fratres Trajano imperante capitis damnati sed a morte liberati (Tanith 18b) templum Hierosolymitanum restituere coeperunt (Ber. rab. 64). Mox vero, mutato imperatoris animo opus inceptum turbatum est, id quod Judaeorum animos vehementissimo offendit. In planitie Bet (s. Hadad) — Rimmon (הדד רמון בבקעת מגידון, quae et בקעת ידים, (Elia rabba 30) propter duo flumina diversa [ידים] vocabatur, quae sec. Hieron. in Zach. 12, 16 posteriore tempore Maxianopolis dicta est; v. רמון) populus congregatus paene tumultum fecisset, nisi R. Josua b. Chananja, vir mitissimus animos placasset. Seditio vero per R Akibam, qui R. Josuam secutus est, ejusque sectatores (ad numerum XII. vel ut alii dicunt XXIV. mill.) commota duce Bar Kochba (proprie ב' כוזיבה q. v., a patria Kosiba dicto) exarduit, postquam conjuratorum numerus 400,000 (Dio Cassius narrat 580,000) factus est. Incepit seditio in oppido Tur Malka, טור מלכה (a Maccabaeis in monte Ephraim condito), quum Tinnius Rufus (a Rabb. טורנוס רופוס „Tyrannus Rufus" appellatus) in Palaestina esset, sec. Chron. Euseb. a. XVI. imperatoris Hadriani = 132 p. Chr. Per tres annos et sex menses Judaei seditiosi secundo Marte pugnabant (Medr. Thren., Hieron. ad Dan. 9); a. 136 finitum est bellum Betar oppido capto, postquam Hadrianus Julium Severum, qui antea Brittaniae praefuerat, in Palaestinam misit. Quomodo B. Kochba mortuus sit nescimus (alii narrant a Romanis eum interfectum, alii a serpente ictum esse). R. Akiba ejusque sectatores a Romanis occisi sunt. Praeter eos qui vel fame vel igni interierunt, Dio Cassius narrat plus 500,000 hoc bello interfectos esse; et Romani paene totidem milites amiserunt. — Illo tempore Judaei libertatem politicam prorsus perdiderunt et metropolis ipsorum, Hierosolyma mutato nomine (Aelia Capitolina appellata sunt) Jovi Capitolino consecrata et a Phoenicibus Syrisque colonis habitata sunt. Sed et religio Judaeorum delenda videbatur, ut haec gens plane exstingueretur. Hac de re Hadrianus Judaeos circumcidi, Sabbata celebrari, legem recitari, alia id genus fieri vetuit sub mortis poena; ne mortuos quidem humari licitum erat; atque hoc videtur causa fuisse libri apocryphi *Tobit* conscribendi, quem hebraice (h. e. ea dialectu, quae Rabbinis in usu erat) scriptum esse eo consilio ut Judaeos ad sepeliendos mortuos neglecta etiam vitae cura cohortaretur, nonnulli viri docti obtinent. Etiam liber *Judit* (מגלת שושן) hoc tempore scriptus esse videtur, qui Judaeos ad seditionem concitaret. Dubitari nequit, quin *Aquila* (v. עקילוס), discipulus R. Akibae (ut multi libri Rabb. et Hieron. in Jes. 3, 14 probant) eo tempore Scr. S. in linguam graecam transtulerit.

178) Vide annot. ad אדרון.

*) אנטיגנוס, Antigonos Sochaeus (h. e. Sokho ortus) successor Simonis Justi (Mass. Aboth. 1, 3). Sententiam ejus primariam vide l. l.; magister erat Zadoki et Boethusi (v. Avoth R. Nathan 5), a quibus Sadducaei et Boethusaei originem duxerunt.

*) אנהרותא et אנהורי v. in נהר.

*) אנטובין vel אינטובין Buxt. in Spicilegio hanc vocem addidit scribens: „species herbae amarae, lactucae, Talm. hier. Kilaim c. 1. אנטובין autem corruptum puto pro אנטובין cum ב et esse latinum *intubus* v. *intubum*. Nam sic explicatur vox nota חזרת."

et vendendo: ומחזיר אונאה et reddit (emptor) deceptionem, i. e. rem qua deceptus fuit: vel venditor reddit tantum pretii, quanto defraudatus fuit emptor: יש לו אונאה habet defraudationem, potest jus defraudationis praetendere, et retractare vel rescindere contractum: אונאה אין להם ביטול מקח יש להם defraudationis jus non habent: cassationem emptionis bene habent, i. e. non possunt praetendere se defraudatos esse, possunt tamen rescindere contractum: לעולם יהי אדם זהיר באונאת אשתו שמתוך שדמעתה מצויה אונאתה קרובה semper sit homo cautus de fraude uxoris suae: quando enim lacrymae ejus prodeunt, tunc fraus ejus proxima est, B. metzia 59a. שלשה אין הפרגוד ננעל בפניהם אונאה וגזל וע"א tria sunt ante quae non clauditur cortina (i. e. quae obducta cortina celari non possunt coram Deo) nempe „defraudatio, rapina et idololatria", ibid. Ad ea nunquam convivet Deus, sed perpetuo istorum ultor existit. Raf Chasda dixit: כל השערים ננעלים חוץ משער אונאה omnes portae claudi possunt (coram Deo) excepta porta defraudationis, ibid. Deus convivere potest ad omnia peccata, sed defraudatio nunquam celari potest, semper in conspectu Dei exposita est, ut eam puniat. Talibus prisci voluerunt dehortari suos ab hoc vitio.

אוּנְיְתָא, אוּנָיוּת *Idem.* De his vide quoque in ינה.

אִנּוּן ,אִנְהוּ *ille, ipse et* pluraliter, *illi, ipsi*: אִנְהוּ אַטְעִיוּ ipsum seduxerunt, Eccl. 7, 30. In Targ. rarum est, sed Talmudicis frequentissimum: אמר אנהו נמי dixit ipse quoque. אנהו לא חזו illi non viderunt. שקלי אינהו עפרא accipiebant ipsi terram. Plur. femin. אִנִּין pro אִנְּהֵין. Pro eodem dicunt et נִנְהֵי pro נִנְהֵין, per usitatam apocopam. Videtur autem אינהו esse compositum ex אי et הוא, ut Nun sit epentheticum. Vide et supra in איה.

אנח אִתְאַנַּח *gemere, ingemiscere, suspirare.* Praeter. אִתְאַנַּחוּ כָּל חָדֵי לִבָּא ingemiscant omnes, qui fuerunt laeto animo, Jes. 24, 7. Contracte וְאִתְּנַחוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל et ingemuerunt filii Israël, pro וְאִתְאַנַּחוּ, ut habet Jon., Ex. 3, 23. Partic. עַל מָה אַתְּ מִתְאַנַּח quare tu ingemiscis, Ezech. 21, 7. דַּהֲווֹ מִתְאַנְּחִין qui fuerunt gementes, Jes. 21, 2. Fem. בְּרַם הִיא מִתְאַנְּחָא idcirco ipsa gemit, Thren. 1, 8. Imper. וְאַתְּ בַּר אָדָם אִתְאַנַּח tu autem fili hominis, ingemisce, Ez. 21, 6. Fut. תִּתְאַנַּח בְּעֵינֵיהוֹן gemes in conspectu ipsorum, Ez. 21, 6. נתאנח עמא gemit populus, Prov. 29, 2 cum litera נ formativa, more Syro.

אַנְחָא *gemitus, suspirium:* Plur. אֲרוּם סַגִּיאוּ אַנְחָתִי propterea multa sunt suspiria mea, Thren. 1, 22.

תְּנַחְתָא *idem.* Absoluta forma feminina fuit תִּינְחָא quod potuit magis regulariter esse תִּינָחָא; literis א et י commutatis, ut communiter in hac forma. Inde forma emphatica תִּינַחְתָא unde factum תְּנַחְתָא per faciliorem pronunciationem: דְּוָנָא וְתִינַחְתָא moeror et gemitus, Jes. 35, 10. Sic Jes. 51, 11. Ez. 2, 10. מן קל תנחתי prae voce gemitus mei, Ps. 102, 6. תינחתי תעול gemitus meus accedit, Job. 3, 24. ותינחתי et gemitus meus a te non est absconditus, Ps. 38, 10. אשתלהת בתינחתי defessus sum in gemitu meo, Ps. 6, 7. לאיתי בתינחתי idem Jerem. 45, 3.

תּוּנְחָא *idem:* על תונחתי propter gemitum meum, Job. 23, 2.

אֲנַחְנָא *nos:* vide supra in אנא.

אַנְחוּתָא Vide in נחת.

אנט אַנְטִיגְרְפָא *exemplar, scriptura descripta, copia literarum: chirographum.* A Graeco ἀντιγραφή vel ἀντίγραφον. Munsterus interpretatur „scripturam scriptam calamo Gripheo." Error. Item scribit idem, „Contradictio". Non sic, sed *rescriptio, contrascriptio, descriptio.* In Ar. est „scriptura descripta calamo, qui vulgo vocatur גרפיא"ו." Vox est Gallica, *greffe* calamus, unde *greffier* scriba, non Gryphus avis. הב לי אנטיגרפא da mihi scripturam, chirographum, Ber. rab. s. 67. דין הן אנטיגרפא haec est scriptura, hoc chirographum tuum, ibid. In Aruch legitur אנטיגרפין quod puto legendum אנטיגרפון.

אַנְטִידִיקוֹס ἀντίδικος *adversarius, actor, accusator.* Scribitur et אנטידיכוס corrupte. In Ber. rab. sect. 82. Quando Deus judicat populos mundi, sedens judicat, et accurate considerat judicium, ac producit judicium, ואחר כך הוא נעשה אנטידיקוס כנגדן et postea fit adversarius vel actor contra eos. In Deut. rab. s. שופטים (non sunt hic sectiones numeris distinctae): audivi, quod si judex velit jubere, להושיב האנטידיקן ut sedeat adversarius, יושיב jubet sedere. In Medr. Esth. c. 1, 12. corrupte legitur אפילו אנדיתיקוס של בית אבא לא נידונו ערומים ut: etiam adversarii domus patris mei, non judicantur nudi.

אנטיטיה. Vide mox in אנטוכיא.

אַנְטְיוֹכְיָא ,אַנְטוֹכְיָא[179] *Antiochia:* מעלך לאנטוכיא dum ascendis vel is Antiochiam, Num. 13, 22 in Jonath., pro hebr. חֲמָת. Sic וית אנטוכיא et Antiochiam, Gen. 10. 18 in Targ. hier. pro hebr. ואת החמתי. Ap. Talm. עבדי מכרתיהו לפלוני אנטוכי לא יצא לאנטוכי שבאנטוכיא יצא servum meum vendidi Simoni Antiocheno, non valet: Simoni Antiocheno qui Antiochiae habitat, valet, Gitt. f. 44 b.

אַנְטוֹכִי *Antiochenus,* qui natus est Antiochiae et potest alibi habitare.

אַנְטִיוֹכוֹס *Antiochus,*[180] אנטיוכוס הרשע Antiochus impius. Sic vocant eum qui Graecis Antiochus ἐπιφανής illustris.

---

[179]) Antiochia non est Hamat; haec enim urbs posteriore tempore Epiphania, nunc Hama vocatur. V. suo loco. Jonathan vero pro hebr. חמת scribit 'א, quia Antiochia (Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνης s. ad Orontem) a Seleuco Nicatore condita maxima Syriae urbs erat, ut antea Hamat. (V. quae scripsimus ad אלכסנדריא).

[180]) Antiochus Epiphanes etiam קיסר *Caesar* appellatus. V. Gitt. 57 b. Echa rabb. 67 d. 68 a. ubi historia matris et septem filiorum ex II. Macc. satis nota refertur. Fortassis M. Taanit 4, 6. Antiochus dictus est אפוסטמוס (Ewald, Gesch. d. V. Israel, tom. 4 p. 381 ed. III.)

*) Buxt. in spicil. addit אַנְטִיכְרֵיסִיס ἀντίχρησις, Graece *mutuus usus.* In Talm. hier. B. metzia c. 5. הרא אנטיכריסים רבית הוא haec ἀντίχρησις species usurae est. Antichresis apud Jureconsultos est, quando creditori debitor

אַנְטִיכִי *lebes ex aere*: אנטיכי אפעפ"י שגרופה לא שותין ממנה lebes etsi extersus sit, non tamen bibunt ex eo, sc. in sabbatho, Schab. c. 3 in Mischna. Munsterus scribit אנטיכי prave.

אַנְטַל *quartarius, mensurae nomen*: איזהו אנטל זו רביעית תורה quid est antal? quartarius legis, Tal. B bas. f. 58 b. Originis graecae esse videtur: nam *ἀντλέω*, *ἐξαντλέω* haurio, exhaurio: *ἄντλημα* haustorium, vas hauriendi. In glossa scribitur אינטל.

אַנְטְלְיָא *ἀντλία, situla, haustrum, antlia,* ut apud Martialem, „Curta laboratas antlia tollit aquas.“ Alibi est „Gutturnium, unde lavantur manus“ et sic possit esse a נטל lavare manus. Utrumque hoc legitur in Comment. R. Sal. in Machschirin c. 6. עלמא מדמי לגלגלא דאנטליא דמילי מתרוקן ודמרוקן מתמלא mundus hic similis est rotae sitularum (h. e. multas situlas vel haustra multa habenti:), quod plenum est evacuatur (dum sc. rota circumagitur) et quod vacuum est, impletur, Vaj. rab. s. 34. Sic in hoc mundo unus ascendit, alter descendit, qui nunc in honore versatur, mox deturbatur, qui hodie dives est, cras fit pauper et contra. Plur. אנטלין *haustra.*

אַנְטְלָר *praefectus, praepositus, curator, procurator.* In Talmud hier. lib. Sanh. c 2. ואנטלר בשבועה et curator per juramentum? glossa אפיטרופוס. Graecis *ἐντέλλω* faciendum injungo, mando, praecipio. *ἐντελεῖς* i. e. *οἱ ἄρχοντες.*

אַנְטִימִיסִיוֹן *dignitas, honor, honoratio; ἀντιτιμάω vicissim honoro. ἀντιτίμησις mutua honoratio vel aestimatio. Τίμησις* honor, honoris delatio.

אנטיגייא. In Talm. hier. M. Katon c. 3. מהו בלנרי נשים quid sunt balneateria mulierum? Rabbini Caesarienses dixerunt אנטיגייא.[181] Glossa non explicat. Ibidem in Kilaim c. ultimo legitur pro eo אנטיטיה.

אַנְטוֹנִינוֹס *Antoninus,*[182] imperator Romanus sic dictus.

אוֹנְטוֹס *sic, ita, ad hunc modum, vere, omnino.* Aruch scribit אנטוס sine Vav. In Vaj. rab. s. 33 in illud הַצְדָא שַׁדְרַךְ omnino, vere Sedrach Meschach et Abednego etc. Dan. 3, 14. מהו הצדא אנטוס quid est הצדא? Rabbi Abba dixit, אנטוס. Graecum est *ὄντως vere, revera.* Sic et Aben Esra exponit הצדא, i. e. האמת הוא כבא *vere* ita se res habet. Munsterus omisit.

אַנְטִיפַּטְרוֹס[183] *Antipatris, Ἀντιπατρίς;* nomen urbis in Palaestina, ab Antipatro, Herodis patre, nomen sortita. Unde in N. T. milites dicuntur Apostolum Paulum duxisse *ἀντιπατρίδα*, Antipatridem, Actor. 23, 31.

אַנְטִיפָּטֵר *Antipater,* cujus nominis plures fuerunt Dicunt etiam אַנְטִיפַּטְרַס pro eodem.

אַנְטִיפַּטְרִי *Antipatriensis.* Fem. נתר אלכסנדרית ולא אנטיפטרית nitrum Alexandrinum et non nitrum Antipatriense, Tal. Nidda 62 a. Pro eo prave legitur אנפנטרין in Schab. 90 a transpositis literis פ et ט.

אַנְטִיפָרִיס *Antipatris,* urbis ejusdem nomen, ut ante: מעכו עד אנטיפרים ab urbe Acco usque ad Antipatrida, Ber. rab. s. 61.

אַנְטִיפַּטָא, אַנְטִיפָתוֹס, אנטפיתא *praefectus,* alium tamen superiorem habens. Ar. eum facit tertium a rege. אנטיפתא דקיסרין praefectus Caesareae. Legitur in Talm. hier. Berach. c. 5 et Medr. Kohel. c. 3, 6 et 11, 1. Est Graecum *Ἀνθύπατος Proconsul,* qui consulis vicem gerit, ut Act. 3, 7. 12.

---

praedium aliquod pignori dat cumque eo paciscitur, ut donec pecunia solvatur, creditori re uti et inde fructus suos facere liceat, in vicem usurarum. Haec et inter Christianos in Jure Canonico tamquam usurae species est prohibita.

181) Buxtorfius B. Aruch secutus locum Talmudicum supra laudatum intellexisse non videtur. Cogitari nequit vocem בלנרי, in Misna et Talm. usitatissimam, voce אנטיגיא, quae multo rarius legitur, cujus radix non facile perspicitur, explicari. Neque dubium est, quin מהו *pron. relat.*, non inter. sit, ita ut accuratior vestium illarum descriptio adponatur: vestes, quae אנטיגייא, h. e. *ἀνθινὰ* (*ἱμάτια*) sunt, vestes, in quibus flores picti sunt, quales meretrices Veneri sacrae gestabant (cf. Hermann, Lehrb. d. Antiqu. 3, 29). Etiam Veneri balneas sacras fuisse compertum habemus ex Aboda sara 44 a. — Ex hac sententia אנטיגיא est forma plur. emph. (respondens plurali בלנרי); forma sing. esse debet אנטינא v. אנטינה, quam revera reperimus, quando in *Sifri* (sect. ראה) pro אבטינא (vel etiam אבטינה, ut in nonnullis libris est), quod explicari nequit, legimus אנטינא. Satis enim notum est, litteras ב et נ a librariis haud raro confundi. Hanc emendationem rectam esse, eo verisimilius est, quod lexicographi antiquiores vocem אבטינה in lexica non receperunt.

Dr. M. Landsberg.

182) In Talm. et Midr. plures viri hujus nominis memorantur: 1. א' רבה Antoninus major (Midr. Koh. 10, 5) = Antoninus Pius; 2. א' זעירא Antoninus minor (ibid. in versu qui incipit כשגגה) = Antoninus Commodus, prioris nepos; 3. saepissime occurrit אנטונינוס nullo alio nomine apposito. Hic apparet fautor Rabbi, qui propter Misnae collectionem insignis est. Viri docti dubitant, quis imperatorum Romanorum intellegendus sit. Notissima sententia et argumentis multis fulsa est, quae legitur in: Ersch und Gruber, Encyclopaedie (Sect. II. vol. 27 s. v. Juden), ex qua Heliogabalus intelligendus est. *Rapaport* tamen subtiliter et docte (in appendice ad Erech Millin) demonstravit, istam sententiam prorsus falsam esse. Quicunque opinione praesumpta non ducitur, concedet Rapaport recte de hac re judicasse, illumque Antoninum necessario M. Aurelium Antoninum esse.

183) Haec urbs ab Herode M. condita in memoriam patris Antipatri in planitie haud procul a mari inter Hierosolyma et Caesaream eo loco sita erat, quo antea *Καφαρζαβᾶ*. Ibi R. Akiba (Midr. prov. 9, 1) a discipulis suis sepultus est, quamvis Hadrianus vetuisset Judaeos sepeliri (v. s. אנדריאנוס).

*) אַנְטִיקִירוֹס n. pr. gentis; ita ponitur pro n. gent. מעכתי Deut. 14, 14. Nonnulli volunt graecum esse (*ἀντικύριος = ἀντίθεος, impius*) conferuntque sententiam rabb. (Ber. r. s. 57), quae nomen מעכתי a verbo מעך *fricuit, contrivit* ducit, ut sit *gens conterenda.*

אַנְטִיקֵיסָר *Vice-Caesar, Caesaris locum tenens, vicarius, gubernator aut praefectus:* הוא ואנטיקיסר שלו ipse et vicarius ejus, Ber. rab. s. 53. ומלך בבל אנטיקיסר שלו היה יושב בירידו et regis Babyloniae gubernator residebat in Jericho, Ber. rab. s. 35. in fine. Glossa, פקיד *Praefectus,* משנה *secundarius, vicarius*

אַנְטְרִידָנָאֵי *nomen gentis,* Gen. 10, 18 in Targ hier. pro hebr. הָאַרְוָדִי.[184]

אבי אוּנְיָיקִי *nomen proprium regionis, quae a Tubal originem coepit:* inde apud Talmudicos, חובל זה בית אונייקי „Tubhal" Gen. 10 „est Beth Unjaki," Joma f. 10a. גבינות בית אונייקי casei Unjakini, sc. prohibiti sunt.

אֲנִיצִין Vide infra אנץ.

אנך אוּנְכָא *onyx, lapis pretiosus:* כנשין אונכין ומרגלין colligentes onychas et margaritas, Num. 33, 8 in Tar. Jonath. In Gemara scribitur איגך et a R. Salom. explicatur נופך *carbunculus:* ע"ץ f. 8b.

אנל אַנְלִיגִין *pulpita, quibus libri imponuntur:* Aliis *theca, sacculus ex corio, cui liber includitur:* Tal. Kelim c. 16. Quidam libri habent אַנְגְּלִין, alii legunt אַנְלִיכְגִין.[185]

אנם אִינוֹמְלִין οἰνόμελι *vinum melle conditum, vinum mulsum: potus ex vino, melle et pipere, secundum Hebraeos:* איזהו אינומלין אינומלין יין ודבש ופלפלין quid est Inomelin? Inomelin est vinum, mel et piper, ע"ץ f. 30a. ועושין אינומלין בשבת faciuntque vinum mulsum in sabbatho, Schab. 39b in Mischna. Aruch notat, in quibusdam libris legi ייגומלין, quod esset compositum ex Hebraeo et Graeco, inusitate. R. Salomo barbare exponit פושן *infusum.*

אנן (אֲנַן) *maestum, tristem esse, lugere, maerere, plangere ob mortuum:* לִבְּהוֹן דְחַכִּימַיָא אָנִין cor sapientum maeret (propter vastationem domus Sanctuarii,) Eccl. 7, 4. Rabbinis verbum usitatissimum est. עד מתי מתאונן עליו quamdiu plangit super eo? alius dixit: toto die quo mortuus est: alius dixit, toto die ac nocte: alius dixit, quamdiu non est sepultus, Zevach. 100 et 101.

אוֹנֵן *plangens, maerens, lugens ob mortuum.* Distinguitur ab אבל „lugens", quod generalius est, et ad externum luctum, vestitum sc. lugubrem potius refertur: אונן vero ad internum luctum et maerorem animi. R. Sal. Lev. 10, 19. אין אונן אלא ליום קבורה non est plangens, nisi die sepulturae. Alibi idem, אונן כל זמן שלא נקבר המת maerens dicitur, quamdiu non est sepultus mortuus.

אֲנִין *maestus, tristis:* אניני הדעת maesti animo, tristes, melancholici. Vide רתחן in רתח.

אֲנִינָה *planctus, moestitia, lamentum, tristitia, maeror:* אם אכלו באנינה si comederit illud (aliquid de decimis secundis) in maerore, M. scheni c. 2.

אֲנִינוּת, אֲנִינוּתָא *idem:* אבילותא ואנינותא luctum et maerorem, hebr. ואניה, Thren. 2, 5. יהי כפין באנינותיה sit esuriens in maerore suo, Job. 18, 12. Talmudici, לא חיו מתאבלין אלא אוננין שאין אנינות אלא בלב non fuerunt lugentes, sed maerentes: non enim est maeror nisi in corde, Sanh. 47b, אנינות לילה דרבנן planctus noctis a Rabbinis est, statutum Rabbinicum est, Berach. 16b. אנינות לילה אינה מדאוריתא אלא מדברי סופרים maeror noctis non est ex lege (Mosis), sed ex statutis scribarum, Zevach. 101a. Scriptum enim est: הן היום „ecce hodie etc." Lev. 10, 19 ad quod scribit Gemara, היום אסור ולילה מותר de die vetitum est, noctu licitum est, Zevach. ibid. Agnus paschalis noctu licitus est maerenti sive lugenti, interdiu non. Lugens enim de eo non debet comedere. At noctu non censetur אנינות maeror vel luctus esse, sed tantum de die.

אֲנַן vide in אֲנָא. **אִנּוּן** vide in אֲנָא: et ibid. אִנּוּן nam ultimum Nun pertinet ad numerum pluralem.

אַנּוֹנָה, אַנּוֹנָס *annona, cibus, victus, comeatus, frumentum: tributum annuum in annonam conservandam:* המלך היה לו מעלה אנונה rex suppeditabat ipsi victum; אני מבקש לכפול אנונה לך ego cupio duplicare tibi frumentum, Ber. rab. s. 47. אע"פ שהן נגבין אנוניות ואנגריון etiamsi sint onerati tributis annonae et angariis, Vaj. rab. s. 23. חותכת אני אנונא שלך אמר לה נותן לחם לרעיבים i. e. praecido ego tibi annonam: dicebat ipsa: „deus dat panem famelicis", Ps. 146, 7. Ber. rab. s. 87 in fine. Sic adducitur in Aruch et in Jalkut in s. וישב. At in Ber. rab. hodie pro eo legitur פרנסה *alimentum.* Huc pertinet quoque ex Vaj. rab. s. 10. עשרים וארבעה אנונים את נסיב viginti quatuor annonas sive cibos accipies, quod ibidem in textu exponitur de 24 מתנות כהונה donis sacerdotii. B. Ar. exponit פרנס. In Jalkut 108a exponitur כל הצומח מן הארץ.

אִינִינְיָה *Ananias,* nom. propr.: Rabban Gamaliel בן איניניא filius Ananiae, Tal hier. Peah c. 1.

אַנְנְקִי *necessitas, calamitas, afflictio, angustia.* Graecum ἀνάγκη: כד עללין לשעת אננקי quando incidunt in tempus necessitatis, Gen. 22, 14 in Tar. hier. ubi in Jonath. legitur אֲנִיקִי prave. בהדא שעתא דאננקי in hac hora necessitatis, Gen. 38, 25. in Jon. לאננקי in necessitate, Esth. 5, 1 in secundo Targ. ad finem versus. שַׁעַת אַנַנְקִי hora necessitatis, i. e. שעת הדחק tempus pressionis, afflictionis, calamitatis: non autem significat „horam vel tempus simpliciter", ut Munsterus perperam notavit, multo minus „pulchrum et decorum", ut idem voluit. Videtur et adverbialiter sumi, ἀνάγκῃ, i. e. ἐξ ἀνάγκης *necessario, coacte.* In Ber. rab. s. 12. בשר ודם מותח אוהל אננקי על ידי שהות הוא רפה cum caro et sanguis extendit tentorium, ἀνάγκῃ necessario per moram (i. e. successu temporis, quum diu extensum relinquitur) fit remissius. Mirum ni hic Munsterus legit אהל אננקי tentorium pulchrum.

אנס (אֲנַס) *cogere, adigere vi, vim aut violentiam in-*

---

184) ארוד nomine significatur Aradus, urbs et insula Phoenicum haud procul a litore remota, condita a Sidoniis (cf. Gen. 10, 18 et Strab. 16, 2, 13). Posteriore tempore in terra continenti exadversum hanc insulam urbs Antaradus condita est, a cujus nomine vocem אנטרידנאי deductam esse sponte apparet. Mirum igitur videtur quod nonnulli hanc vocem putant compositam esse ex voc. gr. ἀντὶ et Ῥόδος, quasi significet „incolas e regione insulae Rhodi".

185) Haec vox corrupta est ex gr. ἀναλογεῖον, quod vel thecam librorum vel pulpitum (ἀναγνωστήριον) significat

ferre. vi comprimere, diripere, depopulari, opprimere. Praeteritum אין מסתא אנס לחבריה si facultates diripuit a socio suo, Num. 5, 7 in Jon. בלמא אנסיה pro nihilo oppressit eum, Jes. 52, 4. וית מן אנסית et quem oppressi, hebr. רצותי contrivi, 1. Sam. 12, 3. דלא אנסית quae non rapui, hebr. אשר לא גזלתי, Ps. 69, 5. ולא אנסתנא neque vim intulisti nobis, hebr. רצותנו 1. Sam. 12, 4. אֲנִיסוּ אוּנְסָא בְגַוִּיךְ diripuerunt direptionem, vel violentiam exercuerunt intra te, hebr. עשו בעשק egerunt violenter, Ez. 22, 7. Partic. וְכָל רָז לָא אָנֵס לָךְ et nullum arcanum opprimit te, Dan. 4, 6 q. d. molestum tibi est, ut non illico et ex tempore illud solvas et explices. וַי דְאָנֵיס מָמוֹן דִרְשַׁע לְבֵיתֵיהּ vae illi qui per vim infert divitias in domum suam, i. e. per vim et oppressionem aliorum comparatas, Hab. 2, 9. Plurale דַהֲווֹ אָנְסִין לְהוֹן quo fuerunt opprimentes eos, vel diripientes, Jud. 5, 11. ואנסין חשיכיא et vim infertis inopibus, Amos 4, 1. ואנסין ועשקין et vim inferunt oppriduntque virum et domum ejus, Mich. 2, 2. ובאנסי אגרא דאגירא et in eos qui vim inferunt mercedi mercenarii, i. e. violenter detinent, Mal. 3, 5. דין חולק לאנסנא haec est pars direptorum nostrorum, Jes. 17, 14. Part. Pehil sive passivum praeteritum, חֲמָרָךְ יְהֵי אֲנִיס asinus tuus erit direptus e conspectu tuo, hebr. גזול, Deut 28, 31. עמא אניסא ובזיזא populus violenter oppressus et direptus, Jes. 18, 2. Plur. אֲנִיסִין דְבֵית אֶפְרַיִם direpti, oppressi erunt Ephraimitae, hebr. עשוק oppressus, Hos. 5, 11. Infin. דַהֲווֹ מְשַׁחֲרִין לְמֵינַס qui mane surrexerunt ad diripiendum, heb. כל שקדי און, Jes. 29, 20. דמחשבין למינס qui cogitant vim exercere, hebr. החשבים און Ez. 11, 2. Cum affix. לְמֵינַסהוֹן מֵאַחְסַנְתְּהוֹן ut vi expellat eos de possessionibus suis, Ez, 46, 18. Fut. וְלָא תֵינַס neque diripies, heb. תגזל, Lev. 19, 13 in Jon. לָא נֵאנַס אֲרִיסָן non inferemus vim desponsatis, Num. 21, 23 in Jon. וְלָא יֵינְסוּן עוֹד neque opprimient amplius, hebr ולא יונו, Ez. 45, 8. Ex Aphel וְאַרְמְלָא לָא תוֹנִיסוּן et viduam non opprimetis, hebr. לא תעשקו, Jer. 7, 6. Posset forma Pehal תִינְסוּן retineri, quia Aphel inusitatum est. Ap. Rabb. de נערה vel בתולה virgine usurpatum, significat, *vi comprimere, violare, vi pudicitiam eripere.* האונס את הבוגרת qui vim infert puberi, האונס שוטה או חרשת violans stultam aut surdam etc. נֶאנַס *cogi, adigi:* אנוס הייתי coactus fui, Gitt. 34. Ap. Talm., אנסיה ליה עידניה ursit, pressit eum tempus suum, i. e. temporis necessitas, vel naturae necessitas, quo alia habuit ordinaria negotia, vel naturae ipsi erat consulendum. אנסיה ליה משתיא pressit eum potus, male se habuit ex nimio potu.

אֲנוֹסָא, אָנוֹס, אוֹנֵס *violentus, vim inferens, praedo, raptor.* Forma in concreto usitata, ut קָטוֹל occisor, latro. כָּרוֹז praeco, פָּרוֹק liberator et similia. Plur. וְהָא אִנּוּן אָנוֹסִין et ècce illi sunt raptores, vim et injuriam exercentes, contra quam dixi, ut quae justa sunt facerent, Jes. 5, 7. Veneta habent אֲנוּסִין inconvenienter: כלהון אנוסין בגוה omnes sunt raptores in ea, vel אנסין rapiunt, diripiunt, vim publicam exercent. Jer. 6, 6 אב בגלעד הוו אנוסין nonne in Gilhad fuerunt raptores? Hos. 12, 11. Rab. Sal intelligit passive, אב בא להם שבר ואונס quando obvenit ipsis contritio et direptio, quando contriti et oppressi fuerunt, illud ipsimet sibi sua idololatria procurarunt: למא אנא חזי אנוסין quare ego vim inferentes vel oppressores video, Hab. 1, 3. Active, ut mox sequuntur, עבדי ליאות facientes, creantes molestiam. בוזין praedones, חטופין raptores. Sic legendum, ולמא את מסתכל באנוסין ut quid tu intueris oppressores, hebr. בגדים praevaricantes, Hab. 1, 13. Ap. Rabb. אונס *vi comprimens vel stuprans virginem:* Rambam in הלכות נערה בתולה scribit: אי זה הוא אונס שבא עליה בעל כרחה quisnam vocatur אונס? qui per coactionem congreditur cum puella: אנוסה *vi compressa, stuprata per vim:* כל הנבעלת בשדה הרי זו בחזקת אנוסה ודנין אותה בדין אנוסה omnis virgo quae vitiatur in agro, habetur pro stuprata per vim et judicant eam quoque judicio per vim stupratae, ibidem ubi plura vide de utrisque.

אוֹנֵיס *praefectus, dominator, qui subditos premit:* אוֹנֵיס[186] מִדְיָן praefectus Midianitarum, Exod. 18, 1 in Jonath. Onkelos רבא *princeps*. Heb. כהן, quod sic saepe pro principe sumitur. Scribitur tamen hic אונוס, quod Ar vult esse Graecum *ὄνος asinus*, quasi ignominiae causa sic praefectum Midian vocarit. Sic ולאונס דמדין et praefecto Midianitarum, hebr. ולכהן, Ex 2, 16 Jon.

אוֹנְסָא, אוֹנֵס *direptio, oppressio, vis injusta, coactio:* מלין דאונס verba oppressionis, verba vim spirantia, Jes. 59, 4. וחמר אונסא שתן et vinum violentiae bibunt, i. e. ex bonis violenter raptis comparatum, Amos 2, 8. מאונסא דעניי propter violentiam in pauperes, Ps. 12, 6. מכל אונסא וגזילא ab omni oppressione et rapina, Cant. 4, 2, בשקרא בעלובא ובאונסא in falsitate et violentia, Jes. 30, 12. ובאונסא in oppressione et rapina Ps. 62, 11. Plur. חֲמַר אוּנְסִין מַדְלִיק לְהוֹן vinum rapinarum incendit eos, Jes. 5, 11. מרחיק נפשיה מן אונסין elongans seipsum a rapinis vel direptionibus, Jes. 33, 15. Rab. האונס רחמנא פטריה necessitatem Deus misericors remittit. Eum qui vim patitur, Deus quoque excusatum habet. באונס *per coactionem, coacte:* כאן באונס כאן ברצון sive coacte sive voluntarie, Rabbini.

אֲנִיסָא idem: דלא הות בהון אניסא וגזילה in quibus nulla fuit violentia vel rapina, Cant. 6, 5. אניסא יהתל בחכימא injuria dementat sapientem, i. e. donum quod sapienti offertur, ut vim et injuriam faciat egeno, Eccl. 7, 8.

אֲנִיסוּת idem: אין אניסות מסכנין si oppressionem pauperum, Eccl. 5, 7. דכין מכל אניסות וגזילות puri ab omni oppressione et rapina, Cant. 6, 5.

מֵינַס *violentia:* רשמין דמינס signaturas violentiae vel injuriae, Jes. 10, 1.

אֲנַסְיָא *nomen provinciae vel regionis*, Gen. 10, 2 in Targ. hier. pro quo in Onkelo est אוסיא.[187]

אנף אַנְפָּא *facies, vultus, conspectus, superficies:* metaphorice *ora, fimbria externa, quasi sui corporis*

---

186) De hac voce dissentiunt viri docti; Landau pro graeca (sc. *ἄναξ*), Muss. pro latina (honos) habent; Sachs opinatur ita mendose scriptum esse pro אוגינוס (*εὐγενής*). 187) Cf. annot. nost. supra p. 25.

vultus et species. Priori modo pluraliter tantum usurpatur, ut Hebraeorum פנים. Altero modo, על אנפא גוליתהון in ora pallii sui, על ארבעת אנפי גוליתהון in quatuor oris pallii sui, Num. 15, 38 in Jonathane. Alias pro hoc dicitur כנפין. quomodo hic forte legendum est. Plural. אַנְפִּין et constructe. וְאִסְתַּכַּל אַנְפֵּי מְשִׁיחָךְ et intuere vultum Uncti sive Messiae tui, Ps. 84, 10. וסגיד אנפוי על ארעא et procubuit vultu suo in terram, Gen. 19, 1 in Jon. Sic באנפוהי in faciem ejus, et fem. בְּאַנְפָּהּ hebr. בְּפָנֶיהָ Num. 12, 14 in Jon. Saepius in Targum dicitur contracte:

אַפָּא, אַף et hier. אוף *idem*, ut hebraice. Synecdochice *nasus, nares*: לכל אפא ואפא unicuique faciei, Ez. 1, 6. על אפה in faciem vel nasum ejus, Gen. 24, 47. באפוהי in nares ejus. Gen. 2, 7. מאפוהי ומאחורוהי a vultu suo et a tergo suo, II. Sam. 10, 9. Plural. אַפִּין *vultus, facies*: *modi certi, rerum quasi facies et species*. אפין באפין de facie in faciem, Gen. 32, 30. Sic Deut. 34, 10. לא תשתמודעון אפין non agnoscetis vultus in judicio, i. e. non habebitis personarum discrimen in judicio, Deut. 1, 17. ארבעין ותשע־אפין quadraginta et novem modi, Cant. 1, 11. Constr. יַת כַּל אַפֵּי אַרְעָתָא omnem faciem, i. e. superficiem terrae, Gen. 2, 6. ונפלת לאפי דוד על אפהא et cecidit, i. e. procubuit in conspectu Davidis in faciem suam, I. Sam. 25, 23. ואשתטחית על אפי et procubui, vel expandi me in faciem meam, Ez. 1, 28. כנשמת רוח חיין דבאפנא sicut spiritus vitae, qui est in naribus nostris, Thren. 4, 20. ודמות אפיהון אפי אנשא et similitudo, vel species vultus ipsorum erat vultus hominis, Ez. 1, 10. ואפיהן תפיהן et vultus ipsarum et alae ipsarum, Ez. 1, 11. לארבע אפוהי ad quatuor facies illius, Ez. 1, 15. לקבל אפהא e regione faciei suae, Ez. 1, 12. Apud Talmud. כל אפייא שוין vide supra in אוף.

אַפּוּת *facies, vultus, frons*: *nares*. מאפותיה יפוק קטרא ex naribus ejus egreditur fumus, hebr מנחיריו Job. 41, 9. Munst. et Ar. ponunt in ordine אפת: sed ת servile est, ut in aliis in ות finitis et idem est quod אף hebraeum. Ar. simpliciter *frontem* exponit. Ap Talm. ידא אאפותא דרגא לשינתא manus ad frontem apposita, gradus est ad somnum, Pes. 112a. עד דהוה שריק ליה דודבא מאפותיה donec dilaberetur ipsi musca de fronte ejus Pes. 44a. In Jalkut scribitur אאופתא et explicatur על המצח f. 106b.

אַנְפַּט *occursus*: הוא יוצא לאנפטי שלך, ipse egreditur in occursum tuum, obviam tibi: in Medr. Tanchuma et Jalkut 54b. Videtur corruptum ex Graeco *ἀπαντάω, ἀπαντῶ, ἀπάντησις*, per transpositionem literarum. Melius scribitur alibi אפנטי. Vide infra.

אַנְפַּךְ Sic scribit Munst. Judico esse idem quod אַנְפַּק de quo infra.

אונְפְּלֵי *loculi*: *sacculus pecuniarius*, Talm. תן לי הדינר אמר לו נתתיו לך ונתתו באונפלי da mihi numum istum. Dicebat: dedi eum tibi, tu autem posuisti eum in loculos tuos, Schev 45a. glos תיק *theca pro numis*. Ar scribit אמפולי David de Pomis, אמפוליר.

אַנְפִּילְיָא, אַמְפִּילְיָא et fem. אַנְפִּילָאוֹת *impilia, empilia, inpilia*: *socci, calcei ex corio tenui, quibus, tanquam soccis, alii crassiores superinduuntur*. Horum usus prohibitus est in solenni ista discalceatione, quae fit in divortiis. Graecae originis vocabulum est. *Πῖλος* in genere est indumentum e lana compactum, sive soccus, sive aliud aliis usibus conveniens. *Πιλέω, πιλόω, ἐμπιλέω* compingo, condenso lanam; *ἐμπίλια* coactilia, indumenta ex lana coacta et compacta, facta. Hinc Latini dixerunt *inpilia et impilia*, de quibus vide lexica latina. Talm. קטן ואנפיליא פסולות minorennis et socci, illegitimi sunt, scil. ad discalceationem solennem istam, de qua Deut. 25. Gitt. 25a. Nam de persona in lege scriptum est אִישׁ *vir* et de re נַעַל *calceus*. Soccus autem ex lana non est calceus. שני מנעלים ושני אנפילאות duo calcei, par calceorum et par soccorum, Schab. 120a, glossa קלצ"ונש של צמר socci ex lana Sunt inter octodecim vestium genera, quae in die sabbatho ex incendio eruere licet. ובאינפליא של בגד et cum soccis laneis, Jevam 103a. באינפליא חליצתה פסולה cum soccis, discalceatio illegitima est, Jevam. c. 12 in princ. Ratio in Gemara redditur, דאינפיליא לא מנעל הוא quia soccus non est calceus, qui sc. debet esse ex corio. הלך ועשה לו שתי אנפלאות ivit et fecit ipsi duos soccos, Ber. rab. s. 61. שלוף מנעלך ונעול לך שתי אנפלאות exue calceos tuos et indue tibi duos soccos, ibid. Ex Hesychio afferunt lexica, *νάκτα* dici etiam *τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια*. Latinam vocem adducunt ex Digestis juris civilis, lib. 34. Tit. 2. L. Argumento sunt; „fasciae crurales, pedulesque et impilia vestis loco sunt." Glossa ibi addit: „Impilia ad tegendum eaput", unde pileati. Haec interpretatio relinquitur scholae juridicae disceptanda. In libris autem antiquis hic legitur „Impilia": posteriores pro eo substituerunt „item pilea". Defendat, qui sic mutavit. Et sic legendum apud Plin. lib. 19 c. 2. Theophrastus autor est, esse bulbi genus, circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua impilia (non mapalia, ut vulgo libri habent) vestesque quaedam conficiantur. Vide et Drusium ib. Quaest. 3 quaest. 64. In Ar. scribuntur haec cum מ in medio. אמפליא.

אַנְפִּילוֹן *conclave, penetrale, quod est ante triclinium magnum, atrium minus*. נכנס לאנפילון ingressus est in atrium vel conclave anterius, aulam anteriorem vel minorem, in den vorderen oder kleinen Saal, Berach f. 16b. Sequitur ibi mox, נכנס לטרקלין ingressus fuit in triclinium, aulam majorem, in den großen Saal. Hinc pl. legitur in Targ. וּבְתוּלָתַיִךְ טְמִירָן וּגְנִיזָן בְּאַנְפְּלַיָּן et virgines tuae absconduntur et reconduntur in penetralibus, Cant. 4, 12. Videtur esse ex Graeco *πυλὼν* *atrium*.

אַנְפַּנְטְרִין nomen proprium loci, apud Talmudicos.

אַנְפַּק *quartarius, quartale*, mensurae nomen, idem quod אנטל et אנבג, de quibus supra. Munst. scribit etiam אנפך. Pro diversis locis, diversimode pronunciabatur. אנפקא דחמרא quartale vini, Gitt. 69. עד דקיימי אאנפקא donec consistant ad quartale, vel ad quartam partem, nempe, elixanda sunt et bulliendo coquenda

*) אנפילוגוס gr. *ἀμφίλογος res in dubium vocata*. Midr. Cohel. X. 16.

ad quartam usque partem, Schab. 109 b. Glossa hic notat esse *quartale logi*. De לת s. loco לאשקויי אנפקא חייא potare ipsum, bibendum dare ipsi quartale vini vivi, i. e. meri, Chol. 94 a.[187a]

אַנְפִּיקִינוֹן[188] *oleum olivarum crudum et amarum, ex olivis vel immaturis aut deciduis pressum, oleum omphacinum*: אין מביאין אנפיקינן non offerunt oleum omphacinum et si offerant (pro decimis), rejicitur, Menach, c. 8 in Mischna, Pesach. 43a. Hujusmodi oleum erat tertiae pressurae. Primum et optimum erat ex olivis

---

[187a]) אנפק vox peregrina (verisimile persica) idem quod אספרגוס ἀσπάραγος, *radix sparganii officinalis*, remedium, quod veteres (plerumque in vino, eoque mero, solutum Cholin 94a) propter salubritatem in morbis ex anomalo sanguinis cursu ortis, permagni habebant. Unde fit, quod in tract. B. bathra 58 b. causis morborum in anomalo sanguinis cursu perspectis (בראש כל מרעין אנא דם) remedium אנפק commemoratur, convenienter ad illam sententiam talmudicam (Berach 51a). quae asparagum quasi medicamentum panchrestum omnium morborum habet. Ita et in tract. Kidd. 70a homo, qui אנבג enuntiaverat, admonetur, ut aut אספרגוס dicat, ut nobiles ennutient, (gr. enim sermone utebantur) aut אנפק, ut vulgus (i. e. persice); qua re אנפק et אספרגוס idem esse exponitur, illo tantum discrimine interposito, quod „asparagus" graecum, „anfek" vero gentis proprium ejusdem rei sit nomen. Praeter illos citatos permultos in Talm. et Midr. invenimus locos (Gitt. 96 b. Midr. Esther in versu, qui incipit והשתיה), ex quibus veritas sententiae expositae, jam pridem a glossatore (B. bathra l. c.) memoratae, elucet, ita ut de autore B. Ar. vocem 'א pro mensura habente satis mirari non possimus, quemadmodum omnes, quos memoravi locos interpretetur (cf. glossatorem l. c.). Quem primum lexicographum excusare si velimus, quoniam errare humanum est, eo magis de posteris lexicographis, ut de A. nostro reliquisque eum in interpretatione vocis sequentibus, mirari debemus, qui, quamquam et de vitiis sententiae ex explicatione R. Salomonis in illis citatis locis, et de recta sententia a glossatore supra laudato moniti, attamen in errore perseverant vocemque per „quartale" seu „nomen mensurae" explicant; sive quoniam operae pretium non putaverunt, ut omnibus ad hanc vocem pertinentibus locis comparatis de sententiae veritate se convincerent, sive quoniam, etsi de veritate persuasi, sententiam illam maxime inveteratam renuntiare non ausi sunt. Nihil aliud igitur, ut puto, in errorem induxit et A. n. et reliquos lexicographos — qua una atque sola excusatione possunt uti — nisi locus ille difficillimus quem in iis, quae sequuntur, diligentius explanemus:

*) אנפאק arab. أنفاق plur. fractus a nomine actionis verbi نفق (v. Cast. heptagl. p. 2369), cujus origo auctore Willemitio (Lex. arab. p. 742) in *bulliendo* est. Hanc principalem atque primitivam sententiam Talmudici ad omnem rationem modumve scaturiendi transtulerunt, sine discrimine, utrum ex terra propter pressum et impetum subterraneum, an sit propter aestum ignisque calorem, ut generaliter eam pro *elixare* et *fervere* usurpent haudaliter ac nos v. sprudeln Latini v. aestuare et Hebraei v. נבע (Cf annot. nost. ad r. רפס). Ita enim in tract. Schabb. f. 109 b legitur: Qui medicamento חומבריא caret restituere potest hoc modo: Quinque flores in suo quisque vase, diluuntur in liquore vinolento et tamdiu in igni ponuntur עד דקיימא אאנפאק *quoad in bulliendo perseveret mixtura seu quoad per aliquot temporis bulliat liquor*, i. e. *donec in statu bulliendi conservati flores satis percoquantur*. (nam rad. קום ap. Talm. — id quod plur. a nomine actionis — *perseverationem in quovis statu* indicat. V. קום IV.). Haec vera ejus loci lectio verusque sensus mihi videtur. Nostro vero Talm. loco אנפאק, אנפקא (posito ק ante א) legitur, quod ab omnibus interpretoribus — relatione facta ad B. bathra (58 b), ubi false אנפק nomen habetur mensurae — hoc modo intelligitur שיעמדו על מדה מחזקת אנפק i. e. „mixtus liquor coquitur, donec אנפק mensura remaneat". Quam interpretationem neque esse probabilem neque exploratam ex eo intelligere potes, quod singulorum vasorum, in quibus flores diluendi fuerunt, certa mensura non praescripta est; certa igitur decocti liquoris mensura cogitari nequit, quum pro diversa singulorum liquorum commiscendorum quantitate, pari caloris gradu parique temporis spatio, decocti extracti semper diversa erit quantitas; nam si pauca commiscimus, paucam etiam habebimus mixturae quantitatem, si contra multa, magna erit ejus, quod miscuimus mensura, quae in hac re minime potest cogitari certa. Minime igitur dubium esse potest, quin interpretes hunc locum corruperint, quia emendare voluerint; occulta enim illis fuit principalis significatio arab. vocis نفق qua de causa, ut et consonet et idem significet, quod vox אנפק, א litera post ק posita אנפקא scripserunt, unde venit, quod et in tract. Sabb. l. c. et aliis locis nomen mensurae habetur, quamquam nullo omnium illorum locorum hoc significare potest. Ceterum fortasse אנפק vox, quae asparagum significat (d. q. supra) eandem habet originem, quam אנפאק in tract. Sabb., ita ut significet *infusum* s. decoctum (praecipue asparagi) *quod in igni bullivit* (ut Germani „ein Absud") a rad. نفق apposuit א loco articuli arabici. — Conceptis duabus his notationibus primaque descriptione earum typis facta, in manum mihi venit opus nuperrime in lucem prolatum Pauli de Legarde Gesammelte Abhandlungen, in quo אנבג fructus plantae indicae habetur, quae sententia eorum, quos memorat doctorum virorum (ipse enim autor vocem pro syr. אנאב [?] habet) cum mea de voce אנפק paene congruit secundum locum illum talmudicum (B. bathra 58), ubi אנבג idem esse ac אנפק docetur. At mirum mihi videtur, quod doctissimi illi viri neglecta voce usitatissima אנפק vocem אנבג, quae testibus Talmudicis ipsis (Kidd. 70b) inusitatissima atque nihil nisi corruptio vocis אנפק est, perscrutantur. Sapienti sat. Notandum praeterea locum ex Midb. rabba a Castello sub r. אנבג mendose citatum esse, ibi enim non אנבגין ut habet ille, quasi plur. vocis אנבג, (id, quod ut videtur doctos illos in errorem induxit) sed אנבונין legendum est significatque, ut glossatores exponunt *uvae parvae* a sing. אינב, אינבנא.

[188]) Pers. est أنفاق *oleum recens uvae*. -Vullers. *) In spicilegio hujus operis A. n.: „Posset forte esse, inquit, haec vox quoque deduci a gr. οἰνόφορος *venophorum*, quod Latini usurpant pro vase apto ad ferendum vinum. Martialis: „Reddidit venophori pondera parvasui." Cicero II. de Finib. Quintus vinum diffusum e pleno sit venophero.

maturis, sponte fluentibus: alterum ex illarum granis sive residuo, leviter expressum: tertium ex immaturioribus et deciduis, idque omnium erat vilissimum. Sequitur ibidem, ולמה סכין בו שמשיר את השער ומעדן את הבשר quare autem ungunt se eo? quia effluere facit pilos et delicatam reddit carnem, sic in Vaj. rab. s. 5. וראשית שמנים ימשחו „et praestantissimo unguento ungunt se," Amos 6, 6. R Jehuda dixit; hoc est oleum stactinum. R. Jannai dixit, שמן אנפיקינן oleum omphacinum, שהוא משיר את השער ומצהיר את הגוף quod defluere facit pilos et nitidum reddit corpus. Vide et Bem. rab. s. 10. Ber. rab. s. 98 f. 3c, ubi scribitur אנפקיטן. Et in Targ. ואנפיקינן דמנתר ית סערא et oleo omphacino, quod defluere facit pilos, ומפנק ית בשרא et delicatam facit carnem, Esth. 2, 12. Pigmentis erodebant extremos pilos versus frontem, ut frontem latam ostentarent puellae istae aulicae. Est vox peregrina. Ego non dubito, quin sit Graeca: *ὀμφάκινον omphacinum*, ex uvis acerbis et immaturis confectum: et *ὀμφάκινον ἔλαιον oleum ex olivis immaturis*, quod et *ὠμοτριβὲς* dicitur, quia olivae illae acerbae, unde exprimitur, crudae adhuc sunt. Vide de eo apud Dioscor. lib. 1 c. 29. Olei omphacini quoque meminit Plinius lib. 23 c. 4 et lib. 12 c. 27. Oleum et omphacium est. Fit duobus generibus et totidem modis, ex olea et vite. Olea adhuc alba expressa, deterius ex druppa etc. An autem hanc virtutem habeat quam Talmudici ei adscribunt, videant medici. B. Ar. scribit, se didicisse a quodam, quod משחיר nigros reddat capillos, non מַשִּׁיר effluere faciat.

אנפוריא אנפריא *vasa nova et in vulgus ignota.* Talia si quis inveniat, non opus habet ea proclamare, ut restitui possint, Talm. כל כלי אנפוריא אין חייב להכריז nulla vasa vel utensilia nova, tenetur quis proclamare, nempe si quis ea ab alio perdita invenerit, B. metz. 21 sive c. 2 in Misna prima. In Gemara מאי אנפוריא כלים חדשים שלא שבעתן העין „quid sunt אנפוריא? utensilia nova, quibus nondum satiatus est oculus", 23b. Glossa est i. e. שאין בהם ראיה in quibus nulla adhuc fuit visio, quae nondum omnibus visa sunt: adeoque incognita, ut proclamatione non indigeant. Allusio est ad nomen, quam vocant *notarikon*, allusio etymologica, אנפוריא quasi אין בה ראיה. Sed videtur esse Graecae originis. *ἔμπυρος Igni coctum, quod ad ignem adhibetur, in quo aliquid ad ignem coquitur, ut sunt ollae et similia.* Haec etiam vocantur *ἔμπυρα σκεύη*. Possit etiam esse ex graec. *ἀμφορεὺς* amphora. q. d. *ἀμφορεῖα*. Fem. שתי אנפוראות עשה duo vasa, vel duas ollas fecit, unam parvam, alteram magnam, R. Sal. 2. Sam. 24, 9 ex libro Pefikta: Jalkut scribit אנפוראות.

אנפרית, אנפריות[189] *vis, violentia: damnum, perditio*: אם באנפריות si cum damno, sc. accepit, i. e. בהפסד, Gitt. 44a. Alibi אם לקח באנפרות si accepit per vim, sive violenter, i. e. בחזק per vim, coacte, invita parte adversa. אין אנפרות בבבל non est violentiae jus in Babylonia, nemo alium potest cogere, aut per vim aliquid a debitore rapere, Gitt. 58b. עושה מעותיו אנפרות facit pecunias suas perditionem, i. e. perdit inutiliter pecunias suas, Schab. 80b.

אנפריות *merces*. Est a graec. *ἐμπορία mercatura.* שכותב אנפריות qui conscribit merces, Tanch. in fine s. שלח לך Num. 15.

אנץ אניצין *manipuli.* ואניצי פשתן et manipulos lini, Reisten Flachs, Talm. B. metzia c. 2 initio. מותר להתכסות באניצי פשתן licitum est operire manipulis lini, Nedar. 55b.

אנץ[190] *stimulari, acuere stimuli instar.* Targ. דאנצין לאלפא חוכמתא quae stimulant ad docendum sapientiam eos, qui destituuntur sapientia, Eccl. 12, 12. Ex hac forma legitur etiam in Ar. in זקת. Infin. Pahel, ולאנצא זקת et ad stimulandum stimulum, vel ad acuendum, 1. Sam. 13, 21. Id hodie legitur לאנצבא, quod est a יצב et נ est loco Dagesch, ut saepe.

אניץ, vel אניץ Vide in נוץ.

אנק[191] *suspirare, gemere, ingemiscere*, hebr. Hinc videtur esse דנק, unde in Ithpehal אדנק pro אתאנק unde per euphoniam contracte dicitur אדנק, pro אתנק ut plura sunt ejus generis ab א, de quibus in gramatica.

אניק *gemitus*: מן אניק prae gemitu, hebr. מעצר, prae angustia, Ps. 107, 39.

אניקי *gemitus, angustia, anxietas*: בשעת אניקי tempore gemitus vel angustiae, Lev. 21, 10 in Jon. ית כל אניקי דאשכחתנא omnem gemitum qui invenit nos, hebr. את כל התלאה, „omnem molestiam", Num. 20, 14. דחמינא אניקי דנפשיה quia vidimus angustiam animi eius, Gen. 42, 21 in Jon. ויהדון בשעת אניקהון et confitebuntur tempore gemitus vel anxietatis suae peccata sua, Lev. 26, 40.

אנקתא *idem*: אנקתא דאסירי gemitus vinctorum, Ps. 79, 11.

אניקותא *idem*: למשמע אניקותא דאסירי ad audiendum gemitum vinctorum, Ps. 102, 21.

אינקא *avis nomen*,[192] Esth. 1, 2 in secundo Targ. ubi describuntur animalia et aves, quibus ornati fuerunt sex gradus solii regii Salomonis, et in gradu tertio aquilae ab altera parte apposita fuit אינקא דדהבא. V mox.

אנקין inter animalia numeratur, quae vocem naturalem ediderunt coram rege Salomone, et dicitur ואנקין בכיין Esth. 1, 2 in secundo Targ. haud longe a fine istius versus.

אנקא *camelus femina.* Haec arabice vocatur נָקָה vide ibi. Hinc volunt hoc nomen deductum apposito ab initio א. Hujus significationis quidam glossator vult esse praecedens nomen in Targum Esther. Hinc in Echa rab. c. 1, v. 1 legitur: ואית קומינן אנקא חדא עוירא בחדא מעיניה estque ante nos camelus-femina quaedam caeca uno oculo suo. Glossa אנקא i. e. גמל. In Ar.

---

189) Gr. *ἄνφορος portorium*, item *tributum, foenus, usura.*

190) Vide in נוץ.

191) Proprie ut syr. ܐܢܩ gr. *ὀγκάομαι*, exclamavit, suspiravit ex augustia.

192) عنقا *Gryps* avis ingens et fabulosa, quae imperium avium exercet (cf. Eben Esra Lev. XI. 13 et Deut. XIV. 12); item *infortunium*, inde אנקין בוכיין

in נקה pro אנקא legitur נקא sine א ab initio, in quibusdam libris גמלא.

אונקא *collum*. Affine est gr. αὐχὴν *cervix, collum* [193] Talm אונקא דאית ביה תלתא מיני בישרא in collo sunt tres species carnis, nempe pinguis, macrae et nervosae Schab. f. 140b.

אֲנִיקָא, אֲנִיקוֹן *monetae reprobae species*: כיס מלא בדינר אניקא loculus plenus numis anika, Tal. B metz. 46b. Scribitur et אנקא, ut בדינר אנקא ואניגרא Metzia 46b. Putarim legendum אניקא. In gl. legitur אניקון.

אַנְקַטְמִין *larvae, porsonae, quibus fingitur alia hominis facies, vel ad terrendos pueros, vel lusus causa.* Alii dixerunt esse קשרי *ligamenta lignea oblonga, quae pedibus alligantur ad incessum, grallae, cantherioli,* Germ. Stelzen. Alius dixit esse חמרא דאכפא *asinum ligneum,*[194] cui quis insidens. portari eo videtur, cum tamen sessor ipsum portet, risus vel lusus causa. Larvae significationem R Salomon maxime probat. His (vel etiam grallis) sabbatho exire, prohibitum, ut traditur in Misna de Sabbatho cap. 6, f. 66a, ubi postea Gemara triplicem istam interpretationem Rabbinorum adducit. In editione Talmud Basileensi legitur hodie לוקטמין, sed in Ar. et aliis Mischnajoth, אנקטמין.

אוּנְקְיָא, אוּנְקִי *uncia*. Graecum est οὐγκία. Accipitur etiam indefinite pro *exiguo pondere*: Hinc illud passim in Rabbinorum scriptis celebratum: אין לך ישראל פורענות שאין בה אונקיא מעון העגל non accidit tibi, o Israël, ultio aliqua divina, in qua non sit vel uncia aliqua de peccato propter fusum vitulum, (de quo Ex. 32). Eo significari voluerunt sapientes ipsorum, tantum fuisse peccatum istius idololatriae, ut nunquam satis expiatum sit. In eam sententiam quoque legitur in Talm. hier. libro תענית „de jejuniis“, c. 4. אין כל דור ודור שאין בו אונקי אחת מחטיו של עגל nulla est generatio, in qua non sit uncia una peccati propter vitulum. Glossa: „pondus exiguum vocatur אונקי“. Sic drachma et germ. ein Quintlein, pro minimo pondere ponitur. אם הפקיד אדם אונקיא של כסף בידך si deposuerit homo aliquis unciam argenti in manus tuas, Ber r. s. 17. Item אונקיא אחת היתה ביד נח uncia una (justitiae) erat in manibus Noae, Ber. rab. s. 29. Item *moneta uncialis*: במאה אונקיות centum uncialibus, Ber. r. s. 79 in fine.

אוּנְקִיאוֹת, אוּנְקִיּוֹת[195] *lances, bilances, staterae, vel quadratae vel rotundae, de plano lente excavatae, quibus res ponderandae imponuntur,* germ. Waagschüssel. Alias כף של מאזנים scutella librarum. אם יש בו אונקיות si sint in ea lances, Kelim c. 12.

אוּנְקְלָא *uncus, uncinus,* ὄγκινος: אפשר דתשוי אונקלא בנחיריה estne possibile, ut imponas uncum naribus ejus, Job. 40, 21 hebr. אגמן „Juncum piscatorum“ sc. more, qui juncum aut funem junceum aut vimineum cum unco solent imponere naribus majorum piscium, ut detinantur, ut sbricit Ab. Esra. Plur. formae mascul. וְאַנְקְלִין Ez. 40, 43. Sic citat Ar.: hodie legitur cum ע ab initio. Vide ענק. Formae femininae: אוּנְקְלָן דִכְסַף unci argentei, Esth. 1, 6. אוּנְקְלָן דְפַרְזְלָא unci ferrei. Cum affixo pron. וְאַנְקְלָתְהוֹן דִדְהַב et unci earum erunt aurei, hebr. וויהם *clavi*, Ex. 26, 36 in Targ. hier. Praestat ab initio scribi cum Kametz chatuph, quod cum Schureck vel Cholem commutari solet. Rabbini dicunt etiam pluraliter אוּנְקְלִיוֹת et masculine אוּנְקְלִין שֶׁל כַּתָּפִין unci bajulorum, qui sc. humeris imponuntur, ac utrinque vel a posteriori parte lagenae vini, aut situlae aquae iis portantur, Talm. Tahor cap. 12. אונקלי שבכותלים unci parietum, de quibus aliquid suspenditur, Kelim c. 12. אונקליאות של ברזל uncini ferrei. על בית אונקלי שלו super domum uncorum suorum, i. e. super chirothecam suam. Uncos vocant digitos, quia ad comprehendendum aliquid, incurvantur ut ungues avium, Megil. 24b in Misna. אונקליות כפופין uncini duplicati, in duplum curvi.

אוּנְקְלִי *vestis lata, ut pellicea vel pellita mulierum, toga pellicea, vel pallium quodvis virorum.*[196] Talmudici numerant inter octodecim vestimenta, quae in sabbatho induere et exuere licitum est Schab. 120a. והניחה באונקלו et deposuit illud in vestimento suo, recondidit illud sub vestimento suo, gl. מלבושו, Sanh. 82a. והלבישו באונקלי et induit eum pelliceo, gl. מלבוש של עור Menach. 1092.

אַנְקְלִיטוֹן, אַנְקְלִימוֹן *appellatio, provocatio ad superiorem judicem*. Videtur esse ex gr. ἀνάκλησις. Alius exponit פסק דין *decisionem sententiae*. Autor Ar. adducit, sed non exponit. In Ber. r. s. 49. בשר ודם תולין לו אנקליטון מדוכס לאפרכוס ומאפרכוס לאסטרטליטוס homo-caro et sanguis suspendit ipsi appellationem (vel decisionem sententiae) a duce ad Eparchum, ab Eparcho ad summum strategum.

אַנְקוֹלְמוֹס *cancellarius, protoscriba: scriba, qui agrorum, aedium, hominum summam notat, ut inde tributum regi aut magisstratui recte conferatur.* Apud Talm. הסנטר מכור אנקולמוס אינו מכור custos (urbis una cum urbe) venditur: scriba non venditur, B. bas. 68b. Disputatur, an qui urbem vendit, tales officiarios simul cum urbe vendat?

אַנְקְלִימוֹן *carcer, vincula* [197] Sic ponunt Munst. et Guido. Legitur in Deut. r. in סדר ואתחנן f. 290 c. 4. Sed in gl per ט, in Jalk. 20 c. 4. In Medr. Kohel. אנקלוסה.

אנקלווסים *tempus, terminus temporis*:[198] עד ימלא אנקלווסי דידיה donec impleatur tempus ejus, Talm. hier. Bava metzia 11d. cap. 8. Glossa זמן.

אוֹנְקוֹס *moles*. Graecum est ὄγκος. כל האונקוס הזה בשביל מה totam molem hanc propter quid? sc. creasti. Ber. r. s. 12.

193) Consonat magis arab. عنق *collum* mutatis gutturalibus ע (arab. ع) et א.

194) Inserenda igitur esset lit. ס et legendum אנסקטמין *ονοκτίμενος, asinus fabricatus,* ut haec vox revera in Talm. hier. scribitur. 195) Plur. vocis ὄγκη.

196) Aliis est pars brachii a cubito ad axillas: brachiale gr. ἀγκύλη.

197) Nonnulli habent pro gr. *ἔγκλημα, criminatio, accusatio, insimulatio.* 198) Gr. est *ἐγκέλευσις.*

אנש (אֱנָשׁ)[199] *Homo*, hebr. אנוש, unde Cholem Chaldaeis mutatur in Kametz, ut ex טוב dicunt טָב, et ex קול vox קָל et similia plurima. Emph. אֱנָשָׁא. Scribitur et אֱנַשׁ etiam in Daniele In Targ. hier. et libris אמ״ת, i. e. Jobo, Proverbiis et Psalmis plerumque per aphaeresin primae literae dicitur נְשׁ et בַּר נָשׁ vel בַּר נָשָׁא *filius hominis*, ut hebraice בֶּן אָדָם. Vulgo punctatur נַשׁ, et emphatice בַּר נְשָׁא. Hoc contra analogiam est, sed usus forte sic assumpsit et probavit. Talmudici etiam dicunt איניש, quod est אֱנִישׁ. Ex Targ. ויתיב לאנש כצדקתיה et reddit homini secundum justitiam suam, Job. 33, 26. מה בר נש quid est filius hominis, i. e. homo, vel בַּר נַשׁ, Job. 7, 17. Pro eo alibi בַּר נְשָׁא vel נְשָׁא Ps. 8, 5 et 9, 20. לא חשבו בני אנשא non cogitant homines, Jes. 33, 8. Quandoque etiam qro איש et אדם dicitur אֱנָשׁ vel אֱנָשָׁא. Exempla obvia sunt. In Daniele, ולבב אנש יהיב לה et cor hominis datum erat ei; ועל רגלין כאנש et super pedes sicut homo, Dan. 7, 4. כעיני אנשא sicut oculi hominis, Dan. 7, 8. Plur. וּשְׁפַל אֲנָשִׁים et humillimum hominum, Dan. 4, 14. אנשין דשמן homines nominum, i. e. celebres, Gen. 6, 4. וכל אנשי ביתיה et omnes viri domus ejus, Gen. 7, 27. Pro eo hierosolymitane dicitur etiam אִינְשֵׁי, ut et talmudice, ex forma אֱנַשׁ et אַנְשִׁין, et אִנְשִׁין. Cum Aphaeresi נָשִׁין בְּנֵי נָשִׁין filii hominum, homines et simpliciter Ps. 62, 10. Sumitur quoque distributive, אינש מעל אחוי quisque a fratre suo, hebr. איש מעל אחיו Gen. 12, 11. לא איתי אנש על יבשתא non est aliquis in terra, Dan. 2, 10. גבר ואינש ביתיה virum et hominem domus suae, i. e. quemque de familia sua, 2. Sam. 2, 3. Ap. Talm. היינו דאמרי אינשי illud est quod dicunt homines: כדאמרי אינשי sicut dicunt homines. Cum adducunt proverbium vel adagium aliquod vulgare, sic praemittere solent. אֱנָשִׁים geminatum, valet, *quidam*. Exemplum vide in מורה נבוכים p. 32 col. 1 in fine.

אֱנוּשִׁי *humanus, a, um, quod hominis est, aut ab homine fit vel factum est:* שכל אנושי intellectus humanus. פֹּעַל אֱנוּשִׁי actio, operatio humana, opus humanum. Fem. צורה אנושית forma humana.

אֱנָשׁוּת, אֱנוּשׁוּת *humanitas*: מתים שם לאנושות vocabulum מתים est nomen humanitatis, i. e. nomen generaliter de hominibus dictum, complectens viros, mulieres et parvulos, R. David Jud. 20, 48.

אנת (אַנְתְּ), אַתְּ *tu*. Pronomen utriusque generis. Si est ab אֲנָא *ego*, tunc נ est radicale: si אַתְּ est primitivum, tunc נ est expletivum τοῦ Dagesch, quod Chaldaeis familiare est. Masculinum הֵיךְ אַנְתְּ סָבַר בְּלִבָּךְ quomodo tu opinaris in corde tuo, Gen. 3, 11. in Jon. ubi Onk. אַתְּ. Sic חֲבִיב כְּבַר לְאַבָּא לִי אַנְתְּ dilectus ut filius patri suo, tu mihi es, Ps. 2, 7. ואנת יי׳ tu autem domine, Ps. 3, 4. Sic plerumque est in Hagiographis: in reliquis libris contracta forma saepius usurpatur; ואם לית את צבי et si non velis tu exire, Jer. 38, 21. לִיט אַתְּ maledictus es tu, Gen. 4, 11. Cum Kametz, propter pausam. וְאַתְּ תְּהֵא נָטֵר לֵיהּ tu autem eris servans ei Gen. 3, 15. Fem. מַן אַנְתְּ בְּרַתִּי quae es tu filia mea? Ruth. 3, 16. Contr. שַׁפִּירַת חֵיזוּ אַתְּ pulchra aspectu tu es, Gen 12, 11. אחתי את sororem meam esse te, Gen, 12, 13 ubi Jonathan habet אַנְתְּ. Plural. masc. אַתּוּן vel אַנְתּוּן, Femin. אַנְתֵּין vel אַתֵּין Exempla passim occurrunt.

אַנְתָּא *massa panis: pasta* vulgo, Tal. אנתא דמשחא massa panis frixa in oleo, Menach. 78a gl. חתיכה עיסה עבה שטיגנה בשמן frustum massae paniceae crassae frixae in oleo. Vel שמן קרוש oleum, pinguedo, butyrum coagulatum vel condensatum, rotundum instar panis, panis in oleo vel butyro frixus vel coctus.

אַנְתְּתָא, אַנְתְּתָא, אַנְתּוּ *uxor, mulier*. Vide infra אתא in ordine את.

אַנְתּוּסָאֵי *Anthusaei*, populorum nomen, Gen. 10, 17. Pro hebraeo הַסִּינִי. Jonathan habet Antosaei.[200]

אַנְתִּיקִין[201] *merces, res venales, aut venum expositae.* Ap. Talmud., המוכר את הספינה vendens navim, vendit etiam malum, carbasa etc. sed non vendit cum ea servos, ולא את המרצופין neque saccos (mercium) ולא את האנתיקין neque merces ipsas. B. basra 73a sive c. 5 in prima Mischna. Hinc Munsteri interpretatio, *merces, quae est in medio navis.* Merces pro „merx", Latinis mala merx est.

אַנְתְּרוֹפּוֹס, ἄνθρωπος, *homo*. In Aruch scribitur אִינְתְּרוֹפִּי. In Ber. r. s. 18 et 31: Audivistine unquam dici גיני גיניא, vel אנתרופי אנתרופיא sicut dicitur in lingua sacra hebraea איש, אשה. A γύνη Graeci non dicunt, גיניא neque ab ἄνθρωπος, fem. אנתרופיא, sicut Hebraei ab אִישׁ dicunt אִשָּׁה. Hoc primaevitatis linguae hebraeae volunt esse argumentum.

אסא אָסָה, אָסֵי *curare, sanare, mederi.* Sic possint quaedam esse, ut hebraice. Sed communius habent formam ex Pael. Praet. וְאַסֵּי יְיָ׳ אֶת אֲבִימֶלֶךְ et sanavit dominus Abimelecum, Gen. 20, 17. צליתי קדמך ואסיתני invocavi te et sanasti me, Ps. 30, 3. אסיתי למיא האלין sanavi, sano aquas has, 2. Reg. 2, 21. ואסיאו ית תבר et curarunt fracturam, Jer. 6, 14. ולמריעיא לא אסיתון et morbos vel aegrotos non sanastis, Ez 34, 4. אסינא ית בבל si sanaremus Babel, Jer. 51, 9. Partic. מְאַסֵּי, quae forma semel in plur. invenitur: communiter forma contr.

---

[199]) Consentiunt plurimi lexicographi inter se hanc vocem ad radicem אנש (syr. ܢܫ νοσέω) *aegrotavit*, *morbo laboravit* referre, ut significet *mortalem*, *qui debilis atque morbis obnoxius est*; quam etymologiam, ni fallor, in ipsa s. Scr., qua Enosi aequales, sive homines, qui primum hominem אנש nominaverant, etiam dei nomen primum vocasse traduntur (אז הוחל לקרא בשם ה׳ Gen. IV. 26) indicatam reperimus, considerantes notionem primamque dei comprehensionem — id quod ex cultu deorum liberisque illis mactatis intelligi potest — ortas esse ex metu et timore, qui eo vehementius hominem incedunt, quo magis hic debilitatem suam atque infirmitatem agnoscit.

[200]) Huc et Targ. hier spectat interpretans כפרוסאי *Cyprio*, quasi Sinaei navigantes in Cyprum Amathuntem condiderint; a quo Cyprum *Amathusiane* appellavit Xenagoras.

[201]) Gr. ἐνθήκη entheca.

אצר **אֲצַר** *recondere, reponere in thesaurum.* Itph., Fut. **לָא יִתְאֲצַר וְלָא יִתְגְּנִיז** non reponetur in thesaurum, neque abscondetur, hebr. יאצר, Jes. 23, 18.

אוֹצַר, **אוֹצְרָא** *thesaurus: repositorium, horreum, penus, cella:* אוצר טוביה thesaurus boni ejus, Jes. 33, 6. לאוצר בית מקדשא דיי in thesaurum domus sanctuarii domini, Jos. 6, 19. לתחות אוצרא sub thesauro, i. e. aerario, Jer. 38, 11. איתו כל מעסריא לבית אוצרא adducite omnes decimas in domum thesauri, Mal. 3, 10. Cum pron. **יִפְתַּח יְיָ לָךְ יַת אוֹצְרֵיהּ** aperiet tibi dominus thesaurum suum bonum, hebr. אוצרו, Deut. 28, 12. Plur. **וּפְתַח יוֹסֵף יַת כָּל אוֹצְרִין** et aperuit Joseph omnes

---

*) Quin locum, ubi leguntur indicet Cast. vocem אבתגמין citat, quod per *nobiles, antiqui* item אמתר, quod per pingues interpretatur.

[260]) *Monoecia triandri* germ. Riedgras ut nonnuli putant.

[261]) Rectius cum Relando אצנא legeres, ut pers. sit اُشنه quod idem est.

thesauros, i. e. granaria, thesauros frugum et annonae, Gen. 41, 56. Jon. צְדִיאוּ אוֹצְרַיָּא vastati sunt thesauri sc. frugum, i. e. horrea, hebr. אוצרות Joel. 1, 17. ית כל אוצרי בית מקדשא דיי omnes thesauros domus sanctuarii domini, 2. Reg. 24, 13. באוצרי בית מקדשא דיי in thesauris domus sanctuarii, 2. Reg. 12, 19. ליום דינא באוצרי ad diem judicii in thesauris meis, Deut. 32, 34. ומתמלין אוצרך et implebuntur thesauri tui, i. e. horrea tua, heb. אסמיך, Prov. 3, 10. דהבא וכספא באוצרך aurum et argentum in thesauros tuos, Ez. 28, 4. באוצריכון in thesauris vestris, Deut. 28, 8 in Jon. מלן אוצריהון repléti sunt thesauri ipsorum, Amos 3, 10. Talm. אוצרות של עצים repositoria lignorum, B. kam. c. 4 in Misna. אוצר בלום Vide in בלם.

אֻצְרָא Vide in Rad. עצר.

אצרבסמא Sic adducitur hic in Ar.: V. in ord. אסט.

אקא Hujus formae ab Ar. adducitur, sed in Gemara legitur עיקרא, de quo in עקר.

אקב אֲקוּבִיסוֹן קוּבִיטִין *cubitum, accubitum, accubita, stragula, lectus, in quo olim accumbebant*: משל למלך שהיה מיסב באקוביסון שלו simile hoc est regi accumbenti in accubito suo: attulerunt ei ferculum primum, quod comedit et gratum fuit ipsi etc. In Vaj. rab. s. 7 B. Ar. scribit קוביטון sine א, et sic in Jalkut f. 132. Sed prave illic est קנביטון, cum נ loco ו. Est ex latino. Nam lectos stratos, in quibus olim accumbebant, vocabant accubita, vel accubitas, ut apud Lampridium in Heliogabalo: Item *accubitalia*, in epistola Valeriani ad Losymionem Syriae procuratorem. Item *cubitum*, ut apud Apul. l. 10. Terrestre nobis cubitum praesternunt B. Ar. etymologiae hujus ignarus, exponit כסא *sellam augustam, sustentacula ad latera et in tergo habentem.*

אקד אֲקְדוֹאִי *haesitatio*. Guido sic citat ex Medr. Ps. 78. Sed ibi lego pro eo לאקדוחי, quod aliud est.

אקה אֲקְהִיוּת Vide in קהא.

אֲקְהִלִים *climata*. Munsterus.

אקט Nom. prop. urbis non procul a Nineve. Talm. Vide קטיספון.

אוֹקְטוֹרִין *octuriones, praefecti militares:* אוקטורין שלח עמהם octuriones misit cum eis, Rab. Sal. Ex. 14, 5. האוקטורין שלו הגידו, לו octuriones ejus indicarunt ipsi, Jalkut f. 67. וְחַוִּיוּ אוֹקְטְרַיָּא et nunciarunt octuriones, Ex. 14, 5 in Jon.

אקי Ar. adducit ex Jelammedenu sive Tanchuma: „sed si observando observaveritis, Deut. 11, 22. Angeli quos tradidit deus homini, eunt coram eo sicut stipatores, juxta ordine, quo coram rege ire solent, clamantque coram eo אקי, nempe ut quisque eum honoret nec quisquam laedat. Videtur esse quasi *apage, apagete.*

· אֲקִיוּם *nonaginta novem*, Munst.: אקיום ואקנום nonaginta et novem, Guido. Nugae. Neuter Ar. intellexit. Ar. adducit ex Ber. rab. s. 46. Et fuit Abraham filius nonaginta novem annorum, apparuitque dominus Abrahamo et dixit ei: אני אל שדי „ego sum deus omnipotens" Targ. Aquilae אקיום ואקנום (sc. reddit hebraeum אל שדי) quomodo loquuntur in lingua gr. Sic Ar. In Ber. rab. nunc legitur אכסיום ואנקום, quod possit esse ἄξιος et ἀναγκαῖος. R. Asarias in Meor enajim f. 146. legit אכיום אנקום et explicat; מלות יוניות המורות נצחי ובלתי נכון להפסד h. e. sunt voces graecae, et significant *aeternum et incorruptibilem*. Postea scribit, in Interpretatione Graecorum Pentateuchi Constantinopoli impressi, אני אל שדי reddi איגו תיאוס יקנוס h. e. ἐγὼ θεὸς ἱκανός. D. Hier. Ezech. 1 scribit; „Saddai" aquila, Sym. Theod ἱκανὸν transtulerunt. Sic אנקום, vel אקנום, ut Ar. legit, possit esse איקנוס ἱκανός. Et in Epist. 136. Saddai Aquila interpretatur ἄλκιμον, quod nos robustum et sufficientem ad omnia perpetranda possumus dicere.

אוֹקְיָנוֹס, אוֹקְיָנוּס *oceanus, mare magnum, ὠκεανός*. ומלי מיא מן אוקינוס et plena erat aquis ex oceano, Gen. 2, 6 in Jon. ותחום ימא רבא הוא אוקינוס et terminus (occidentalis) erit mare magnum, quod dicitur oceanus, Num. 34, 7. Jon. אולין ונגרין למי אוקינוס eunt et fluunt ad aquas oceani, Ecc. 1, 7. ביני סטרי שמיא למי דאוקינוס Inter latera coeli et aquas oceani, Gen. 1, 7. Jon. ונגוי ימא דאוקינוס et insulae maris oceani, Ps. 72, 10. Ab. Esra Ps. 72, 8. A mari meridionali, quod vocatur הים האדום mare rubrum, usque ad mare septentrionale, שהוא ים אוקינוס quod est mare oceani. Alibi: מימי אוקיינוס מלוחין הן aquae oceani salsae sunt.

אקל (אֲקָל) Vide in קלל. אקליבוסתא vide קליבוסת in ord. קלב. Scribitur enim sine א ab initio in Gemara, contra quam Ar. adducit.

אֲקְלִידָא Vide in קלד: nam א hic servile est.

אֲקְלִידָס *Euclides, nomen mathematici noti, qui in More nevochim saepe citatur.*

אִיקְלִיטָא ἐκκλησία *ecclesia, coetus*. Ar. adducit ex Jelammedenu s. Tanchuma, ex princip. sectionis ואתחנן Deut. 6. Nec invenio, nec genuinum puto. Forte debet esse אקליסיא. Nam ט et ס facillime commutantur.

אֲקְלִים אֲקְלִימָה *clima, κλίμα. Nomen astronomicum*: plur. אקלימין *climata*. R. Abr. Hispanus in Sphaera sua hebraica, terram habitabilem distinguit in septem climata. R. Levi Job. 38, 32 ad vocem ועיש scribit: est signum quoddam ex signis septentrionalibus, neque absconditur unquam באקלים אשר אנחנו בו in climate in quo nos sumus, i. e. in nostro hemisphaerio.

אקם איקונומוס *oeconomus:* שאל מן האיקונומוס petit ab oeconomo, Tal. hier. B. metz. 11, 4. Bathra c. 4 Rectius scriberetur איקונומוס. Glossator, linguae gr. imperitus, male exponit.

אקן *revirescere*, Guido. Error est. In Gemara legitur, ראקן, ubi Nun non pertinet ad radicem sed est paragogicum. Vide אוק.

אקן *corbis piscatoria, quam si piscis ingrediantur, non possunt amplius exire*, scribit Maim. in Kelim c. 12. Ibid. c. 24 in fine, est instrumentum venatorum.

אִיקוֹנִין et אִיקוֹן, אִיקוֹן *imago, vultus, aspectus, species, effigies*. Graecum est εἰκών, εἰκόνιον. Plur. וְאִתְכְּבִישׁוּ אִיקוֹנִין דְּאַפּוֹהִי et dimissae fuerunt effigies vultus ejus, Gen. 4, 5. ולמה אתכבישו איקונין דאנפך quare demissae sunt effigies vultus tui? Gen. 4, 6. Jon. וטרד מן קיטון בית דמכיה ית איקונין דושתי ואוקים תמן ית איקונין דאסתר et ejecit ex conclavi dormitionis effigiem reginae Vasti et statuit ibi effigiem Esterae, Est. 2, 17. איקונין דיצחק מדמין לאיקונין דאברהם vultus Isaaci similis fuit vultui

Abrahami, Gen. 25, 19 in Jon., דמתילין איקניתון לדהב טב assimilati fuerunt vultus ipsorum auro bono, sc. splendenti et coruscanti, tunc autem penitus obscurati sunt, Thren. 4, 2. Ap. Rabb. dicitur etiam איקנין singulariter ut; איקונין של חוה forma, species Evae, Ber. rab. s. 40. ubi ad id, quod de Sara dicitur Gen. 12, 14. Et viderunt Aegyptii mulierem istam, כי יפה היא מאד „quod pulchra esset admodum.“ מאד i. e. מאיקונין של חוה prae forma Evae, Sara fuit pulchrior Eva. Gl. איקונין i. e. תואר *forma, species.* Abrahamus quando ingrediebatur Aegyptum, occultaverat uxorem suam Saram in arca, ne pulchritudo ejus periculum subiret. Telonarii illico tributum exegerunt. Abrahamus sponte id offert. Vestimentane in arca fers? dabo inquit tributum pro vestimentis. Aurumne fers? Dabo, inquit, tributum de auro. Forte pretiosa serica fers? Dabo, inquit, tributum de serico. Forte margaritas fers? dabo inquit, pro margaritis. At illi: Fieri, ajunt, id non potest. Quin aperito, et ostendito, quid sit in arca. Quam primum aperuit eam, הבהיקה כל ארץ מצרים מזיוה splenduit tota terra Aegypti a splendore ejus. Unde dixerunt, איקונין של חוה forma Evae etc.

איקונומוס *οἰκονόμος, oeconomus,* TH. B. m. 12.

אקונס *piscis nomen, de quo disputant Talmudici, an ad esum sit licitus,* Chol. 66 b.

אוקינוס *uncius, uncus,* חכה, Jalkut Prophet. 52 d.

אקס אֲקְסֵל *lignum:* ואקסיל אלואין et lignum aloes, heb. ואהלות, quod „aloen“ interpretantur, Cant. 4, 14. Ps. 45, 9, ubi in Venetis altera vox scribitur אַלְוָאִין. B. Aruch in אהל primo scribit tanquam unam vocem וְאַקְסִילָאלְוָאִין, haud inepte. Est enim Graec. *ξυλαλόη.*

אקף אקופין *filamenta extrema in tela, cortinis et similibus,* Tal. Schab. 75 b.

אקק אֲקִיקָא, אֲקִיקְיָא *herbae nomen,* Talm. Gitt. 69 a. Munst. vult esse speciem aromatis. In gl. scribitur, esse herbam, quae vocatur קקולי.

אקר אַקְרָא Nom. propr. loci. Scribitur et cum ע ab initio. Multiplex autem Akra legitur fuisse אקרא דהגרוניא Akra Hagroniae, B. basr. 73 b. אקרא דתולבנקי A. Tulbanke, Megill. 6 a. אקרא דאגמא A. Agmae, quae in Babel fuit, Sanh. 38 b. אקרא דשונייתא A. Schunjathae etc. Glossae notant, Akra esse locum transitus fluminis, italice Porto, i. e. *portus.*

אַקֻרְפִּיטָא [262] *praesepe, mactra equilis, in qua pabulum frumentarium equis datur:* ולמבני אקורפיטא et aedi-

262) B. Ar. et illum locum talmudicum (Kidd. 70), de quo A. n. in ordine קרף, hic citat, quasi ejusdem esset significationis quod אקורפיטא *praesepe, mactra equilis.* Error est; nam in אקורפיטא, cui significatio inest praesepis, א radicale est observante Relando vocem ad pers. أخور referente, at vero א vocis אקרפיטא in Kidduschin servile est, radici קרפיטא (gr. *χράβατος* lat. *grabatus*) loco praepos. על *in* praefixum (cf. annot. nost. ad lit. א), ita ut ליתיב מר אקרפיטא idem valeret, quod ליתיב מר על קרפיטא *sedeat dominus in grabato,* quae interpretatio A. nostri quin recta sit, dubitari nequit. Nihilo minus de hac sententia ad evitandum errorem diligentissime enucleata ludibrio habetur Buxtorfius ignorantiaeque vehementissime accusatur. Imo etiam plane supervacue nec nisi obiter ex ordine קרף ille locus in Kidd. sententiaque Buxtorfii citatur documento ut sit literarum studiis occumbentibus, ne in talem errorem inciderent comparationeque facta inter illam veteratam et inde pravam atque recentem clarissimamque sententiam verba oratoris romani „quae est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur?“ ex opere nuper in lucem prolato nobis acclamantur. Ita enim Paul de Lagarde (verba mea fortasse si non creduntur) ad vituperandam ignorantiam Buxtorfii castigandamque hebetudinem saeculorum illorum rudiorum in p. 70 operis sui supra p. 82 citati scribit: Einer anderen Meinung erwähne ich hier, so lächerlich sie ist, um des mithar ahur willen, den ihr Urheber daneben nennt und der Veranlassung giebt das sichere, satte, kluge Geschlecht dieser Zeit darauf aufmerksam zu machen mit was für Hilfsmitteln es sich begnügt. Buxtorf hat 2147 קרפיטא sella herausgefunden und citirt zum Belag aus den Talm. מר אקרפיטא „dominus in sella“, das heißt aber „der Herr Stallmeister“. Quanta firmatas sententiae quantaque eruditionis victoria! At ego eloqui audeo Paulum d. L. ex lexicis tantum hoc vocabulum explicasse, nullo autem modo ex probando sensu comparandoque ipso loco talmudico: id enim si fecisset Virum amplissimum Buxtorfium ludibrio non habuisset. Argumento mihi sit: Istis verbis ליתיב מר אקרפיטא R. Jehuda ibi alloquitur, cui an unquam in mentem venisset, ut evaderet magister rei equariae non puto, et ea, quae in Talm. de eo traduntur, nil nisi eum studiis occubuisse magnamque gloriam in iis sibi comparasse testantur; an praeterea et rebus equitariis occubuerit negotiationemve equariam egerit, maxime dubitandum. Quae ratio ad persuadendum de falsitate sententiae si non sufficiat, omnem illum locum citaturi sumus. Amicum suum R. Jehuda istis verbis ליתיב מר אקרפיטא sedere jubet R. Nachman, cui ille respondet: Num odiosa tibi est vox ספסל, qua docti, odiosaque vox איצטבא qua vulgus uti solent? i. e. cur aut ליתיב מר אספסל non dicis ut docti, aut ליתיב מר אאיצטבא ut vulgus, quo apparet קרפיטא idem esse atque ספסל vel איצטבא; fieri igitur ut queat איצטבא pro magistro rei equariae haberi (nam persicae est originis ut supra diximus et viro persicae, indicae et bactricae linguae perito fortasse et hoc argumentare possibile) de voce ספסל tamen, quae in Talm. usitatissima est pro „sella“, imo vir doctissimus Paul de L. nobis non persuadebit, eam magistrum rei equariae (Stallmeister) significare. Ceterum. B. Ar. quidem et ipse primus et maximus lexicographorum, ut supra diximus, illum locum in Kidd. hoc loco sub ord. אקר ponit, quasi et מר אקרפיטא, quod ibi legitur, praesepem significaret; at ille in eo tantum peccavit, quod אקרפיטא contractum putavit ex אאקרפיטא = על קרפיטא sensus illius loci ut hic esset: Dixit R. Nachman amico suo R. Jehuda ליתיב מר אקרפיטא *sedeat dominus* (honoris causa pro sede) *in praesepe,* et ille scil. R. Jehuda, ei respondet, num odiosae tibi sunt voces ספסל et איצטבא i. e. cur non dixisti, ut sederem in scamno (איצטבא) aut in sella ספסל, quae responsio ad ea, quae R. Nachman dixerat, idcirco quadrat, quoniam inter praesepem et scamnum s. sellam ea versatur similitudo, quod utrisque pro sede uti possunt homines, ita ut carentes scamno vel sella in praesepe sedere non spernant, inter scamnum vero seu sellam atque magistrum rei equariae nullam

ficare praesepe, M. kat. 10b. R. Sal. vernacule exponit מנייטורדה q. d. *mangoire, manducatorium,* unde equi comedunt התבואה fruges sive avenam. Aliam significationem vide in קרף.

אַקְרוּקָא *rana mascula,* et אַקְרוּקְתָא *rana femella.* Talm. חזיא לי אקרוקתא vidi mihi ranam quandam, quae erat magna ut Akra Hagroniae. Akra ista quam magna erat? ut sexaginta domus. Venit serpens, deglutivit eum, avolavitque, ac sedit in arbore quadam. Considera quaeso, quam magna quamque fortis fuerit arbor ista. Dixit R. Basra: Ego nisi ibi fuissem, non credidissem: B. basr. 73b.

אקש אוקשא quod hic adducit B. Ar. vide in קשה.

ארא אירא[263] *lana, aut similis materia mollis, qua aliquid obstruitur.* Hanc in sabbatho in aure circumferre, prohibitum est, Schab. 11 b. Verba Gemarae; ולא גרדי באירא שבאזנו neque textor cum lana, quae est in aure ejus, gl. אירא i. e. צמר *lana,* או צמר גפן *aut lanugo vitis,* שסותם בו quo obstruit radium auris etc. Quid ergo faciemus Munstero, qui explicat אָרָא lana vel linum ingrediens sacculum, ad abstergendum factum? Et quid Guido vidit, quando, vertit, *arguere, miscere?* Vide et Ar. in lit. א in ארא ultimo.

אַרְאֶל *valens, praevalidus:* Sumitur et pro *angelis:* ut אראלים ומצוקים אחזו בארון angeli et homines justi, (qui vocantur מְצֻקֵי אֶרֶץ 1. Sam. 2, 8) tenuerunt arcam ejus, Ketub. 104a.

ארב ארבא *navis, cimba, scapha:* ארבא דכספא navicula argentea. עד ארבא תנייגא דגשרא usque ad secundam cimbam pontis, Tal. Gitt. 6a. gl. ערבה. ההוא ארבא דקא מינצו עלה ista navis, de qua litigabant, B. basr. f. 34b. B. Ar. explicat hic, כלי קטן של כסף דומה לעריבה „vas argenteum parvum, simile mactrae": חטי דאכלבי וארבי triticum horreorum et navium, quod sc. in navibus venum advehitur, Metzia 72 b. Alibi: טולא דארבא umbra navis, Pes. 111 b. Quinque ibi traduntur esse umbrae malignae, sub quibus spiritus malus habitat: טולא דארבאתא umbra salicum, vide mox infra. דיתיב בארבא qui sedet in navi. אוכמתא דארבא lanugo navis, Schab. c. 2 in initio.

אֲרוּבָה אֲרִיבָה *mactra, magis, in qua massa farinae pinsitur et subigitur:* אריבות נחתומין mactra pistorum, Kelim cap. 15. מנקטא ליה אמיה בארבי accepit ipsi (triticum) mater ejus in mactris, Pes. 40b. Vel *tabulae, in quibus panes formati disponuntur* juxta quosdam. Quidam libri habent עריבות.

אָרַב *insidiari,* hebr. Sic כאריא ארבא quasi leo insidians, B. kam. 85a. Quidam, sicut leo vesperarum, sicut dicitur, ursus vesperae, Soph. 3, 3 pro ערבא.

ארבה, אֲרִיבָה *fenestra, tam parietum, quam tectorum:* ארובה שהיא בתוך הבית fenestra, quae est in medio domus, sc. in medio tecti, ut lux deorsum per eam illabatur, Talm. Ohol c. 10 in princ.

אוּרְבֵי *ordines, strues, structurae lapidum ad amussim in muro:* סכינא דביני אורבי רצה ושלפה cultum inter strues lapidum, figit et extrahit, nempe in sabbatho, Schab. 50b. Sic in Bm. f. 42a. B. Ar. adducit in ארך, et legit אורכי.

אַרְבוֹנָא *obscuritas, tenebrae:* יהיב ארבונא לנהורא ponit obscuritatem sive tenebras in lucem, gl. עורון *caecitatem,* Pes. 111b. א ab initio est loco ע ab ערב.[264]

אַרְבָא *salix,* pro ערבה. Plur. טולא ארבאתא umbra salicum, Pes. 111b. חזינהו להני ארבתא videbant illi istas salices, Schab. 20b.

אַרְבֵּל vide in רבל. In Targum Amos 9, 9 legitur ערבל. Sic hoc loco potest esse א pro ע.

אַרְבַּל *Arbal, Arbella,* nom. propr. loci: כלי פשתן הגסין הבאים מארבל vestimenta linea crassa, quae veniunt ex Arbella, MK. 1 v. 17 et Ber. rab. 19, ubi pro מארבל legitur ארבליין Arbelitana. B. Ar. legit per כ, ארכליין.

אַרְבְּלָיִין *Arbelitae, qui sunt de domo Arbel.* Ejus mentio fit Hos. 10, 14.

אוּרְבִינָא *paliurus, spinae genus:* חלוף אורבינא יסק אסא pro paliuro ascendet myrtus, Est. 2, 7 in secundo Targum, ubi sic explicatur illud, תחת הסרפד יעלה הדס Jes. 55, 33.

אוּרְבְּנֵי *salices,* Tal. אותבינהו בצריפא דאורבני collocavit eos in tuguriolum salicum, Metzia 42a B. basr. 6a.

אוּרְבְּנִין *oleris species,* מין ירק ut ponunt Hebraei, Erubh. 34b.

אַרְבֵּיסַר *quatuordecim.* Vox composita ex ארבע et עסר. Scribitur et cum י in fine: תהי מסאבא ארביסרי יומין erit immunda quatuordecim diebus, Lev. 12, 5 in Jon. ארביסר יומין quatuordecim diebus, Num. 12, 14. Jon. ארבסר אלפין דעאן quatuordecim millia ovium, Job. 42, 12. ארבסר בנין quatuordecim filii, Job, 42, 13. Sic reddidit hebraeum שבענה, quod est a שבע septem. Forma nominis in fine aucta, duplum significare voluit paraphrastes. Adhuc contractius, וּבְאַרְבֵּיסְרֵי שְׁנִין et decimoquarto anno, Gen. 14, 5. Jon. ad verba. In quatuordecim annis. Scribitur וּבְיבֵּיסְרֵי, minus recte.

ארג אֲרִיגָא *area, areola in hortis,* idem quod ערוגה ap. Hebr., literis gutturalibus inter se commutatis.

אַרְגוּבְלַיָא *caementarii, fabri murarii, latomi, lapicidae:* ארדכלי חירום וארגובליא architecti Chirami et latomi, 1. Reg 5, 18 pro hebr. גבלים, quod alii nomen propr. certi populi esse volunt, qui caedendis et dolandis lapidibus fuerunt exercitati, et idcirco ad structuram templi fuerunt a rege Salomone adhibiti. Graeci

---

invenire possumus similitudinem versantem alterum pro altero poni ut liceat, carentes enim scamno, sella et praesepe in magistro rei equariae sedere si conaremur res ut puto paulo melius nobis cederet, quam recens haec sententia autori Paulo de Lagarde Buxtorfium ludibrio habenti. Sano igitur sensu ut gaudeat illa R. Jehudae responsio, vocem אקרפיטא in Kidd. omnino aliter non possumus reddere, nisi ut A. n. per sellam, imprimis quum קרפיטא similior est gr. κράβατος, quod pro sella poni potest, quam pers. vox ahur talmudico voci אקרפיטא. Praeterea locutio אקרפיטא pro מר דארקפיטא seu מר ארקפיטאי usui linguae chaldaicae, syriacae, imprimis talmudicae tantopere oppugnat, ut verbis opus non sit ad eam refutandam. Sapienti sat.

263) Gr. εἶρος.

*) ארא (fortasse a gr. ἀρύω haurio) culumba illix. Sanhdr. 25a.

264) Gr. Ἔρεβος vel νὺξ ἐρεβέννη.

γίβλιοι, giblii, giblaei. Alibi, ולארגובליא ולפסלי אבניא et in caementarios et lapicidas, 2. Reg. 15, 13. heb. ולגודרים *ordinatoribus*, quod R. Sal. exponit בוני חומות structores murorum: R. David, תבונים קירות האבנים construentes parietes lapidum.

אַרְגְּוָנָא, אַרְגְּוָן *purpura:* ארגונא ילבש purpura vestietur, Dan. 5, 7. ותכלא וארגונא hyacinthus et purpura. hebr. וארגמן Ex. 25, 4. Sic hebr. ובארגן, 2. Par. 2, 7. et syre, de divite, qui bysso et purpura vestiebatur, Luc. 16, 19.

אַרְגַּז *arca, capsa*, heb. תשימו בארגז ponetis in arca, 1. Sam. 6, 8. Est et nom. propr. magi, apud Talmud.

אַרְגָּטִים *bajulus, gerulus*. Est graecum *ἐργάτης*, operarius: עשה אותו ארגטים fecit ipsum bajulum, Medr. Tanchuma.

אַרְגַּלְיָא *instrumenta*. Citat B. Ar. ex Jelammedenu, quem locum non inveni. Sed in Schem. r. s. 40 legi: כל נגר שאין בידו ארגליא שלו אינו נגר omnis faber, qui non habet in manu sua instrumenta sua, non est faber. Est ex gr. *ἐργαλεῖον* instrumentum. Plur. *ἐργαλεῖα*: ut *ἐργαλεῖα γεωργικὰ* instrumenta rustica.

אַרְגְּמָן *purpura*, heb. idem quod ארגן.

ארגנטין *angelus, genius sic dictus, qui praefectus est balneis*. Diversimode scribitur. Alibi ארגניטון, alibi אנגיסטרים, alibi אנגיטורים. In Ber. r. s. 63. ואתא התוא ארגניטון מגחך ומרקד קדמיהון venit iste angelus Argeniton,[265] ludens et saltans coram eis. Est alibi vas pretiosum, quod rex dabat filiae tempore nuptiarum ejus. Hoc sensu exponitur in Jalk. f. 78 et in Talm. hier. in fine Peah, ubi legitur ארגטורין et אנגטין. Hoc sensu legitur in Medr. Esth. c. 1, 4. ארגנטריא et ארגאמאריא.

אַרְגַּסְטוּס *turbo, ventus procellosus*. Gr. est *ἀργέστης*, quod procellosi et velocis venti epitheton est. Male quidam legunt אגרסטוס quasi *agrestis, sylvestris*, i. e. asper ventus. Legitur in Medr. Megil. in fine s. 1.

ארגסטירין[266] *species ciborum*. In Medr. Kohel. c. 11. תן לי בשר ושמן ויין ישן ומיני ארגסטירין. Glossator scribit: Juxta sensum הוא מיני מאכלים שונים.

ארד אַרְדָּא *fungus, boletus, certa species fungorum est*: דגים קטנים וארדי pisces parvi et fungi, Tal. ע״ז 38a. אייתו ליה תבשילא דארדי afferebant ipsi edulium fungorum, Kethub. 61a.

אָרוֹד *onager*, idem quod ערוד, quomodo saepius scribitur. Sic Ar. per א ab initio adducit, sed in Gemara legitur, טחני ריחיא בערודי molunt in molis cum onagris, ע״ז 16b. Sic דערודי onagrorum est, B. bas. 36a.

ארדב.[267] Sic adducitur hic in Ar., sed in Gemara legitur אדריב, quod vide in ord. אדר.

אַרְדַּךְ *pistillum*: ובארדך et cum pistillo, heb. בעלי Prov. 27, 22. Elias scribit, se nescire quid sit. Guido ex complutensi adducit aliam lectionem אחרי אורך. Forte debet esse וּבְאוּרְדָּךְ et vel aut in area tua. Sic et antecedens vox in Targ. ibidem suspecta est.

אַרְדִּכְלָא *architectus, ἀρχιτέκτων, structor*. Plur. וְאַיְתֵי אַרְדִּכְלִין מִן אֲלֶכְסַנְדְּרִיָא et adduxit architectos ex Alexandria, Est. 1, 2. וארדכלין et structores. 2. Sam. 5, 11. טליא שביקו ארדכליא puerum deseruerunt structores, Ps. 118, 22. ארדכלי שלמה וארדכלי חירום structores Salomonis et structores Chiromi, 1. Reg. 5, 18. Sic frequenter ap. Talmudicos. In Ber. rab. s. 23 est species quaedam instrumenti musici, cujus inventio ascribitur Tubalcaino. Ar. in voce הדרולים ex Talm. hier. vult idem esse quod עגב organum, ubi tamen in Ar. legitur ארדבלם. Sic s. 50. Vox corrupta.

ארדיליא, אוּרְדִּילָאֵי *fungi, aut fungorum certa species*, T. Ber. 47a. Pes. 119b. B. Ar. legit ארדיא, ex superiori forma.

אַרְדְּפוּר *ligni species*, pro heb. ערמון, Gen. 30, 37.

אַרְדְּפְנֵי[268] *ligni amari nomen, quo Moses dulces reddidit aquas, inscripto ei nomine sanctissimo et magno illo dei tetragrammato* sc. ואחוי ליה יי׳ אילן מריר דארדפני Ex. 15, 25, ubi pro אילן in Targ. hier. mendose legitur אִילָּן.

אוּרְדְּעָן[269] *ranae*. Sic scribit Munsterus. Si reperitur sic cum א ab initio, legendum אוּרְדְּעָנִין. Est autem idem cum עוּרְדְּעָנִין, de quo suo loco in litera ע.

ארה אָרָה *carpere, decerpere*, hebr. Hinc per synecdochen, אורה decerpens-ficos, Schev. c. 1. Bath. f. 82b. Sic גודר dicitur de dactylis: בוצר de uvis, et alia id generis.

אַרְיָא, אֲרִי[270] *leo*, a carpenda praeda sic dictus. Ap. Talm. אֲרִי סַבָּל leo bajulus. Vide de eo in קין. In Targ. אריא אית לברא leo foris est, Prov. 22, 13. כאריא וכליתא sicut leo et sicut vetus leo, Num. 24, 9. ומסר יי׳ ליה לאריא et tradidit eum dominus leoni, 1. Reg. 13, 26. ומה תקיף מאריא et quid fortius est leone? Jud. 14, 18. Plur. וְהָא אַרְיָא בַּר אַרְיָוָן נָהֵים et ecce leo catulus leonum rugit, Jud. 14, 5. דן תקיף כגור אריון Dan fortis est sicut catulus leonum, Deut. 33, 22. בני אריון אתמסכנו catuli leonum depauperantur, Ps. 34, 11. Veneta hic mendosa sunt. לאריון ולתורין leonibus et bobus, 1. Reg. 7, 29. Emph. וְגָרֵי יְיָ בְּהוֹן יַת אַרְיָוָתָא et excitavit dominus in eos leones, 2. Reg. 17, 25. כאריותא גברין

265) *Ἀργοναύτης (δαίμων)*.

266) Hoc vocabulum ad gr. *γαστήρ γαστέρος* referendum mihi videtur, ut idem significet, quod gr. *γαστριμαργία heluatio*. Aliis gr. est *ἄκρατος, vinum merum* et alii אגרטיסמין legunt, ut sit *ἀκράτισμα prandium*.

*) ארגירא et ארגירון *ἄργυρος, argentum* Talm. hier. B. kama c. 3.

267) Syr. ܠܬܟ ܕܦܠܓܐ *dimidium Lethech* gr. *ἀρτάβη* est mensura persica.

268) Lat. *Rododaphne* vide הרדפני. Castellus. Pergit ille doctissimus vir scribere: Item (sc. vox ארדפני significat etiam) *morbus βάτραχος* Talm. hier. Schab. c. 14. Menda in typis librorum est; nam haec significatio de voce sequente אורדען minime de voce ארדפני valet.

269) Vide notam praecedentem.

270) Dicitur pro ראי, ait Bochartus, a visu, quia leonis tota vis est in visu. Ita gr. *λέων* a *λάω*, video et arabice leo vocatur مبصر quasi videns.

leonibus fortiores, 2. Sam. 1, 23; Talm. אין משיבין לארי אחרי מותו non respondent leoni post mortem ejus, Gitt. 83, 2.

אַרְיָוָתָא, אַרְיָא, אַרְיָוְתָא *leaena*. Hinc in Regiis Job. 4, 11 **prave** legitur לְאַרְיוּתָא pro לְאַרְיָוָתָא leaenae. Sed le**gerim** pro eo לְאַרְיָא, ut paulo ante ibi legitur. Sic כְּאַרְיָא וּכְאַרְיוּתָא sicut leo et leaena, Deut. 33, 20 in **Targ**. hier. quod rectius legetur וּכְאַרְיָוָתָא. Nam ter**minatio** ות substantivis in concreto, non convenit. Sic **legi** possit הֵיךְ אַרְיָא וְהֵיךְ אַרְיָוָתָא sicut leo et si**cut** leaena, ubi posterius vulgo legitur אַרְיָוָתָא male; **in Tar.** hier. Gen. 49, 9.

אוּרְיָא *arca, capsula, arcula*: שמצא אוריא דדינרי qui **invenit** arculam numorum, liber Juchasin 82a. Expli**catur** ibi סל זהובים corbis aureorum. Fortasse legendum ארונא *arcula*.

אַרְיָא, אוּרְיָא *praesepe* et synecdochice *stabulum*: וחמרא אוריא דמרוהי et asinus praesepe domini sui hebr. אבוס Jes. 1, 3. ועל לאוריא דמלכא et ingressus est stabulum vel equile regis et accepit inde equum, qui stabat בריש אוריא in principio stabuli, Est. 6, 11 in secundo Targ. Sic ibid v. 10. ופוק לאוריא et ingredere stabulum regis, accipitoque inde equum regium, qui stat ברישיה דאוריתא in principio stabuli. Plur. אֻרְוָת סוּסְוָן stabula equorum, 1. Reg, 4, 26. דכין אורותא munda sunt praesepia, i. e. vacua, Prov. 14, 4. In hebraeo est singulare, אבוס בר praesepe mundum est, pro quo legi possit דכיא אוריתא vel אריתא, ut ante ex Esther: אין יבית על אורותך si pernoctet ad praesepia tua, Job. 39, 9. Talm. ולמבני אוריא et ad aedificandum stabula, M. kat. 10b. אוריות והאוצרות שבשדות stabula, vel praesepia et granaria, quae sunt in agris, Erub. 55b.[270a]

אֲרוֹנָא, אֲרוֹן vide infra in ארן.

אֲרִיתָא, אֲרִית *stagnum, fons, piscina, aquaeductus, rivus*. Forte ת in fine est radicale. Alias terminatio ית a verbis in ה finitis, familiaris et frequens est: היך אריתא דמיא sicut stagnum aquarum, Ps. 107, 35; לאריתא דמיא in stagnum aquarum, Ps. 114, 8. Pl. עַל אֲרִיתַיָא וְעַל אַגְמַיָא super rivos et super stagna, heb. על היאורים, Ex. 8, 5. על אריתיהון super rivos ipsorum, Ex. 7, 19. Ps. 78, 44. Ap. Rabb. Talm. תורא דנפל לאריתא bos, qui cecidit in rivum, B. kama 50b. אריתא דדלאי rivulus aut fossa haustorum, unde sc. hauriebant aquas ad irrigandum agros.

אוּרְוָתָא *fluctus*. Talm. אורותא דימא fluctus maris, B. basra 4a. gl. אורוותא i. e. גלי fluctus. B. Ar. legit per Daleth אדוותא.

אֲרוּ *en, ecce*: וארו ארבע רוחי שמיא et ecce quatuor venti coelorum, Dan. 7, 2. וארו עם ענני שמיא et ecce cum nubibus coeli, Dan. 7, 13. Supra fuit אלו pro eodem.

ארז אַרְזָא *cedrus*: ואעא דארזא et lignum cedrinum, Lev. 14, 4. ונסרין דארזא et asseres cedri, 1. Reg. 6, 18. כפיף דונביה היך כארזא curvat caudam suam instar cedri, Job. 40, 12. דמיא לארזא similis est cedro, Ez. 31, 3. Pl. אֶתֵּן בְּמַדְבְּרָא אַרְזִין dabo in deserto cedros, Jes. 41, 19. כארזין דנציבין על מיא sicut cedri plantatae juxta aquas, Num. 24, 6. בכיורי ארזיא tabulis cedrinis, Jer. 22, 14. Prima vox forte legenda בנסרי, quae vox *tabulas, asseres* significat et cum ארזא jungi solet: כארזיא דמין sicut cedri aquarum, i. e. juxta aquas: ותיכול ית ארזי לבנן et consumet cedros Libani, Jud. 9, 15. Rabbini numerant viginti quatuor cedrorum species, in B. rab. s. 15. Talmudici autem decem duntaxat in Rosch haschana 23a. R. Bechai in Leg. f. 173 numerat tantum septem.

אַרְזָא *secretum*: vide רז.

אוֹרֶז *oryza, ὄρυζα, leguminis vel frumenti species*, Talm. Germ. Reis: אורז מין דגן הוא oryza species frumenti est, Pes. 114b. ר׳ יוחנן בן נורי אוסר אורז R. Jochanan ben Nuri prohibebat oryzam, (sc. in paschatis festo) propterea quod cito fermentescit, Pes. 35a.

אַרוּזָא *idem*. Tal. סילקא וארוזא beta et oryza, Pes. 114b. A praecedenti forma regulariter esset ארזא, quam fortasse euphonia mutavit.

אַרְזְנָאֵי Sic Ar. hic adducit et ארבי דארזנאי exponit „naves plenae oryza.“ Sed in Gemara pro eo legitur, אתיין ארבי חיטי דפרזינא venerunt naves tritici parsinaei, Taanis 24b, ubi פרזינא exponitur nomen loci.

אַרְזַנְיָתָא *nomen loci*: שב חיטי ארזניתא septem tritica i. e. grana tritici orsanaei, Pes. 70a. Triticum istius loci habebat grana crassa et magna, unde Ar. exponit חטים גדולים et glossator talmudicus חטים גסים.

אַרְזְלָא *tuguriolum vagum, lectus portatilis*, idem quod ערסל, de quo suo loco. Literae enim gutturales crebro inter se permutantur: ותהי אזלא ואתיא כארזלא sitque ambulans et rediens instar tugurioli, Jes. 24, 20. Ap. Talm. scribitur אורזילא: ut דעבידא כאורזילא quae facta erat instar lecti, gl. מטה et idem quod alias ערסלא Erub. 25b.

אוּרְזִילָא[271] *hinnulus*: כטביא וכאורזילא sicut capreolus et sicut hinnulus, Cant. 2, 9. Plurale דְּאִמְתִּילוּ לִתְרֵין אוּרְזִילִין qui similes sunt duobus hinnulis, Cant. 4, 5 et 7, 3. Singulare est, quod legitur Cant. 8 v. ultimo, in hunc sensum: Esto similis capreae (vel damae) quae cum dormit, habet alterum oculum apertum et alterum clausum, או כאורזילא דאילא aut sicut hinnulus, qui cum fugit, respicit post se.

אוּרְזִילָא *balaena*, vel juxta quosdem, *unicornis marinus* Tal. חזאי לי אורזילא בת יומא דהוה כהר תבור vidi mihi hinnulum unius diei (eodem die natum) qui erat tam magnus ut mons Tabor, gl. ראם *unicornem*, B. bas. 73b. Item et creavit deus את התנינים הגדולים cetos magnos, Gen. 1, 21. הכא תרגימו sic chaldaice transfertur, ארזילי דימא balaenas vel unicornes maris, B. basr. 74b. R. Sal. ראמים explicat. B. Ar. legit ארילי דימא per Daleth.

ארזן vide paulo ante in ארז.

אַרְזַפְתָּא *malleus*: ושויאת ית ארזפתא בידה et posuit malleum in manu sua, heb. את המקבת. Jud. 4, 21. Alias etiam affini voce dicitur ארזוב, quod positum est in רזב. Commutatio est literarum ב et פ. Ar. etiam exponit pro herba quadam, quae etiam dicitur אפרזתא, de quo in ord. אפר. Est et cornu quoddam, quo inflatur et sonat: unde שמע קל ארזפתא audivit vocem cornu, Gitt. 56b.

ארח (אֲרַח) *ambulare, deambulare, iter facere*. Praet.

270a) أرى

271) الغزال gazella.

דַּאֲרַח בֵּיהּ נוּרָא quam invasit ignis, Jud. 16, 9. דארח ברחוב קרתא qui deambulabat in platea urbis, hebraeo הארח, Jud. 19, 17. ואתא ארחא לגבר׳ עתירא et venit ambulans, i. e. viator ad virum divitem, 2. Sam. 12, 4. In libris vulgo est ארחא. Sed Cholem est ex forma hebraica, pro quo in lingua chaldaica Kametz in hoc tempore usurpari solet. Sic mox, לְמֶעְבַּד לְאָרְחָא ut pararet eum viatori isti, 2. Sam. 12, 4. Ap. Rabb. ארח et נתארח *hospitari, hospitem esse, hospitio uti: prandere, prandio excipi vel frui:* נתארחתי אצל פונדקיתא אחת prandio exceptus fui apud hospitam quandam: פעם אחת נתראחתי אצלה vice quadam hospitio usus sum apud eam, Schab. 13b. ומתארחין אצלה et hospitantur apud ipsam: מתארח אצל עם הארץ prandens apud plebejum quendam: ולא נתארחו אצלו neque prandent vel comedunt apud ipsum. Hinc heb. אֲרֻחָה *prandium, cibarium itineris.* Pahel אָרַח *hospiti, prandio excipere:* המארח תלמיד חכם בביתו qui discipulum sapientem hospitio excipit, Ber. 63b.

אוֹרֵחַ *viator, hospes:* אורח טוב hospes bonus, אורח רע hospes malus, ingratus, vide Ber. 58a. Parabolice ibi dicitur de menstruo, quod instar hospitis, certo tempore venire solet. Judaei, qui frequenter peregrinantes hospites solent habere, communiter haec inscribunt suis conclavibus: ביום ראשון אורח primo die hospes ביום שני טורח die secundo molestia: ביום שלישי סרח die tertio superfluus: ביום רביעי הוא בורח quarto fugitivus (debet esse): ביום חמישי עלה קרח quinto die, „abi calvaster," du kaler Hund, (ex 2. Reg. 9, 24) ביום ששי מר צרח sexto die amare clamat, sc. hospes. Olim tria priora tantum erant usitata: sed his postremis temporibus aucta sunt. Vide in hunc sensum quaedam in MTl. Ps. 23. הכנסת אורחים introductio viatorum, *hospitalitas.*

אָרֵחַ vel contracte אָרַח idem: Pl. אָרְחִין ut supra, ארחי ופורחי vide in פרח.

אָרְחָא, אֹרַח *iter, vita, semita:* metaph. *consuetudo:* אורח כנשיא consuetudo juxta mulieres, i. e. mulierum, Gen. 18, 11. בארח מגנבן in via furum, Jud. 5, 6. Emph. תְּהוֹדַע לִי אָרְחָא דְחַיֵּי notam facies mihi viam vitae, Ps. 16, 11. וארחא דצדיקי et via justorum, Prov. 4, 18. בהליכותין בארחא dum eo in via mea, Ps. 139, 3. וכארחא דגברא et juxta viam viri, Job. 34, 11. Ex forma feminina אַלְפֵנִי יְיָ אָרְחָתָךְ doce me domine viam tuam, Ps. 27, 11. טוביהון דשלימי ארחיה beati, qui perfecti sunt via sua, Ps. 119, 1. Ex forma feminina יַת אָרְחָתֵיהּ viam suam, Ps. 119, 9. Pl. עָדֵי אָרְחָן transeuntes per vias, i. e. viatores, Jer. 9, 2. Idem Jud. 5, 6. Id alibi dicitur, עברי ארחא Prov. 9, 15. Emphat. בְּאָרְחָתָא דְטָבֵי in viis bonorum, Prov. 2, 20. Constr.. אָרְחָת חֲצִיפָא viae hominis praefracti, Ps. 17, 4. Cum Aff. אָרְחָתָךְ יְיָ אוֹדַע יָתִי vias tuas domine doce me, Ps. 25, 4. וְכָל אֹרְחָתָךְ et omnes viae tuae, Dan. 5, 23. וְאֹרְחָתֵיהּ דִּין et viae ejus justae sunt, Dan. 4, 34. דלא תילף ארחתיה ne addiscas vias ejus, Prov. 22, 25. Veneta ex forma hebr. habent ארחותיו, quod in chaldaismo pravum: דתריצי ארחתהון quorum rectae sunt viae ipsorum, Prov. 19, 15. דארחתהון מעקמן quorum viae contortae sunt, Prov. 2, 15. Ex forma masculina ית ארחיהון vias suas 1. Reg. 2, 4. אסרטי ארחיהון semitae viarum ipsorum, Job. 6, 19. Talm. אגב אורחא *juxta viam, in transitu, obiter:* לאשמעינן מילתא אגב אורחיה ad docendum nos aliquid obiter. Vide Halichoth olam c. 1 sub finem.

אֲרִיחָא *vectis, pertica, palanga:* וטלוהי באריחא׳ et portarunt eum palanga, hebr. במוט Num. 13, 24. Sic etiam ex forma singulari legendum Num. 4, 10. Plur. וְתַעְבֵּיד אֲרִיחַיָּא et facies vectes altari isti, Ex. 27, 6. לאריחיא pro vectibus, Ex. 25, 27. Const. אֲרִיחֵי דְאָעֵי שִׁטִּין vectes ex lignis Sittin, hebr. בדי, Ex. 25, 13. ויעיל ית אריחוהי et introducet vectis ejus, heb. בדיו Ex. 27, 7. וישון אריחוהי et ponent vectes ejus, Num. 4, 6.

אֲרִיחָא, אֲרִיחַ *later dimidius* sive *dimidiae quantitatis communis, quae constabat tribus palmis.* Dimidius ergo later est unius palmi cum dimidio. Ap. Talm כדי לקבל אריח והאריח חצי לבינה של שלשה טפחים ut recipiat (trabs) quantitatem ariach: ariach autem est dimidius later: later est trium palmorum, B. bas. 3b. דשב לבני ואריחא quae constabat septem lateribus et dimidio, i. e. cujus crassitudo erat viginti trium palmorum cum dimidio, Keth. 77b.

ארט

אֲרִיטַיָּא[272] *rivi*, Est. 8, 5 in Venetis. Alias scribitur per ת in medio, ab אריח, de quo supra in ארח.

אַרְטַבְלָאֵי Sic adducit hoc loco Elias ex Est. 8, 10. Sed ibi in utroque Targ. hodie legitur עַרטילאי, de quo in ord. ערט. Ar. adducit ארטלאי.

אַרְטְבוֹן *Artebonita*, nomen viri a patria sic dicti. Sic A. Ar. gl. talmudica notat ab opificio suo ita eum vocari, Joma 11a.[273]

אַרְטְלָאֵי vide paulo ante.

אַרְטְסִים[274] *duritia.* Munst. et Guido adducunt. Legitur in SR. s. 13 hoc sensu: מהו הכבדתי quid est הכבדתי Ex. 10, 1? שעשה הק״בה את לבו ככבד הזה שהוא מתלבשת שניה וארטסים נכנס בתוכה.

ארטקא. Adducitur in Ar. hakkazur, et exponitur. אליל שבעורף שקורין הורוואקש „caro mortua in cervice, quam vocant Haarwachs." In T. Chol. 121. legitur cum מ ab initio, מרטקא, quod vide suo loco.

ארי

(אֲרֵי) *quod, quia, quoniam, quum: si.* Ponitur pro hebr. כי: ut ארי טב quod bonum esset, hebr. כי טוב Gen. 1. Jon. pro eo habet ארום, et sic TrH. plerumque. Item *nam, enim, etenim, eo quod:* ארי גלי קדם יי׳ nam manifestum est coram domino ארי ביומא דתיכלון

---

[272]) Nonnullis gr. est ῥεῖθρον amisso ר.

[273]) Vocem verisimile ad gr. ὀρθόω *corrigo, restituo* referunt, ut *curatorem* significet, *qui munere fungit restituendarum domuum in pristinum locum.* Considerantibus nobis, ב apud Talm. pro gr. ο et υ poni solere, ארטבון quasi ὀρθοῦν apparet.

[274]) Cast. vocem gr. habet οἴδησις, quod idem est. Menachem di Lusanos ארסיסים *venenatus, saevus, improbus* legit ab ארס *venenum.*

quod quo die comederitis de ea, heb. כי, Jon. ארום, Gen. 3, 5. ארי היא הות אמא eo quod ipsa fuit mater omnis viventis, heb. כי: Jon. ארום, Gen. 3, 20.

אַרְיָא Vide supra in ארה.

ארך (**אֲרַךְ**) *prolongari, prorogari: prolongare, extendere, protendere.* Praet. וַאֲרִיכוּן אֲרִיחַיָּא et protenderunt vectes, hebr. ויאריכו 1R. 8, 8. Fut. לְמַעַן יַאֲרִיכֻן יָמֶיךָ ut prolongent dies tuos, i. e. ut prolongentur, Deut. 5, 16 in Jon. Aphel אוֹרֵיךְ *prolongare: differre, exspectare, morari.* Praet. וְאוֹרֵיךְ עוֹד שַׁבְעָא יוֹמִין et exspectavit adhuc per septem dies, hebr. ויחל Gen. 8, 10. ואוריך שמשא et substitit sol et luna, hebr. וידם, Jos. 10, 13. ואוריכית et exspectavi, Ps. 50, 21. אשר אוריכו יומין qui prolongarunt sive protraxerunt dies post Jehosuam, Jos. 24, 31. Part. דְמַאֲרִיךְ יוֹמִין בְּחוֹבוֹהִי qui producit dies (diu vivit) in peccatis suis, Eccl. 7, 17. Altera forma frequentior est: די לא מוריך לאנשא quae non moratur homines, Mich. 5, 7. לא מוריך לעלמין רוגזיה non prolongat in perpetuum iram suam, Mich. 7, 18. ומוריך בלחיאתהון et prolongat (frenum) in maxillis ipsorum, Hos. 11, 4. Altera vox in Venetis mendose scripta est. Plur. ומוֹרְכִין עַד נְהוֹר צַפְרָא et exspectemus usque ad lucem matutinam, 2R. 7, 9. Infin בְּאוֹרָכוּת עֲנָנָא עַל מַשְׁכְּנָא in protrahendo, dum protrahit, moratur nubes super tabernaculo, heb. בהאריך Num. 9, 22. Sic ובאורכות v. 19. Imp. שִׁמְשָׁא בְּגִבְעוֹן אוֹרֵיךְ sol in Gibhone subsiste, heb. דום, Jos. 10, 12. Fut. מָה חֵילִי אֲרוּם אוֹרִיךְ quod est robur meum, ut exspectem, heb. איחל, Job. 6, 11. ואוריך ית יומך et prolongabo dies tuos, 1R. 3, 14. ותוריך יומין et prolonges dies, Deut. 22, 7. ובדיל דתוריך יומין et ut prolonges dies super terra, Deut. 4, 40. ובדיל דיוריך יומין et ut prolonget dies in regno suo, Deut. 17, 20. לא תורכון יומין עלה non prolongabitis dies super ea Deut. 4, 26. דתורכון Deut. 11, 9. יורכן יומיא protrahent dies illos, i. e protrahentur, producentur dies illi, heb. יארכו, Ez. 12, 22. בדיל דיורכון יומך ut protrahantur dies tui, Ex. 20, 12. Rabb. האריך prolixus esse, prolixe de re aliqua agere: וכבר הארכתי בזה sed jam satis prolixe hac de re egi: לא להאריך בזה non diu immorandum est huic rei.

אָרֵךְ *longus, tardus:* ארך רוח longus spiritu vel animo, i. e. longanimis, heb. ארך אפים Ex. 34, 6 Jon.

אֲרִיךְ *idem:* אריך רוח longus spiritu, heb. ארך אפים Num. 14, 18. אריך רחמין longus misericordiarum, i. e. diu misericordiam servans vel exhibens, ibid. in TgH. אריך אברין longa pennis, longas pennas ad volatum habens, heb. ארך האבר Ez. 17, 3.

אֲרִיךְ *aptum, decens, conveniens.* Vide mox infra.

אֹרֶךְ *longitudo:* בארך יריעתא in longitudinem aulaeorum, Ex. 26, 13.

אוּרְכָא *idem.* Potest et dici אָרְכָא vel אֻרְכָא estque praecedentis vocis forma emphatica: תלת מאה אמין אורכא trecentorum cubitorum erit longitudo, Gen. 6, 15. באורכא דיריעתא in longitudinem aulaeorum, Ex. 26, 13. אורכיה longitudo ejus, Ex. 25, 10. באורכהן juxta longitudinem ipsarum, Ex. 42, 11.

אַרְכָא *protractio, prorogatio, terminus prorogatus:* יהבת להון ארכא dedisti ipsis prorogationem, sc. improbis, ut convertant se, Jes. 26, 10. תהוה ארכה לשלותך erit prorogatio tranquillitati tuae Dan. 4, 24 cum ה more hebraeo. אתיהיבת ליה ארכא data fuit ipsi prorogatio, Ecc. 8, 12. לא תתן ארכא ne des prorogationem, Jer. 15, 15.

אֲרוּכָה *idem:* בארוכה *prolixe:* et פעמים שבא בארוכה ופעמים שבא בקצרה R. hasch. 28a. quandoque occidit brevi temporis spatio, quandoque longiori: שביעית לארוכה septima benedictio est ad prolixitatem, h. e. diu est ei immorandum, tarde recitanda, Taan. 16b.

אֲרוּכָה *cicatrix, sanitas:* מעלה ארוכה accipit, obducit cicatricem vulnus, ap. Rab. Sic in Targ. ומסיק ארוכין et obducit cicatricem doloribus nostris, i. e. sanat, curat dolores nostros, Ps. 147, 3.

אוֹרִיכוּת *exspectatio, longitudo:* לאריכות יומין in longitudinem dierum, hebr. לארך ימים Ps. 93, 5. Thr. 5, 20. אוריכותי לותך היא exspectatio mea in te est, heb. תוחלתי, Ps. 93, 8. הא אוריכותיה מכדבא ecce exspectatio ejus fallax est, hebr. תוחלתו, Job. 40, 28.

אוֹרְכוּת *longitudo:* ואורכות יומך et longitudo dierum tuorum, Deut. 30, 20.

אֲרִיכוּת *idem:* ארי אריכות יומיא nam est longitudo dierum, Jer. 31, 6. די בה אריכות חיה in qua est longitudo vitae, Jes. 38, 11.

הַאֲרָכָה *prolongatio.*

אֲרַךְ *aptare, parare, praeparare, conveniens reddere:* ואריכנא מגילתא ממשכי טבי et apto ego membranas volubiles de pellibus cervorum, gl. מתקן, Keth. 103b. דהוה קא אריך ליה לבשריה quae aptabat, curabat ipsi carnem, i. e. cutem vel corpus ejus, in quo sc. erant fissurae cutis et vulnera, Schab 33b.

אֲרִיךְ *aptum, decens, conveniens:* לא אריך לנא למחזא non est conveniens nobis videre ignominiam regis, Esr. 4, 14, gl. הגון „honestum, decens.“ Sic ap. Talm. אריך או לא אריך א״ל לא אריך estne conveniens vel non conveniens? dixit ipsi: non est conveniens, Suc. 44b. הלויני מאה פלפלין במאה ועשרין פלפלין ואריך mutuato mihi centum libras piperis, pro centum et viginti libris piperis. Id decet, aequum et justum est. Nam viginti librae redundantes, quae ultra acceptum restituuntur, non sunt fenus vel usura, sed gratitudinis donum, et beneficium pro praestito commodo, Metzia 75a.

אַרְכֵי *princeps, praefectus primus et summus.* Graecum est ἀρχὴ: לוט היה ארכי הדיינין Lot fuit princeps judicum, primus et summus praetor, B. rab. s. 50. Varie cum aliis nominibus compositum invenitur. קרית ארכין civitas principum, heb. קרית ספר Jos. 15, 15. Jud. 1, 11. Vide de eo librum Schickardi Tarich 21a, ubi vult ארכי esse persicum, pro heb. ספר *liber, recensio:* et civitas librorum est civitas studiorum, ubi schola fuit celebris. Inde et R. David eandem vult pers. dictam דביר, quasi civitatem eloquentiae: Item substantive *principatus:* Hinc ארכיות ארכיות הן ואין אחד מהן נכנס לתוך ארכי של חבירו principatus multi sunt, sed nullus ingreditur principatum alterius, Medr. Ruth c. 1 v. 3. Videtur hic ארכי ἀρχαὶ sumi eo sensu, quo ab apostolo ad Rom. 8, 38.

ארכיאטוס[275] *idem*, Schem. rab. s. 46.

אַרְכִיטוֹקְטוֹס *architectus, magister fabrorum lignariorum, qui domos et conclavia exstruunt*: משל לארכיטקטוס שבנה המדינה simile est architecto, qui aedificat urbem, B. rab s. 24 in princ. Graecum est *ἀρχιτέκτων*. Corrumptissime autem gr. plerunque ap. Rab scribuntur. In TH. Mass. Berach. c. 9. ארכיטקטנן pro ארכיטקטון..

אַרְכִיטְיקוֹן *idem*, Bemidbar rab. s. 9.

ארכליין[276] vide supra in ordine ארב, in ארבל.

אַרְכִילִיסְטוֹס *sicarius, primarius vel maximus latro, princeps latronum*. Gr. est *ἀρχιληστής*: משל לארכליסטוס simile est archilatroni vel praedoni, B. rab. s. 75 et 77.

אַרְכִילוֹסְטוֹסִין *consiliarii bellici*, Jalk. in Ex 73 c. 1. ex Tanchuma. Videtur esse idem cum praecedenti.

אַרְכוֹלִיפוֹרִין *primarii* vel *primi spiculatorum aut satellitum, qui sontes capiunt et secundum jus e vivis tollunt*. Gr. est *ἀρχολίπαρος*.

אַרְכוֹן *princeps, principatum gerens, dominator*: האן בית ארכונא ubi est domus principis, hebr. בית נדיב Job. 21, 28. דכמת ארכונא sicut principem accederem ipsum, hebr. כמו נגיד, Job. 31, 37. Pl. קָל אַרְכוֹנִין vox principum, Job. 29, 10. דמתמנין ארכונין qui constituti fuerunt principes, Est. 3, 12. וארכונין et principes, Cant. 4, 3. ורכבין על סוסון כארכונין vehuntur equis sicut principes, Ecc. 10, 7. לארכונין principibus, hebr. אל נדיבים, Job. 34, 18.

אַרְכְיוֹן *ἀρχεῖον, curia magistratuum, archivum, ubi actorum publicorum scripta asservantur*: היא יהיבא בבית ארכיון iste (lectus) positus est in loco archivorum, vel in armario aut simili loco publico, Deut. 3, 11 in Jon. Pro hoc legitur in TgH. באפרכיון, quod forte debet esse בארכיון, vel באפרכיא in archejo, vel eparchia.

אַרְכוֹנְטוֹס *princeps*, Ber. rab. s. 76. Medr. Echa c. v. 2 בלע ה'.

אוּרְכָנִיס *idem*. Gr. *ἀρχώνης*: אפילו כבנו של אורכניס sicut filius principis, Talm. hier. Javam. c. 8.

ארכיסטים *idem* quod ארכיליסטים supra, uti volunt. In TH. Sanh. c. 2 ad illa verba IIS. 6, 20. „Sicut se discoperit אחד הריקים unus vanissimorum: מהו אחד הריקים quid est unus הריקים? Abba bar cahana dixit ריקים ארכיסטים *rekim* sunt *archistim* praedones, latrones. In Medr. Schemuel, s. 25 legitur pro eo cum ר in medio ארכסטירים, quod possit esse a gr. *ὀρχηστῆρες*, quod sensui illius loci satis bene quadrat: vel archisatyrorum, hoc est, sicut unus hominum lascivissimorum, fallacissimorum etc.

ארכיסטרטיגוס *archistrategus, summus imperator, qui inter alios duces principem obtinet locum*, Ber. r. s. 58.

ארל אורולוגין *horologium, ὡρολόγιον*. In Medr. ejus usus est.

אֲרְלִין *praeputiati, incircumcisi*, Gen. 34, 30 in TgH. pro hebr. ערלין, per commutationem gutturalium

ארם אֲרִים et quae plura ab hac forma derivantur, v. in רום.

אֲרָם *Aram, nom. propr. viri, filii Sem*, Gen. 10, 22, a quo deinceps Aram vel Aramia regio, i. e. Syria, dicta fuit. Fuit et alter Aram, filius Kemuelis, filii Nachoris fratris Abrahami, Gen. 22, 21. Hujus posteri in Mesopotamia habitarunt, unde ab eo potius Syriae et Syrorum nomen descendit. Fuit et alius Aram, 1. Par. 7, 34. מן ארם דברני ex Aram duxit me Balak rex Moabitarum, i. e. Mesopotamia Syriae parte, Num. 23, 7. Vide Num. 23, 7 et Deut. 23, 4. Aram sive Syria aut Syri trans flumen, Euphratem sc. IIS. 10, 16. ארם בית רחוב Aram Rechobaea; ארם צובא Tzobaea, IIS. 10, 6. ארם דמשק aram Damesek sive Damascena, Syri Damasceni, IIS. 8, 5. Ea etiam vocata fuit ארם ודמשק, 1. Par. 18, 5. ארם מעכה Aram Maachae, 1. Par. 19, 6. ארם נהרים Aram duorum fluminum, Syria interamnis, nempe inter Euphratem et Tigrim, Mesopotamia, Gen. 24, 10. פדן ארם Paddan Syriae, Gen. 28, 2, מלכא דארם rex Syriae etc.

אֲרַמָּאי *Aramaeus, Aramites, Syrus*. Emphat. בַּת בְּתוּאֵל אֲרַמָּאָה filiam Batuelis Syri, Gen. 25, 20. לות לבן בר בתואל ארמאה ad Labanem filium Batuelis Syri, Gen. 28, 5. לבן ארמאה Laban Syrus, Deut. 26, 5. ית נעמן ארמאה Namanem Syrum, IIR. 5, 20.

אֲרָמִית *syriace, aramice*: מלל כען עם עבדך ארמית loquere nunc cum servis tuis syriace, IIR. 18, 26. כתוב ארמית ומתרגם ארמית scriptum syriace et explicatum syriace, Esrae 4, 7.

אֲרָמִי *Syrus*: לשן ארמי vel לשן ארמית lingua syriaca Hinc ap. Talm. R. Jochanan dixit, כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נזקקין לו שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי quicunque petit necessitates suas (a deo) lingua syriaca, angeli ministeriales non adjunguntur ipsi (ut preces ad deum deferant): nam angeli ministeriales non intelligunt linguam syriacam, Schab. 12b. In Postilla hoc loco, excipitur Gabriel cancellarius coelestis, qui septuaginta linguarum fuit peritus, quas etiam legitur docuisse Josephum, Sota f. 33a. Fem. אֲרָמִית Syra, gentilis, hinc legitur; ד' דברים צוה רבינו הקדוש את בנו quatuor res praecepit Rabbenu haccadosch (moriturus) filio suo, quorum una est; אל תשב במטה ארמית משום מעשה דרב פפא ne sedeas super lectum mulieris aramaeae, gentilis, propter historiam Raf Papae, in Pes. 112b. Historia illa Raf Papae habetur in gl. marginali.

אֲרוּם *quod, eo quod, quia, quoniam, quum*. Sic in Jon. in legem, TgH. Ps. item Prov. et Jobo, quasi perpetuo usurpatur pro heb. כי. Exempla ubique obvia sunt. ארום אלהין *verumtamen*, Ruth. 1, 10; *sed si*, Thr. 3, 32.

---

[275]) *Ἀρχίατρος* archiatrus. Cast.

[276]) B. Ar. qui hanc lectionem conservat, ad urbem spectare videtur a rege Archelao ita dictam.

*) ארכייודקי et ארכידקי (Ber. rab. s. 52) *ἀρχίδικος primarius judex*. *) ארכבתא item ארכובה vide in רכב. *) ארכילא *corbis*. Sanhd. 12a. *) ארכתא *licentia, potestas, facultas* (B. kama 70a). Pro eo in plerisque Talm. est הרשאה vel אורכתא, de quibus A. n. in ord. רשא et דרך. *) ארכי בריוניא *ἀρχὴ ὕβρεων* idem quod ריש בריוני (Gitt. 56b) *princeps s. dux insolentium*, seu *arrogantium*.

אֵירֵימִיאָה *solitudo, locus desertus, ἐρημία.* In MK. ירמיה ולמה נקרא שמו ירמיה שבימיו נעשת ירושלם אירימיה Jeremias; et quare vocatum est nomen ejus, Jeremias: quia in diebus ejus facta est Jerusalem *ἐρημία*, h. e. solitaria; fol. 1a.

אַרְמְלָא *vidua*: תבי ארמלא mane vidua in domo patris tui, Gen. 38, 11. ארמלא ומתרכא viduam et expulsam, Lev. 21, 14. יתם וארמלא pupilli et viduae, Deut. 10, 18. דמיא לארמלא similis viduae, Thr. 1, 1. Emph. אִתְּתָא אַרְמַלְתָּא mulier vidua, IIS. 14, 5. וקבילת ארמלתא et vociferatio viduae, Jes. 1, 23. וארמלתא לא יוטיב et viduae non benefacit, Job. 24, 21. כסו דארמלתא vestimentum viduae, Deut. 24, 17. Jon. תחומא דארמלתא terminum viduae, Prov. 15, 25. ולארמלתא et viduae, Deut. 24, 19. Pl. נְשֵׁיכוֹן אַרְמְלָן uxores vestrae viduae, Ex. 22, 23. נשיכון תכלן וארמלן uxores vestrae orbae et viduae, Jer. 18, 21. ודיניהן וארמלן et judex viduarum, Ps. 68, 6. אמהתנא כארמלן matres nostrae sunt quasi viduae, Thr. 5, 3. ארמלתא שדרתא viduas dimisisti vacuas, heb. אלמנות, Job. 22, 9. In hebraeo est plurale, unde et in Targ. recte sic legitur, pro quo in Venetis est forma singularis: וארמלתכון et viduae vestrae in verbum meum sperant, Jer. 49, 11. ועל ארמלתוהי et viduarum ejus non miserebitur, Jes. 9, 17. ארמלתהא יסגיאו viduas ejus auxerunt in ea, Ez. 22, 25,

אַרְמְלוּת *viduitas.* Per apocopam תְּכַל וְאַרְמְלוּ orbitas et viduitas, Jes. 47, 9. Cum aff. לְבוּשֵׁי אַרְמְלוּתָהּ vestes viduitatis suae, Gen. 38, 14. 19. וחסודי ארמלותיך et opprobria viduitatis tuae, Jes. 54, 4. בעדן ארמלותיך tempore viduitatis tuae, Ruth. 4, 15.

נִתְאַרְמֵל *viduari, viduus* vel *vidua fieri*, Rabb. האשה שנתארמלה mulier qui vidua facta fuerit.

אַרְמַלְגּוֹס *Armalgus*, idem quod ארמילוס, quod sequitur. ופורענות ארמלגוס רשיעא et calamitas Armalgi improbi, Deut. 34, 3 in Jon.

א"לבם: *Albam*. Non est abbreviatura, sed species cabalistica, qua una litera sumitur pro altera, et quidem, א pro ל, ב pro מ et sic deinceps, et contra, quarum integra constitutio sic est:

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ
ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Meminerunt hujus speciei Rabbi Sal. et Aben-Esra Jes. 7, 6 ubi dicunt, quosdam interpretes nomen proprium טבאל, quod ibi legitur, interpretari per רמלא per speciem commutationis אלבם albam. Ramla autem iste fuit filius Remaljahu. Sed Aben-Esra addit וזה הבל fumum esse eam expositionem. Vide et infra in ת"בש.

א"לכ: אם לא כן *si non sic*, alioqui. Cum servili, וא"לכ quod si non ita est: שא"לכ idem.

א"מ: 1) ארץ מצרים terra Aegypti: Rab. 2. אחד מלא *unum plenum*. Apud Masorethas, quando significant vocem plene cum ו vel י in medio scriptam esse. Unde א"מ וא"ח unum plenum, alterum חסר deficiens est. Pluraliter מלאים. Observo et hic in Masora parva semper scribi מ"ל pro מלא vel מלאים, ut et supra in א"ח dixi, sic Gen. 2, 12 ad vocem ותוצא notant, ג' ב' מל וא' חסר i. e.. tria (sic reperiuntur) duo plena et unum defectivum. 3. אבינו מלכנו *pater noster, rex noster*. In libris precum, et alias ubi formae precum exprimuntur. 4) Apud chronologos א est unum, מ est מחצית, nempe hora prima et dimidia est initium Tekuphae sive solstitii aestivi in mense Tammus sive Junio.

אמ"ה: אמר השם *dicit DOMINUS* et tunc aliquando adjicitur י in fine, pro יתברך *benedictus sit*. Quandoque valet אמר הכתוב *dicit scriptura sacra*.

אמ"ן: אדני מלך נאמן *dominus-deus rex fidelis*. Apud Cabalistas sic exponitur vox אמן. Unde benedicent sibi באלהי אמן, Jes. 65, 14 i. e., in deo domino rege fideli. Hinc et ap. Talm. legitur, מאי אמן quid est אמן? Respondit Rabbi Chanina, אל מלך נאמן deus rex fidelis: Sanh. 111 a.

אמ"ש: אש, מים, שמים *ignis, aqua, coelum* sive aer, quae tria in libro Jetzira statuuntur rerum in hoc mundo principia.

אמ"ת: איוב משלי תהלים Job, Proverbia, Psalmi. Apud Masorethas in usu est, quando vocem aliquam ex tribus hisce libris adducunt. Pro תהלים dicunt etiam contracte תלים. 2. אלה הדברים, מלכים, תרי עשר Deuteronomion, Regum-liber, duodecim prophetae minores. Sic sumitur in Masora ad vocem עשה, Ex. 15, 11 ubi observandum, Tsere illic vocari Kametz parvum.

א"נ: אם נאמר quod Talmudici efferunt, אי נימא *si dixerimus*. 2) אי נמי *si etiam, sic etiam*. Talm.

אנ"ך: אוריתא, נביאים, כתובים lex, prophetae, Hagiographa. Apud Masorethas in usu est, quando significare volunt, vocem aliquam ter reperiri, semel in lege (quae chaldaice dicitur אורייתא, hebr. תורה) semel in prophetis, semel in Hagiographis. Sic ad והבל Gen. 4, 4 notatum ג' אנ"ך tria sunt etc. Idem significant per א"ב א"ב א"ב ut supra positum.

אנ"סו: אמן נצח סלה ועד *amen in saecula sempiterna saeculorum*. Clausulis librorum, quae in pium votum exeunt, adjici solet.

א"ס: אמן סלה *amen, selah*, i. e., *sempiternum*: preces sic claudi solent. Quandoque triplicari solent, אא"א סס"ס. 2. אין סוף *non finis, sine fine, infinitus et aeternus*. Periphrasis dei infiniti et aeterni, apud Cabalistas. Unde saepe adjungitur ipsi ב"ה pro ברוך הוא benedictum illud ens infinitum. Sic in libro שפע טל saepe occurrit.

א"סף: אתנח, סוף פסוק *Athnach, Sophpasuk*. Apud Masorethas in usu est, quando notant dictionem aliquam ob accentum minorem pausantem, veluti sakeph katon, rebbia, tipcha aut alium, scribi cum Kametz, aeque ac in athnach et sophpasuk pausis majoribus, quarum proprium sic voces afficere. Exempli causa, ad הפסח Num. 9, 2 notatum: ל' קמץ וכל אס"ף דכו' i. e. non reperitur sic amplius et est cum kametz, et omne athnach et sophpasuk ipsi simile est: hoc est פסח scribitur hoc tantum loco cum kametz loco saegol, propter accentum tiphcha, at cum majoribus pausis athnach et sophpasuk semper habet kametz. Porro sophpasuk ipsis est, qui alias dicitur silluk, virgula scilicet recta, ultimae cujusque versus voci apposita. Sic et grammatici dicunt, voces indeclinabiles nunquam venire באס"ף, cum pausis athnach et sophpasuk: sunt enim מלות הדבק dictiones adhaesionis, quae aliis semper adjunguntur.

א"ע: אבן עזרא Aben-Esra. Insignis fuit theologus, astronomus et philosophus, qui commentaria praeclara in tota Biblia scripsit. Proprium ejus nomen est Rabbi Abraham bar Rabbi Meir ben Esra, ut ipsemet se appellat in fine commentarii sui in prophetas minores. Patrem habuit Rabbi Meir, avum Esra. Interea tamen nomine עזרא Esra respicit ad nomen proprium lapidis, cujus mentio 1. Sam. 7, 12 qui dictus fuit אבן העזר lapis auxilii. Sic ipse fuit lapis auxiliaris ad firmandam theologiam et philosophiam in populo suo. Has enim duas scientias maxime suae genti illustravit. Commentarium suum in duodecim prophetas minores absolvit in urbe Rhodo, anno Christi 1145 et anno praecedente commentarium in Danielem. Commentarii in Jeremiam meminit Jes. 49, 1. Mortuus anno aetatis suae septuagesimo quinto. Ob insignem doctrinam et sapientiam fuit κατ' ἐξοχὴν dictus החכם ὁ σοφός sapiens. Abben arabica appellatio est, qua plures Arabes appellantur. 2) אמר עולא *dixit Ula*: apud Talmud. (V. annot. nost. supra p. 10.)

א"ע ג: אף על גב *etiamsi, tametsi*. Additur interdum ב in fine, אע"גב: ab initio serviles דא"ע, ואע"ג quod etsi.

אע"צ: Duae abbreviaturae sunt: א"ע jam vidisti: de צ"ע vide suo loco.

אע"פ: אף על פי *quamvis, etsi, etiamsi, licet*. A fine quandoque additur י ut אע"פי: additur et כ pro כן sic, ut אע"פכ licet ita sit: tamen, nihilominus tamen. Cum servilibus, וא"עפ, שא"עפ quod etsi.

אפ"ה: Vide supra in א"ה.

אפ"ס: אחד פסוק סימן *unus versus signum est*. Masorethae utuntur, quando versum aliquem biblicum pro memoriali signo certarum vocum adducunt, quae aliter in hoc et aliter in illo loco reperiuntur. Exempli causa: in uno loco legitur, אשר אנכי יושב בקרבו „in cujus medio ego habito Gen. 24, 3 et alio in loco, אשר אנכי יושב בארצו „in cujus

terra ego habito," ibid. v. 37. Ad priorem locum notarunt, קדמאה אנכי יושב בקרבו תנינא אנכי יושב בארצו וא"פס כי אני יהוה בקרב הארץ i. e. „prius, ego habito in medio ejus: alterum, ego habito in terra ejus", unus autem versus signum est: quia ego *DOMINUS* in medio terrae. Sensus: in hoc versu memoriali, qui legitur Ex. 8, 18 voces symbolicae sunt בקרב הארץ quae in memoriam revocant, priori loco Geneseos legi בקרבו in altero, בארצו, quia in versu isto memoriali praecedit בקרב, sequitur הארץ.

א"צ: אין צריך *non est necesse.* Sic fere sequi solet ל, vel infinit., ut mox. 2) ארץ צבי *terra decoris* i. e. *Judaea, terra israelitica*, quae sic passim in sacris literis vocatur, ut Ex. 20, 6. Dan. 11, 16.

א"צל: אין צריך לומר *non est necesse dicere.* Rabbinis passim usitatum, qui in infinitivo dicunt לומר pro לאמור. Sic אין צריך לברך non est necesse benedicere.

א"ק: איכתיב קשה *scriptum durum vel difficile est.* Ap. Talm. in usu est, quando locus aliquis scripturae difficilis objicitur, qui in utramque partem disputari potest, קשה durum, difficile vocant id, quod in contrariam sententiam objicitur: קשיא *objectio, quaestio contraria:* מקשן *opponens, objectionem difficilem proponens.* אכתיב per syncopam ex forma passiva Ithpehal dicitur pro אתכתיב idem etiam per apocopam frequenter dicitur איכתי. 2) אמר קרא *dicit scriptura.* Cum servili, דא"ק quod dicit scriptura vel קרא מקרא vocatur S. s. a legendo, quasi lecturam dicas, quia ab omnibus legi debet. קראים lectores scripturae sacrae. Secta olim fuit, quae nudo textui Biblico addicta erat, ac traditiones omnes rejiciebat.

א"קבו: אשר קדשנו במצותיו וצונו *qui sanctificavit nos praeceptis suis et praecepit nobis.* Formula communis est, quae in exordio precum usurpari solet, unde compendii causa eam in libris precum saepe sic signant.

ארא"ריתא: אחד ראש אחדותו, ראש יחודו, תמורתו אחד i. e. *unum, principium unitatis suae, principium singularitatis suae, vicissitudo ejus unum.* Apud cabalistas discriptio est dei aeterni, immutabilis, unici et semper sibi similis. Meminit Reuchlinus lib. 3. Cabalae.

א"ר: אמר רבי *inquit rabbi*, vel רב Raf. Pluraliter אמרו רבותינו dicunt Rabbini nostri et tunc sequi solet ז"ל, de quo suo loco.

אר"גמן: אוריאל, רפאל, גבריאל, מיכאל, נוריאל *Uriel, Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel.* Nomina propria angelorum sunt, quos tradunt ferre currum Majestatis divinae, qui etiam deum comitati sunt, cum descenderet in montem Sinai, tanquam signiferi quatuor, ut Israelitae quatuor vexillis profecti sunt. Michael dextram occupabat, Gabriel sinistram, praecedebat Nuriel, sequebatur Raphael. Meminit autor libri Zeror hammor, i. e. fasciculi myrrhae, in principio libri Numerorum. Vide etiam Reuchlinum lib. 3. Cabalae.

א"רזל: Vide paulo ante in א"ר.

אר"יבל: אמר רבי יהושע בן לוי *inquit rabbi Josua filius Levi.* Talm.

א"רל: אמר ריש לקיש *dicit Resch Lakis.* Nomen proprium insignis doctoris Talmudici.

א"רמע: אש, רוח, מים, עפר *ignis, aer, aqua, terra.* Nomina quatuor elementorum apud physicos Hebraeorum.

א"רש: אמר רבי שמעון *dicit rabbi Schimeon*, Talm.

ארש"בג: אמר רבי שמעון בן גמליאל *R. Schimeon inquit filius Gamalielis.* Talm.

א"ש: אלהינו שבשמים vel אבינו *deus noster*, vel *pater noster, qui in coelis est.* Formula exordii in precibus. 2. אלה שמות *elle schemoth.* Nomen secundi libri Mosis, ex primis ejus verbis desumptum. Cum servili, בא"ש in Exodo, וא"ש et Exodus. 3. אתי שפיר *venit pulchre, bene, recte.* Quando sententia aliqua approbatur, tamquam recta, Talm. et maxime in Tosephos.

אש"ט: אמר שם טוב *inquit Schem tof.*

אש"י: אדני שיתברך *dominus deus, qui sit benedictus.*

א"של: Non est abbreviatura, sed notaricon trium vocum separatarum, אכילה שתיה לויה i. e. *cibus, potus, comitatus.* Haec tria instituisse perhibetur Abraham patriarcha, quando plantavit אשל, in Beerscheba, Gen. 22, 33. Ibi quidam per אשל intelligunt פרדס hortum, ex quo desumpserit fructus pro viatoribus; alii dicunt, cum aedificasse פונדק hospitium pro hospitibus, et inde factum notaricon istud illius vocis, ut ista tria hospitibus et viatoribus sint humanitatis ergo exhibenda.

אש"עה: אמר שלמה עליו השלום *inquit Salomon, super quo sit pax.* Salomon sc. rex. Vide ע"ה.

אש"ש: אמר שמואל שולם *inquit Samuel Schullam.* Saepe in libro Juchasin occurrit, ubi sententiam suam autor iste aliorum verbis adjicit. Hic autem est, cujus studio liber Juchasin, cujus autor est R. Abraham Sachuth, primo editus est Constantinopoli.

א"ת: אם תאמר vel talmudice אי תימא *si dixeris* vel pluraliter אם תאמרו *si dicatis* vel *dixeritis.* Cum servili וא"ת et si dixeritis. 2. אמרי תורה *verba legis.* 3. *Principium et finis*, apud Cabalistas, ut *A* et *Ω* apud Graecos.

את"בש: Athbasch et cum servili באת"בש per Athbasch. Sic vocatur apud Cabalistas ratio scribendi arcana, qua ת, cum א et ש cum ב et contra, permutantur, et sic deinceps totum alphabethum, hoc modo:

את בש גר דק הצ וף זע חס טן ים כל

לך מי נט סח עז פו צה קד רג שב תא

Exempla: „Jer. 25, 26 legitur, ומלך ששך ישתה אחריהם et rex ששך Schesach bibet post eos. Id per commutationem alphabethicam Athbasch, volunt Rabbini ex arte hac cabalistica idem esse quod בבל rex Babel sive Babyloniae. Nam ש cum ב et כ cum ל permutatur. Hoc putant ex consilio Prophetae factum (de quo ego dubito), cui ars haec cabalistica fuerit nota et ea usum occulte, ne regem Babyloniae offenderet. Certe et Chaldaeus transtulit ומלכא דבבל et rex Babyloniae. Item שרה per Athbasch scribitur בגצ, quae literae in numero faciunt nonaginta quinque. Totidem continet nomen aliud proprium יסכה, quod exstat Gen. 11, 29. Unde colligunt שרה et יסכה idem nomen esse et Saram alio nomine Jiscam dictam fuisse. Item apud eundem 51, 1. „Ecce ego excitaturus sum contra Babyloniam et contra habitatores לב קמי Lefkamai ventum disperdentem." Hic interpretes R. Sal. et Aben-Esra has duas voces explicant per אתבש Athbasch, כשדים Chaldaei ut propheta contra Babyloniam et Chaldaeos prophetiam instituat. Sic Chaldaeus ארעא דכסדאי contra habitatores terrae Chaldaeorum. LXX. καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας Χαλδαίους. Vide Reuchlinum l. 3. Cabalae. Aliquando literae vicariae pro numeralibus duntaxat su-

muntur. Sic פרץ Gen. 38, 29 per Athbasch est צ"ח quae valent י"ד i. e. quatuordecim. Totidem דוד David. Occulte ergo per Perets significatur David, qui ex ejus familia descendit, notatum hoc in collectaneis ex Baal Turim ad hunc locum in bibliis magnis.

את"ל: אם תמצי לומר *si repereris dicere, si possis dicere*. Talmud. מצי vel מצא potuit: היך מצי משבע להו quomodo potuit jurare ipsis? Usurpatur, quando una quaestio ex altera elicitur: ut, mensa haec est lapidea an stannea? את"ל etiamsi posses dicere, etiamsi tibi concederem, esse lapideam, tamen etc. Vide Halich olam, f. 13 b. 2. אם תאמר לי talmudice אי תימא לי. *Si dixeris mihi.*

ב[1]

באג באג Quae hujus formae sunt in medio cum א, vide ea infra in בגה. Medium א hic et in plerisque sequentibus, non est radicale, sed vocalis index.

באד בָּאדָן nom. propr. loci, in quo malogranatorum bonorum crescebat copia, unde רמוני באדן malogranata badania, T. Kel. c. 17. Orla in fine. In Av. sar. 74a. scribitur בדן, unde apparet, א et hinc tantum esse vocalis indicem.

באט בִּיאַט *gradus, locus mansionis*. Munst. sic ponit. Ar. non habet: mihi suspecta est interpretatio.

באל בָּאלָא[2] *nomen silvae cujusdam in Babylonia* aut est simpliciter *silva*. Hinc תאו bubalus, bos silvestris, Deut. 14, 5 in Onkelo transfertur תורבלא bos silvae i. e. silvestris. Nam תור chaldaice est pro hebraeo שור bos et בלא idem quod יער silva. Rabbini istum bovem vocant שור הבר, ubi בר est *foris, extra, silva, desertum*; quia ista loca sunt extra habitationem hominum. Ap. Tos. הני עזי דבלא כשרות על המזבח istae caprae silvestres rectae sive legitimae sunt super altari, Chol. 80a gl. באלא i. e. יער silva. Et ibidem mox: תורבלא מינא דבהמה תוא bos silvestris species bestiae est. Junctim legitur, ut vox composita.

באץ. Hinc formam videtur habere, דבאצי, quod legitur Prov. 25, 1. V. de eo in בצא.

באר בֵּאֵר[3] *explicare, explanare, exponere, declarare*, hebr. Sic ap. Rab. usitatissimum est: מבואר *explicatum, declaratum.*

בֵּיאוּר *expositio, declaratio*: ביאור על התורה expositio super legem: בביאור cum expositione, clare, diserte. בביאורו על התורה in expositione sua super legem. Plur. בֵּיאוּרִים expositiones, declarationes. Item תוספת הביאור additio expositionis, epexegesis, expositio antecedentis.

בֵּאֵרָא *fons, puteus*, a clara et limpida aqua dictus. Haec forma rara est in Targ., communis autem in textu hebraeo: בזמן דאתיהיבת להון בארא דמיא in tempore, quo datus fuit ipsis puteus aquae, Cant. 1, 1 in cantico tertio ejus versus. Alias א medium commutatur in Jod: vide ביר.

בַּארַג *laudatum, optimum*: vide infra in ברג.

באש בְּאֵשׁ *malum esse vel videri, displicere, aegre, moleste ferre: aegrotare, male habere*. Scribitur et באיש pro בְּאִישׁ vel בְּאִישׁ. Respondet hebr. ירע vel רוע. Praet. שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי valde malum fuit ipsi, i. e. vehementer displicuit, Dan. 6, 14. ובאיש פתגמא לחדא et mala fuit haec res valde i. e. displicuit, Gen. 21, 11. Part. ולמה באיש ליך לבך et quare se male habet cor tuum? I S. 1, 8. Pl. נְבִיאֵי שִׁקְרָא דִי בְגַוָּהּ בָּאֲשִׁין prophetae falsi, qui in ea sunt, mali sunt, vel male agunt, hebr. אנשי בגדות Soph. 3, 4. Fut. אַל יִבְאַשׁ בְּעֵינָךְ ne malum sit in oculis tuis de puero hoc, Gen. 21, 12. תבאש עינה malus, malignus sit oculus ejus, Deut. 28, 54. ותבאש עינך et malignus sit oculus tuus in fratrem tuum, Deut. 15, 9. Veneta formam pehal et aphel confundunt. Ithpehal, Praet. אִתְבְּאֵשׁ לְעַמָּא הָדֵין male fuit populo huic Ex. 5, 23. In TH. אִיבְּאַשׁ frequens est pro *male habuit, aegrotavit.* Aphel אַבְאִישׁ male agere, malefacere malo afficere. Praet. אַבְאִישׁ מִכֹּל pejus egit, quam omnia, quae fecerunt Emoraei, II R. 21, 11. ושדי הבאיש לי et omnipotens malo affecit me, hebr. הרע, Ruth 1, 21. Forma est hebraica, quam etiam Daniel in chaldaismo aliquando usurpavit: למה אבאשתא לעבדך quare malo affecisti servum tuum? Num. 11, 11. ולא אבאשית יח חד neque malo affeci quemquam ex vobis, Num. 16, 15. אבאישו מאבהתהון pejus egerunt, quam patres ipsorum. Jer. 7, 26. ואבאישו et male egerunt, Jes. 1, 4. למא אבאשתון quare malum fecistis mihi? Gen. 43, 6. דאבאשתון ית ריחנא quod malum reddidistis odorem nostrum, heb. הבאשתם foetere fecistis, foetidum reddidistis, Ex. 5, 21. Alias hoc verbum redditur per סְרִי quod eam significationem proprie habet. Part. מַבְאֲשִׁין בִּידֵיהוֹן male

---

1) ב Hebraeis et Chaldaeis, ܒ Syris, ب Arabibus secunda est litera alphabeti, proinde et notam arithmethicam *binarii* denotat. Item litera servilis est constituens praepositionem *in*. In vocabulis peregrinis restituit literam *υ*, pro gr. εὐγενής אבגינוס ut scribatur. Inde et pro lat. V poni solet, prout בסטיה pro lat. *vestis*. Deinque et ceteras literas vocabulas o *αι*, *οι* et *ει* restituit ut s. l. exposituri sumus.

2) Nonnulis gr. est ὕλη *silva, ligna, arbores*. At ego vocem ad pers. بالا altitudo, mons, fastigium vertere malim ut *saltum* denotet *montemque silvosum*, ita enim et Libanum montem voce באלא designant Talmudici. Cf. Lighfootii hor. talm. p. 957.

3) Origo in *findendo* ut videtur, arab. بأر, *fidit*, veluti lat. ex-ponere et germ. auseinandersetzen.

*) באזהר. arab. بازهر *lapis bezoardicus*. Citatur in sefer Hagdarim inter medicamenta.

faciunt manibus suis, Mich. 7, 3. ביד מבאשין manum male-agentium, maleficorum, hebr. מרעים, Job. 8, 20. כנשת מבאישין coetus malificorum, Ps. 22, 17. Infin. וְאִם אַבְאָשָׁא תַבְאֲשׁוּן si malefaciendo malefeceritis, 1. Sam. 12, 25. לאבאשא ad malefaciendum, Ps. 37, 8. למבאשא idem et מ est loco א, ex dialecto hierosolymitana, Ex. 23, 2. in Jon. למבאישא או למיטבא ad malefaciendum vel ad benefaciendum, Lev. 5, 4 in TgH. מלאבאשא ליך a malefaciendo tibi, IS. 25, 34. Fut. לא אבאש לך עוד non malefaciam tibi amplius, IS. 26, 21. נבאש לך מדילהון malefaciemus tibi magis, quam illis, Gen. 19, 9. לא תבאישון ne malefaciatis, Gen. 19, 7.

בְּאִישׁ. בְּאִישָׁא *male affectus, dispositus, vel male habens, aegrotans*, Talm.

בְּאוּשְׁתָּא *maligna, pessima*, קריתא מרדתא ובאושתא civitas rebellis et pessima, Esr. 4, 12.

בִּישׁ, בִּישָׁא *malus, malignus*: *malitia, malum*, substantive ut hebraice רע, cui respondet: לחוד ביש כל יומיא tantummodo est malum omnibus diebus Gen. 6, 5. דיעביד ית דביש qui fecerit, quod malum fuerit, Deut. 17, 2. בין טב לביש inter bonum et malum, IR. 3, 9 etc. Plur. וַאֲנָשִׁין דִסְדוֹם בִּישִׁין viri autem Sodomae mali erant, Gen. 13, 13. זעירין ובישין pauci et mali, Gen. 47, 9. Emph כָּל מַכְתָּשֵׁי מִצְרָאֵי בִּישַׁיָא et omnes plagas Aegypti malas, Deut. 7, 15. ארי בישן בנת כנען quod malae essent filiae Canaan, Gen. 28, 8. די חשילו בישן בלבא qui cogitant mala in corde, Ps. 140, 3. Vide et infra in ביש.

בִּישָׁא. בִּישְׁתָא *malum, malitia*: אם תעביד עמנא בישא si feceris nobiscum malum, Gen. 26, 29. חיתא בישתא bestia mala, Gen. 37, 20. ולמעדי מן בישתא et recedere a malo, Job. 28, 28. ובישתא לא אשתכחת בך et malum non fuit inventum in te, IS. 25, 28. בבישתא לשאול in malo in sepulchrum, Gen. 44, 29. מבישתא לבישתא נפקו de malo uno progrediuntur in aliud, Jer. 9, 2. Constr. אֲרֵי סְגִיאַת בִּישַׁת אֱנָשָׁא quod multa esset, vel multiplicaretur malitia hominis, Gen. 6, 5. וְיַת בִּישַׁת נָבָל et malitiam Nabalis reddit dominus in caput ejus, IS. 25, 39. C. aff. דְצָבְיָן בִּישְׁתִי qui cupiunt malum meum, Ps. 40, 15. דוד כמין בישתך David occulte quaerit malum tuum, IS. 24, 10. ארי בישתכון סגיאה quia malitia vestra multa est, IS. 12, 17. ולא תבע בישתיה neque cupit malum ejus, Num. 35, 23. דתבעין בישתהון qui cupiunt malum ipsorum, Esth. 9, 2. Pl. סַגִּיאָן בִּישָׁן multa sunt mala, quae accidunt justo, Ps. 34, 20. ארי בישן בנת כנען quod malae essent filiae Canaan, Gen. 28, 8. וכתיניא בישתא et sicut ficus malae, Jer. 24, 8. Constr. ובישת שמרין et malitiae Samariae, Hos. 7, 1. מכל בישתיכון ex omnibus malis vestris, I S. 10, 19. בבישתיהון in malis ipsorum, Ps. 141, 5.

בְּאִישׁוּת *foetor, putor*, Rab. ab hebr. באש *foetere, putere*.

בִּישׁוּת *malum, malitia*: מן קדם בישות עובדך propter malitiam operum tuorum, Deut. 28, 20. וכבישות עובדיהון et juxta malitiam operum ipsorum, Ps. 28, 4. ומבישות עובדיהון et propter malitiam operum ipsorum, Jer. 23, 22.

Per apocopam, לבישו in malum, hebr. לרעה Gen. 31, 52. לבישו propter malitiam, malam constitutionem, veluti macilentiam et deformitatem, Gen. 41, 19. דלא מתאכלן מבישו quae non comeduntur prae malitia, Jer. 24, 2. 8. חשלי בישותי cogitantes malum meum, Ps. 35, 4. דחדין על בישותי qui laetantur malo meo, Ps. 35, 26. תבעי בישותי quaerentes malum meum, Ps. 71, 31. Ap. Tos. חזיה לרבי אליעזר בבישות aspexit R. Eliesarem cum malitia, h. e. vultu malo, torvo, irato, Ketub. 25b.

מַבְאֲשִׁין *malefactores, maligni, male agentes*: ואיתי מבאשי עממיא et adducam pessimos gentium, qui scil. pessime acturi sunt, Ez. 7, 24.

אַבְאָשׁוּת *malus status, mala dispositio vel affectio*: באבאשות אפי cum mala dispositione vultus venit divina majestas, nempe cum vultu iracundo, tristi vel perturbato, Eccl. 7, 4.

בבב בָּבָא, בָּב[4] *janua, ostium, porta*: ועל בבא דביתיה et ad ostium domus ejus sanguis ejus effundetur, Esth. 5, 14 circa medium. Ap. Tos. ejus usus frequens est: פתחו לי בבא aperite mihi ostium: אבבא, אבב ad portam, ad ostium. Hinc adagium priscum, אבב חוטרא מילי ואבי דרי חושבנא ad fores caulae verba, intra septa ratio, sc. exigitur, Schab. 32a. Oves fugitivas pastor blande ad ostium caulae revocat: ab ingressis intra septa; severius poenas exigit. Sic magistratus cum sceleratis fugitivis, praeceptor cum discipulis, paterfamilias cum servis, deus cum improbis agit. Vide R. Sal. Eccl. 3, 17. Ibid. in Gem. אבב חנואתא נפישי אחי ומרחמי אבב בזיוני לא אחי ולא מרחמי ad ostium tabernarum, multi sunt fratres et amici: ad ostium locorum despectorum, neque fratres, neque amici. Nempe taberna, in qua dives et liberalis hospes multos allicit amicos: domus autem hospitis pauperis et despecti, deserta est. Donec eris felix, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila, solus eris. Alibi: וליתלייה בסיפא דבבא et ad suspendendum eum in limine portae vel ostii, Git. 68b. אידרונא דאית ביה ארבעה באבי cubiculum in quo sunt quatuor januae, Men. 34a. Sunt et in opere talmudico tres libri, quorum quisque vocatur בבא „porta", unde בבא קמא porta prima בבא מציעא porta media, בבא בתרא bava sive porta posterior. In his tractantur politica, juridica, forensia.

בָּבָא Bava, nom. propr viri, et tunc nomen familiae ejus semper adjunctum habet, ut בבא בן בוטא Bava filius Butae, Talm.

בבו *odium, inimicitia*: ונטרו ליה בבו et servabant ei odium, hebr. וישנאו אותו et odio habebant eum, Gen. 37, 4 in Jon. Sic למנטר ליה בבו et perrexerunt amplius servare ipsi odium, ibid. v. 5. 8. או נטר ליה בבו aut servaverit ipsi inimicitiam, Num. 35, 21 Jon. Si lectio bona est, erit idem quod דבבו, per aphaeresin primae literae.

בָּבָא[5], בַּבְתָּא *pupilla oculi*: היך בבתא דעינא sicut pupillam oculi, hebr. כאישון „sicut nigrum oculi", Prov. 7, 2. Veneta hic mendosa sunt. Constr. נַטְרִינוּן כְּבָבַת עֵינֵיהוֹן

4) Arab. باب. Vide infra s. v. ביב.

5) Proprie: *porta oculi* i. e. pupilla. Contracte in hebr. בת עין invenitur. Cf. Fuerstii lex. hebr. chald. s. v. בבא.

custodiet eos sicut pupillam oculi ipsorum, heb. כאישן עינו, Deut. 32, 10. Ap. Tos. בביתא idem, Git. 69a.

בָּבוּאָה[6] *umbra figuram alicujus referens, imago, figura umbratilis*, germ. Wiederschein. Ti. אילימא לבבואה קא סגיד an dicam quod umbram suam (imaginem in aqua relucentem) adoret? ע״ז 47a. הלכתי לשאוב מים ונסתכלתי בבואה שלי ivi ad hauriendum aquas ex cisterna et inspexi imaginem meam, sc. in aqua, Nedar. 9b. Et alibi: Si quis iter facturus scire cupiat, an domum prospere reversurus sit, inspiciat noctu umbram suam, אם חזי בבואה לבבואה si viderit umbram umbrae, indicium est, ipsum reversurum esse, sin minus, tunc periculum vitae ipsi imminet, Kerit. 6a. ראה בבואה שלך בהן intuere umbram, imaginem tuam in illis, sc. speculis, BR. s. 4. Eodem sensu legitur nonnunquam בוביא, ut in Jalk. Proph. 65 et in Talm. hier.

בּוּבְיָא[6a] *catinus, frixorium fictile*, germ. ein Tiegel, *catillus*: האי בוביא היסיקו מבחוץ istum catillum calefecerit extrinsecus, Pes. 30b ein Tartenpfannen, in quo placentae coquuntur: אכל תמרי ושדא קשייתא לבוביא comedit dactylos et projecit ossa vel grana in catinum, Schab. 29a gl. כירה של רעפים שקורין טירלש.

בּוּבְיְתָא *maceratio*: על בוביתא דמיא super maceratione aquarum, i. e. aquas macerationis, in quibus linum macerari solet, Chol 85b gl. משרא.

בבל בָּבֶל *Babylonia, nomen urbis, in qua confusio linguarum ortum habuit;* in Targ. ריש מלכותיה בבל principium regni ejus fuit Babel, Gen. 10, 10. Nomen a בלל et בלבל *confundere*, derivatum, quia deus ibi בלל vel בלבל confudit linguam totius terrae, Gen. 11, 9. Postea regnum factum est ejusdem nominis. ויתוב לבבל et revertetur Babylonem II R. 20, 17. מתותבין מבבל reducentur ex Babylonia, Jer. 27, 16. מלכא דבבל rex Babyloniae; passim. Ap. Tos. מאי בבל quid est Babel? (i. e. quare ita dicitur?) Dixit R. Jochanan, בלולה במקרא בלולה במשנה[6b] בלולה בתלמוד quia est confusa in Scriptura, confusa in Mischna, confusa in Talmud. „In tenebris habitare fecit me“. Thr 3, 6. זה תלמודה של בבל hoc est in doctrina Babyloniae, vel in Talmud babylonico, Sanh. f. 24a. Verissime utique; nam Talmud illud Aegyptiis vel Cimmeriis tenebris est tenebrosius.

בָּבְלִי *babylonius, babylonicus*: תלמוד בבלי Talmud babylonicum, quod in Babylonia factum.

בַּבְלַאי *idem*. Emph. בַּבְלָאָה: Fem. לְאוּמָּה בַּבְלֵיתָא ad gentem babylonicam, Ps. 137, 8. Plur. masc. תַּמָּן שַׁיְּילוּ יָתָנָא בַּבְלָאֵי illic rogaverunt nos Babylonii. Ps. 137, 3. Fem. נְשֵׁי בַּבְלְיָתָא mulieres babylonicae, Esth. 2, 10 in 2. Targ.

בַּבְלָיֵא *Babylonii*, Esth. 4, 9.

בבר בִּיבָר *vivarium, ζωοτροφεῖον, locus in quo ferae, bestiae, pisces, aves, conservantur.*[7] Talm. אין צדים דגים מן הביברים ביום טוב non venantur sive capiunt pisces ex vivariis in die festo, Betz. 23b. לחצר ולביברין in conclave vel vivaria, Sab. 106b. ביברי של חיות של עופות ושל דגים אין צדין מהן ביום טוב ex vivariis animalium, avium aut piscium non venantur aliquid in die festo, Ibid. ביבר גדול, ביבר קטן vivarium magnum, vivarium parvum, ibid. ביברי דנרש vivaria urbis Neresch, Chol. 127a. Sed alii hic sumunt pro nomine proprio urbis, Vivare et Neresch. Sic ורדוניא וביבארי ושוקא דנרש Vardonia, Vivara et Neresch: trium oppidorum nomina sunt. Sota 10a.

בַּבְתָּא vide paulo ante.

בגא Hinc מְבַגַּאי *Mifgaeus*, nom. propr. ut adducitur ab autore Aruch in principio literae מ; sed ap. Tos. et alios legitur מְגַבַּאי literis duabus transpositis. Ejus usus est apud Hebraeos in proverbio quodam, quod vide in שכם.

בגד בָּגַד *praevaricari, perfide, falso agere.*

בֶּגֶד, בְּגִידָה *perfidia, falsitas, praevaricatio*: בגידה ישודם perfidia vastabit eos, Rab.

בָּגוֹד *perfidus*: בָּגוֹדָה *perfida.*

בֶּגֶד *vestis, vestimentum*: metonymice *pannus, unde fit vestimentum*: Ap. Rab. אל תלבש בגדיך בלא ברכה ne induas vestes tuas sine benedictione, i. e. sine precibus et celebratione dei. Quemadmodum enim homo tenetur benedictionem dicere, quando cibum capit: ita quoque benedicere debet, quoties vestimenta sua induit et quicunque hoc non facit, is induetur vermibus, qui molestiores sunt, quam acus in carne viva, in Orchoth Chajim. Monitum non contemnendum. Aliud: כל המבזה בגדים אינו נהנה מהם לסוף quicunque contemnit vestes, tandem nullum illarum usum habebit, vel, nullum ab illis usum sentiet, R. Sal, I R. 1, 1 et Jalk. in lib. Reg. ab initio ad haec verba, „et cooperiebant eum vestibus et non calefiebat“, (David sc.) dicunt enim, hoc ideo Davidi accidisse, quod antea dilacerarit pallium Saulis, I S. 24, 5. בגדים נאים vestimenta pulchra. בגדי כהונה vestes sacerdotii, i. e. sacerdotum sive sacerdotales. De his vide VR. s. 21.

בגה בָּגָא, בָּגִין, בָּגֵי *ager, campus, rus, vallis* T. בני בגא villici, qui in agris aut ruri degunt, Bez. 21a. דאכלי נהמא בבאגא qui comedunt panem vel cibum ruri. in agro, Erub. 73a. זילו וקטלי מכל באגי ite et interficite ex omnibus vallibus, ואינהו אזלו קטלו מחד באגא isti abiverunt et interfecerunt ex una valle, Bk. 113b gl. באגא i. e. בקעה *vallis*. באגי מיטמרי הוו agri occulti fuerunt, de

6) Arab. بوبو *imago in oculis refulgens*; item *pupilla*. 6a) Fortasse a concava s. cava forma (ביב arab. باب cavus est) formatum. 6b) בלולה mixta Lev. 2, 5. 7) Item *fiber, canis porticus* ut est in Chol. 127a.

*) בגרא nom. propr. loci. Ti. לעיל בדגלת עד היכא quid babylonici regni facit finem in superiore Tigridis parte? רב אמר בגרא ואונא Raf dixit בגרא et אונא, Kidd. 71a. B. Ar. אכברה legit, qua lectione nonnulli in errorem inducti sunt, quod hunc locum pro urbe Ecbatana habuerunt. Hanc vero urbem B. Ar. nomine אחמתא reddit. (Cf. an. nost. supra p. 33.) Haud aliter errant, qui בגראואונא legunt, quasi unius provinciae Bagdaona nomen, cujus mentionem facit Steph. Byz., quam conjecturam perperam esse, ex eo intelligere potes, quod בגרא urbs secundum l. c. ad Tigridem flumen sita fuit, Bagdaona vero provincia in Cappadocia septentrionali invenitur. (Cf. an. nost. sup. p. 25.)

quibus sc. possessores ipsorum tributum occultabant, Bb. 54b. בגי לא מזדבני rura non venduntur, Bb. 68a. Scribitur hic promiscue בגי et באגי unde apparet, aleph duntaxat esse vocalis indicem. Gl. באגי i. e שדות שסביב המדינה agri circa urbem.[8] Ar. scribit, באגא idem est quod בקעה *vallis, in qua sunt agri multi.* Munst. addit, significare etiam ramos arboris. De hoc in Ar. nihil.

בגל בִּגְלַאי V. in גלה. בְּגְלַל V. in גלל: nam littera ב in his servilis est.

בגן בְּגִין vide illud in גין. Eo enim illud Ar. refert, ut litera ב ab initio sit servilis, ut in aliis similibus. Deinde adducit Ar. הבגין pro *clamavit.* Sed exempla adducta hodie leguntur in Gem. per פ. V. ergo in פגן.

בגר בְּגַר[9] *pubescere, puberem fieri, pubertatis annos ingredi.* Videtur proprie esse *pilosum fieri*: nam pubertas pilositate באותו מקום in isto loco definitur, ut ex sequentibus constabit. Ap. Tos. ובגר לה קלא et pubuit ei vox, i. e. ob adultiorem aetatem fortior et crassior facta fuit, Bb. 167b. Sic pubera folia, pubentes herbae, apud latinos scriptores: rosae pubentes, apud Statium. Proverbium בתך בגרה שחרר עבדך ותן לה si fuerit filia tua pubes facta, manumitte servum tuum, et dato eum ipsi, sc. in maritum, Pes. 113a. Monere voluerunt eo, filias non esse diutius a parentibus, extra conjugium detinendas, vel justo longius retardandas, ne vagae libidinis occasiones quaerant et scortatione se suamque familiam dehonestent: כיון שבגרה שוב אין לאביה רשות בה quando pubuit filia, non amplius patri est potestas in eam, Nid. 47a. הבת מיום לידתה וכו' filia a die nativitatis suae, usque ad duodecim annos completos, vocatur קטנה „parva, minorennis", vel תינוקת „puellula", a duodecimo anno et die uno, si pubem in loco noto produxerit, vocatur נערה „puella." Pubes hujus aetatis vocatur סימן התחתון signum inferius. Post completos sex menses, a quo coepit dici נערה puella, deinceps vocatur בוגרת pubescens. Ex forma passiva, עד שתתבגר donec pubescat, puber facta fuerit, Rab. Vide Maim. p. 2 de אישות c. 2.

בַּגְרוּת *pubertas.* Haec in puellis incipit a duodecimo anno et sex mensibus: in masculis a decimo tertio anno et sex mensibus. Inde אין בין נערות לבגרות אלא ששה חדשים בלבד non est (distantia) inter pueritam et pubertatem, nisi sex menses duntaxat, Maim. p 2 de Statutis אישות, c. 2. Talm. Ketub. 39a. Nid. 65a. Kid. 79a. הביאה סימני בגרות produxit signa pubertatis, nempe duos pilos in loco isto, בגרות מוציאה מרשות האב pubertas eximit ex potestate parentis, Ketub. 39a. Autor Ar. tempus pubertatis pulchre definit, inquiens: לא בזמן תליא מילתא non in articulo isto temporis sita est res haec (nempe, in articulo sex mensium post duodecimum annum): אלא בהבאת שתי שערות sed in productione duorum pilorum, i. e. post sex menses a producta pube, quoto tandem anno hoc sit, vocatur בוגרת pubescens, adeoque matura conjugio: קמי הכין antea tantum vocatur קטנה parva, i. e. puella minorennis et immatura.

בַּגָּר *puber:* יש בגר בקבר estne puber in sepulchro, num anni pubertatis etiam in sepulchro finiuntur? Talm.

בַּגִּיר *pilosus.* Est idem quod hebr. שעיר, ad quam vocem Chaskuni, TgH. adducit, גבר בגיר „vir pilosus", Gen. 27, 11. Illud Targ. hodie in nostris libris non exstat. Onk. et Jon. habent שערן, a שער pilus.

בגרונדי, quod Ar. hic adducit vide in litera ג, in ordine גנד, in גונדרי.

ברא (בְּרָא) בדה *fingere, effingere, comminisci, mentiri,* hebr. I R. 12, 33. R. David illud explicat simpliciter per הוציא producere proferre et pariter Chaldaeus per עדא, quod idem. Sed R. Sal. et Ab. Esra volunt idem esse, quod כזב mentiri, fingere aliquid et fictum proferre loco veri. בודאים מלבם comminiscuntur ea ex animo suo. Ap. Tos. למד לשונך לומר איני יודע שמא תתבדא ותאחז doce linguam tuam dicere: Ego nescio, ne forte mendacii arguaris et capiaris, Ber. 4a. Ex significatione *producendi, proferendi:* שאור בודה להן מתוכן fermentum profert, producit ea ex illis, gl. מוציא, Men. c. 5 ab initio, in Misna

בַּדַּאי *mendax.* Hinc illud rabbinicum עונש של בדאי אם אומר ודאי אינו כדאי poena mendacis est, ut si quando dicat verum, illud non sit sufficiens, id est, ut ei non credatur. Aliter idem vulgari sermone dicunt, כך עונש של בדאי שאפילו אומר אמת אין שומעין לו talis est poena mendacis, ut etiamsi dicat verum, tamen non auscultent ei, i. e. fidem ei non adhibeant, Sanh. 89b. כל המתרגם פסוק בצורתו הרי זה בדאי quicunque interpretatur textum secundum formam suam, (i. e. ad literam, de verbo ad verbum) is est mendax. Adducitur a R. Asaria in מאור עינים f. 145 b ex Kidd. c. 2. Nam qui ita ad amussim literam interpretatur, fieri non potest, ut non aliquando sensum corrumpat: משה אמת ותורתו אמת והם בדאים Moses est verax, et lex ejus est verax, sed illi sunt mendaces, Sanh. 110.

בַּיְדָא *idem*: אפסקיה למוחיה אמר ליה ההוא ביידא הוה divisit ipsi cerebrum: dixit ipsi, iste fuit mendax ille, Chol. 63a i. e. בדאי vel בדאה hoc est שקרן mendax.

בְּדוּי *mendacium,* Rab.

ברב בדובר. Sic adducit hoc loco Ar. et exponit tergum *posterius, posteriora*: vel *petrorsum, tergo obverso*, idque ex usu linguae arabicae, in qua מותדבר idem sit, quod אחורנית.[10] Verba Ar. sunt, בדובר קיימת קמי מריך tergum tuum obvertis domino tuo? Ber. 6b vel; retrorsum tu stas coram domino tuo, i. e. tergo obverso, vultu averso, quod nequaquam decet. Sermo de quodam, qui post templum oravit, tergo obverso, contra morem Judaeorum, qui orantes semper vultum versus templum hierosolymitanum dirigunt. Id Elias videns,

*) בגדתא (Sebach. 92b, Ber. 54a) *Bagadanum* urbs.

8) Ita enim horti et loca amoena vineis aliisque arboribus consita pers. باغ vocantur.

9) Arab. بَجَر syr. ܒܓܪ tumuit, protuberavit; hinc *umbilico prominente* et *uterosus fuit.* Cf. Willmetii. Lex. arab. s. v.

10) Arab. دَبَرَ tergum vertit, inde دُبْر *podex, tergum.* ב servile est.

extracto gladio hominem transfodit et occidit, tanquam manifeste impium. כדובר i e., אחורך „posteriora tua, praepostere" Sic Ar. In lexico Schindleri, דבור *tergum, posterius*: מסתרבר *retro*: בדבור *in tergo, post.* Unde robur interpretationi Aruch. Hodie in Talmud legitur כדו בר, ubi כדו compositum ex כ et דו et בר i. e. quasi duas potestates tu facis stans coram domino tuo, q. d. duplex tu agnoscis dominium, duos tu deos colis, alterum quem colis, faciem ad ipsum dirigendo, alterum in templo, cui posteriora obvertis etc. Prior lectio autoris Ar. et expositio ejus melior et convenientior videtur: sed hac ratione pertinet ad radicem דבר.

בדד בָּדַד [11] *solitarium agere, solitarium esse*, hebraice. Ap. Rabb. etiam in hithpahel usurpatur, התבודד, eodem sensu. המתבודדין solitarii, solitariam vitam agentes, Kafvenaki, proverb. 8, 20. התבודדות solitudo, solitaria vita: חיי התתבודדות vita solitudinis, vita solitaria: בעלי התבודדות vitam solitariam agentes.

בּוֹדֵד *solitarius, solitarie agens.* Ap. grammaticos, פועל בודד *verbum* (pars orationis) *solitarium*, i. e. *verbum intransitivum, neutrum vulgo*, cujus actio vel passio in ipso subjecto manet et sic quasi solitarium verbum habetur, non habens socium, in quem vel actio vel passio dirigatur. Contra, פועל יוצא *verbum egrediens, activum.*

בְּדִידָה, בְּדִידוּת *solitudo*: מפני בדידות הלילה propter solitudinem noctis, R. David Ps. 91, 5.

בְּדִיד *liga, pala, batillus ferreus, instrumentum fodiendi*: יד הבדיד manus, manubrium palae, T. Kel. 29.

בּוֹדִידָה *lacus, vas instar mactrae, in quod oleum expressum influit*, Ti. אבל כותש הוא ומכנים לבודידה Schev. c. 8. In Ar. legitur לבודה.

בְּדִידִין *porcae, sulci agrorum, fossae parvae derivandae aquae causa factae*, Ti. בדידין שבעיקרי זיתים fossulae circa radices olearum, gl. גומות Mc. 4b. Fem. בדידות קטנות fossae parvae.

בְּדוּדִין *veteramenta, veterata*: בגדים בדודים vestimenta vetustate detrita, hebr. בלוים, T. Vide in ME. c. 1 ab initio.

בַּדָּדִין *torcularii, operarii in torcularibus*, Ti. הנועל בית הבד בפני הבדדין claudens domum torcularis coram torculariis, Tahor. cap. 10. הבדדין והבוצרים torcularii et vindemiatores, ibid הבדדין הנכנסים והיוצאים torcularii ingredientes et egredientes, ibid.

בַּד *torcular, praelum torcularis, locus ubi exprimuntur uvae*: item *trapes vel trapetum, mola olearia*, T. טוחן הוא בבית הבד molit in loco torcularis, in trapeto, sc. olivas, Schev. c. 8. אין עושין זיתים בבד non faciunt olivas in torculari, ibid. Plur. וִיטוּפוּן נַעֲוַיָּא חַמְרָא וּבַדַּיָּא מִשְׁחָא et redundabunt torcularia vino et trapetes oleo, Joel. 2, 24. Veneta hic habent וּבִרְיָא: rectius in Ar. adducitur in בד primo, וּבַדַּיָּא.

בַּד *ramus*: *pertica, vectis, palanga, baculus, bacillus, quo aliquid portatur, vel de quo aliquid in officinis suspenditur*: בד של הדס ramus myrthi. Pl. בדי מחטין bacilli, in quibus acus suspendunt vendendi causa, Bav. metz. 24a.

בַּד *linum, lineum*, hebr. בד המובחר linum praestantissimum: מכנסי הבד femoralia linea. Chaldaeus id transfert בוץ byssus, linum praestantissimum, Ez pro מכנסי בד, ut in Mose legitur, dixit מכנסי פשתים, quod idem, c. 44, 18.

בדה בָּדָה vide supra in בדא.

בּוּדְיָא *teges, matta, storea*, Ti. הבו ליה מתמרי דעל בודיא date ipsi de dactylis, qui sunt super storea, Ketub. f. 50b. Substernebant eas arboribus ad excipiendos fructus, ne laederentur. מסככין בבודיא tegunt (tugurium) storea, Suc. 20b.[12]

ברח בְּדַח *laetari, exsultare, gestire gaudio, hilarem esse.* Praet. בְּדַחוּ אֲרוּם אַתְּ הוּא יְיָ laetantur, quod tu domine is es, hebr. ששו Thren. 1, 21. Part. בָּדְחָא וְחָדְיָא exsultabat et laetabatur, Esth. 8, 15 in Targ. Imper. חֲדִיאִי וּבְדִיחִי gaude et laetare, hebr. שישי ושמחי Thren. 4, 21 Fut. אֶחֱדֵי וְאֶבְדַּח בְּמֵימְרָךְ gaudebo et exsultabo in verbo tuo, hebr. אשמחה ואעלצה Ps. 9, 3. ויבדחון בך רחמי שמך et laetabuntur in te amatores nominis tui, hebr. וְיַעְלְצוּ בְךָ Ps. 5, 12. Apud Tos. חזייה דהוה ברח טובא vidit eum exsultantem nimium: בדוחי אנן hilares, laeti sumus: ומבדחינן עציבי et exhilaramus tristes, Tan. 22a. יומא בדיחא הוה ליה dies laetus vel laetitiae erat ipsi, Erub. 29a. Si illud sit nomen, tunc potius dicendum, יומא דבדיחא. Nam post nomen emphaticum solet sequi ד in constructione cum altero substantivo.

בְּדִיחָה *laetitia, exsultatio*: Const. וּבְדִיחַת לִבָּא et exsultatio cordis, Est. 8, 17.

בְּדִיחוּתָא *idem*, Rab.

בדל בָּדַל *separare, distinguere, discernere.* Hebraice in hiphil usitatissimum est: Rabbini etiam in Kal eo utuntur. הבודל בתמרים separans dactylos, sc. cohaerentes, Bm. 89a. Ex Niphal, ענינים נבדלים res distinctae, separatae, diversae. Ex Hophal, יובדל בין העדר והקנין differentia constituetur inter privationem et habitum.

הֶבְדֵּל *differentia, discrimen.* Sic etiam vocatur *tertium praedicabile in logica.* Unde in logica R. Simeonis: הענין אשר בו יוכר המין לזולתו נקראהו הבדל i. e. rem istam, qua una species discernitur ab altera, vocamus eam differentiam, c. 10. ויקרא דבור הבדל לאדם et vocatur sermo differentia hominis, כי הוא יבדיל quia ipse distinguit speciem humanam, ויכירנו et discernit eam a reli-

---

11) Origo in *separando* et *secando* arab. بَدَّ secuit, separavit. Inde sequentia: בדיד *liga*, qua glebae contenduntur, ut particulae humi separentur, בדידין *sulci agrorum*, quibus arbores separantur, בד (arab. بَدّ) traps, cujus gravitate efficitur, ut vinum a vinaceo separetur; item בדודין de vestibus, quae minutatim discerptae separantur: deinde בד de illa parte arboris, quae de tota arbore separata est.

12) Rectius per ר, בוריא legeres, ut pers. sit بوريا storea ex arundinibus confecta, unde observante Relando autor Ar. interpretationem suam מחצלת של קנים hausit.

quis, ibid. עד שנעמיד הבדלו תמיד **donec constituamus differentiam ejus perpetuam, ibid.** החי סוגו והמדבר הבדלו **vivens sive animal vivum est genus ejus, loquens autem differentia ejus, ibid.** המות היא ההבדל האחרון **mors est differentia ultima, quae ipsum distinguit ab angelis, ibid.**

הַבְדָּלָה *distinctio, separatio*: נר ההבדלה lucerna separationis. Sic vocatur lucerna vel lumen, quod accenditur a Judaeis ad vesperam exitus sabbathi, ad separandum diem a nocte, et septimanae dies profanos a sabbatho sancto. Fit haec separatio cum multis ceremoniis, de quibus in libris ipsorum ritualibus prolixe agitur. סדר הבדלה ordo separationis istius est; primo precibus certis consecratur vinum: deinde aromata: tertio lumen separationis. Inspiciuntur manus et ungues digitorum etc. ut est in libris מנהגים „rituum."

בְּדִיל *stannum*, hebr. Hinc כלים מבודלים vasa stanno obducta.

בְּדִיל *ob propter*. Sequente ד est, *propterea ut* vel *quod, eo ut* vel *quod*: בדיל דלא למיכל מניה eo ut non comederes ex ea, Gen. 3, 11. בדיל דאנן בשרא eo quod caro sunt, Gen. 6, 3. Ante verbum infin. בדיל לאוספא propter addere, ad addendum, ut adderent, Hos. 4, 8. Cum pron. בְּדִילִי propter me בְּדִילָךְ propter te בְּדִילֵיהּ propter eum בְּדִילְהוֹן propter eos etc. Litera ב videtur esse servilis, ut in aliis similibus particulis, בעבור ,בגלל et similibus.

בְּדֻלְחָא ,בְּדוֹלְחָא *bdellium*: תמן בדולחא ibi erat bdellium, hebr. הבדלח, Gen. 2, 12. Vide ibi interpretes. כחיזו בדולחא sicut aspectus bdellii, Num. 11, 7. R. Sal. scribit hic, esse nomen lapidis pretiosi, aut *crystallum*: alii *margaritae speciem* esse asserunt, cui similis fuerit manna sub forma granorum albicantium.

ברולקי in MS. 58d explicari videtur vox תרפים[13] per ניקורים של ברולקי. In Jalk. p. 2, 18 pro eo legitur ברוקלי.

בדן בְּאדָן. בְּדַן Vide supra in באד.

בדם. Hinc ברסין, quod adducitur hoc loco in Ar.: sed in Gem. hodie legitur ברסין, de quo in ברס.

בדק בְּדַק *rimari, scrutari, perscrutari, quaerere, inquirere, investigare, pervestigare, explorare, probare, experiri*. Praet. אִילוּלְפוֹן בְּדַקְתּוּן בְּאִתְּתִי nisi quaesivissetis ex uxore mea, hebr. לולא חרשתם, Jud. 14, 18. Part. praes. וֵאלָהָא בָּדֵיק לִבֵּיהּ et deus probat cor ejus, hebr. בוחן Prov. 17, 3. Partic. pehil. מִמַּיָּא מְרִירַיָּא בְּדִיקַיָּא הָאִלֵּין ab aquis amaris probatis istis, Num. 5, 19 in Jon. et TgH., ubi tamen prava est lectio in media voce cum schurek, quod ex hebraismo petitum, chaldaismo non convenit. Infin. לְמִבְדַּק יְסוֹדֵי אַרְעָא pervestigare fundamenta terrae, Jer. 31, 37. ישרון למבדק incipient inquirere, Ez. 39, 14. ולמבדקה et pervestigandam eam, Jud. 18, 2. Imper. בְּדוֹקוּ יָת אַרְעָא pervestigate terram, Jud. 18, 2. Fut. אֶבְדּוֹק יָת אַבָּא explorabo patrem, 1. Sam. 20, 12. ותתבע ותבדוק ותשאל et inquires et pervestigabis et interrogabis, Deuter. 13, 14. ויבדקנה בתמניסרי טריפן et pervestigabit eam juxta octodecim species discerptorum, Num. 19, 3 in Jonath. Ti. tradunt, quot modis judicetur caro mactata esse discerpta, adeoque ad esum prohibita, Chol. c. 3 in prima Misna, unde postea Gem. tradit, octodecim tales esse species, quae Mosi traditae et declaratae sint in monte Sinai. Ad illud Targ. ibi alludit. Pahel Part. cum infin. וְהוּא בַּדָּקָא מְבַדֵּק בֵּיהּ et ipse experiendo experietur in eo, hebr. נחש ינחש בו Gen. 44, 5. Hinc Munst. *augurandi* significationem huic verbo attribuit. ולבדקה et ad pervestigandum eam, II S. 10, 3. Ap. Rab. הנוה היפה בודק habitaculum pulchrum pervestigat, sc. corpus et aegrotare facit, cum quis subito, ex squalido gurgustio in augustum palatium transfertur, propter subitam mutationem, Ketub. c. ult. in Misna. In materia de testibus: בודקין את העדין explorant, probant testes, Sanh. Ap. medicos: בדוק ומנוסה probatum et tentatum, expertum et probatum, quando de medicamentis probatis loquuntur.

בִּדְקָא ,בֶּדֶק *rima, scissura, fissura, ruptura, ruina, labes, sic dicta, quia eam homo inquirit et perquirit ad restaurandum eam*: מתקפין ית בדקא דביתא restaurant, reficiunt labem domus, II R. 12, 8. למחזי ית בדקא דארעא ad pervidendum labem terrae, hebr. ערות הארץ Gen. 42, 9 i. e. loca ruinosa et infirmiora, a praesidio et defensione nuda. Hinc Munst. scribit, בדקא *infirmum, turpe*.

בִּדְקָא *stagnum*: **בבבל לא שכיחי בדקי דמיא in Babylonia non inveniuntur stagna aquarum, Erub. 21a. Item** ***flumen, fluminis eruptio et effractio, inundatio, exundatio***: אתא בדקא ושקיל עידי עידית venit exundatio et abstulit optimum agrorum, Bm. 66b. שקל בדקא בארעיה abstulit inundatio aquarum terram ejus, Bb. 41a. gl. in utroque loco, שטף מים „inundatio aquarum". Item האי תיגרא דמיא לצינורא דבידקא דמיא haec contentio similis est canali exundationis aquarum, Sanh. 7a. Exundatio fluminis hinc inde multos facit exitus et canales, ac nisi obstruatur, universam terram vicinam obtegit et inundat, quod ibi dicitur, כיון דרווח רווח cum se dilatat (nempe sine obstructione) dilatat se; nempe in immensum se diffundit: ואשקיל עליה בדקא דמיא et accepit super eum, i. e., emisit, diffudit super eum inundationem, impetum aquae, Sanh. f. 77b. Chol. 16a. חזא צינורא דבדקא בארעיה vidit canalem effusionis aquae in agro suo, Chol. 105a.

בִּדְקָא *tabulatum, substructio*. In Gem. מאי יציע quid est יציע? alter dixit, idem quod babylonice אפתא: alter dixit, בדקא חלולא tabulatum perforatum, i. e., tabulatum cum clathris sive parietibus cancellatis aut reticulatis, amoenitatis causa factum: Bb. 61a in principio capitis. Gl. בניין עשוי חלונות חלונות לנוי aedificium sive structura meris fenestris constans pulchritudinis et amoenitatis causa.

בְּדִיקוּתָא ,בְּדִיקָה *inquisitio, pervestigatio, scrutatio, probatio, exploratio*: בדיקת החמץ inquisitio fermenti.

בדר בַּדַּר *dispergere, dissipare, ventilare*. Variis verbis hebraicis respondet, ut videbitur. Est autem proprie ex hebr. בזר vel פזר formatum, per usitatam

---

13) Fortasse ad gr. εἴδωλον verti potest. Lectio ברולקי a Mussafia per דוברי אמת explicatur, ut sint imagines veriloquorum. Vocem enim, ut videtur, compositam habet e lat. verum et loquor. Cf. an. nost. ad תרפים in תרף.

commutationem ז in ד. Literae vero ב et פ, ut ejusdem organi in pronunciando, perfacile commutantur. Praet. בַּדַּר עַמְמַיָּא dispersit populos, hebr. בזר, Ps. 68, 31. בדר ממוניה dispersit facultates ejus, hebr. פזר, Ps. 112, 9. ובדר יי׳ יתהון et dispersit dominus ipsos inde, hebr. ויפץ Gen. 11, 8. ומתמן בדרנון et inde dispersit eos, heb. הפיצם Gen. 11, 9. בדרתא יתנא dispersisti nos, hebr. זריתנו Ps. 44, 12. בדרתא בעלי דבבך dispersisti inimicos tuos, hebr. פזרת Ps. 89, 11. דבדרו ביני עממיא quos disperserunt inter populos, hebr. פזרו Joel. 3, 2. Part. praes. אֱלָהָא מְבַדַּר deus dispergit robur improborum, hebr. פזר, Ps. 53, 6. מבדר את קדמי dispergens sive dispersor tu es coram me, hebr. מפץ malleus dispersorius, cestrum, veruculum, Jer. 51, 20. הוא מבדר ית אידר סעורין ipse ventilat aream hordeorum, hebr. זורה Ruth. 3, 2. Partic. pehil, עָאן מְבַדְּרָא grex dispersus, hebr. צאן אבדות, Jer. 50, 6. Pl. וְיִכְנֵישׁ מְבַדְּרֵי יִשְׂרָאֵל et recolliget dispersos Israëlis, hebr. נפצות Jes. 11, 12. Infin. וּלְבַדְּרָא יָתְהוֹן בִּמְדִינָתָא et dispergere eos inter nationes, hebr. ולזרות Ez. 20, 23. Imper. ובדרנון et disperge eos, hebr. ותפיצם Ps. 144, 6. ובדרו אביה et dispergite fructus ejus, Dan. 4, 11. Fut. וְיָתְכוֹן אֲבַדַּר et vos dispergam inter gentes, heb. אזרה Lev. 26, 33. ואבדר בך סוסן et dispergam in te equos, hebr. ונפצתי Jer. 51, 21. כן אבדרנון sic dispergam eos, heb. אפיצם Jer. 18, 17. ותלתא תבדר et tertiam partem disperges, hebr. תזרה, Ez. 5, 2. היך קטם יבדר sicut cinerem dispergit, hebr. יפזר Ps. 147, 16. Ithp., Praet. אֲרֵי אִתְבַּדַּר עַמָּא quod dispersus esset populus a me, hebr. נפץ, I S. 13, 11. ומאלין אתבדרו et ab illis dispersi sunt ad habitandum in omni terra, Gen. 9, 19. אתבדרו מלכותא dispersa sunt regna, hebr. נפצו Jes. 33, 3. אתבדרו אברנא disperguntur ossa nostra, hebr. נפזרו Ps. 141, 7. על דאתבדרו כעאנא propterea quod dispersus est instar gregis populus meus: על כן אתבדרו idcirco dispersi sunt, ut est dispersio gregis, heb. על כן נסעו, Zach. 10, 2. ואתבדרו במדינתא et dispersi sunt inter provincias, hebr. ויזרו, Ez. 39, 16. Infin. באתבדרותכון במדינתא in dispergendo vos, cum dispersi fueritis in regiones, heb. בהזרותיכם Ez. 6, 8. Fut. דלמא נתבדר ne dispergamur in superficiem totius terrae, Gen. 11, 4. Ap. Rab.: Hillel senex dicebat בשעה דמכנשין בדר ובשעה דמבדרין כנוש tempore quo colligunt disperge: et eo tempore quo dispergunt collige, TH. Ber. c. ult. in fine. V. infra in פזר.

בְּדוּר *dispersio*: בידור וזרמית dispersione et inundatione, hebr. נפץ, Jes. 30, 30. קבל ובדור tenebrae et dispersio, hebr. ואפלה מנדח Jes. 8, 22. כבידור ענא juxta dispersionem gregis, Zach. 10, 2.

בַּדְרָנִית *dissipatrix femina bonorum suorum*, Rab. Femina prodiga, decoctrix.

בהד בְּהָדֵי בְּהָדְיָא et alia hujus formae, vide in הדי. Nam ב est servile.

בהה בֹּהוּ *inanitas, inanis res, inane, vacuum*. R. Sal. explicat per רקות ותדו, i. e. inanitas et vastitas.

בּוֹהָא *idem*, per commutationem gutturalium: כך ישבה הארץ תהא ובהא sic residebat terra vasta et inanis, BR. s. 2. Et mox ibidem: ישבה לה אותה שפחה תהא ובהא sedebat sibi ista ancilla vasta et inanis [13]

בְּהָיָא *idem*: וארעא הות תהיא ובהיא et terra erat vasta et vacua, Gen. 1, 2 in T. Jon. et hier. Onkelos צַדְיָא וְרֵיקָנְיָא quod idem,

ב"פ: 1) בורא פרי *creans fructum.* Formula est in exordiis precum, quam sic abbreviate signant: ut, מברכין עליו ב"פ הגפן orant super eo; creans fructum vitis. Judaei non gustant vinum, nisi dicta prius solenni hac consecratione: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן benedictus sis tu o domine deus rex mundi, creans fructum vitis. Hinc illa abbreviatura sumitur. Quandoque pro הגפן ponitur sola litera בפ"ה. Sic quoque non gustant panem, nisi solenni praemissa hac consecratione, ברוך אתה יהוה אלהינו מוציא לחם מן הארץ benedictus sis o domine deus noster, producens panem ex terra. 2) ב' פעמים *duabus vicibus.* In concordantiis Hebraicis.

ב"ק: בת קול *filia vocis:* oraculum divinum ac coeleste sic vocant Talmudici, quo post prophetarum tempora dicunt fuisse ipsis futura revelata. Filiam vocant, quia erat vocis cujusdam ex aëre reduplicatio, et alterius vocis quasi partus.

ב"ר: 1) בר רבי vel בר רב *filius Rabbi:* ut, א"ר יודה ב"ר סימון inquit R. Judah filius Rabbi Simonis. 2) בראשית רבא *Bereschith rabba, Geuesis magua*, i. e. *glossa magna in Genesin*, librum primum Mosis, qui a prima voce vocatur בראשית. Talis glossa scripta est in singulos libros Mosis, unde et singuli nominantur, ואלה שמות רבא glossa in Exodum magna: ויקרא רבא glossa magna in Leviticum: במדבר רבא glossa magna in Numerorum librum: ואלה הדברים רבא glossa magna in Deuteronomion, et in genere omnes vocantur רבות. Author ejus fertur Rabba bar Nachmoni, qui anno aetatis suae decimo octavo factus est rector academiae et caput reipublicae Pombeditanae, quae urbs celeberrima in confiniis Babyloniae sita fuit, circa annum Christi trecentesimum. Lingua autem hujus commentarii admodum confuta est, permixtis infinitis vocabulis graecis et aliis barbaris, unde patet, eo tempore linguam fuisse impurissimam.

ב"ש: 1) בית שני *domus secunda, templum Hierosolymitanum secundum.* 2) בית שמאי *domus Schammai* vel *Schammaei:* domus, i e. schola secta. Fuit hic Schammaeus collega Hillelis, ut dictum. Quidam putant, hunc dictum a שמים, quasi coelestem dicas, Hillelem vero ab הילל quasi Luciferum. Floruerunt hi duo centum annis ante destructionem templi secundi, ut manifesta de Hillele traditio talmudica est, quae legitur in tractatu de Sabbatho cap. 1. fol. 15a his verbis: הילל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן בפני הבית מאה שנה, i. e. Hillel et Schimeon, Gamaliel et Schimeon gesserunt principatum suum ante templum centum annis. Templum, sc. secundum, hoc est, ante templi secundi destructionem, ut in glossa ibidem explicatur. Schimeon primus, fuit Hillelis filius: Gamaliel Schimeonis filius, Hillelis nepos: Schimeon secundus, Gamalielis filius, abnepos Hillelis, qui in excidio urbis et templi fuit interfectus. Primus ille Schimeon patri Hilleli in principatu summo successerat, et tempore nativitatis Christi adhuc in officio erat. An autem de illo evangelista Lucas dicat, fuisse hominem justum et pium, et Christum brachiis amplexum, incersum est. Si fuit, mirum, quare non etiam filium suum Gamalielem in fide Christi instituerit. Permansit enim Gamaliel iste severus legis Mosaicae cultor et doctor, ac Christianorum osor. Nam apostolus Paulus ad ejus pedes legem Mosaicam didicit, et simul spirare minas et caedem contra discipulos Christi. Vide Actor. 9 et 22.

בש"א: בית שמאי אומרים *qui de schola Schammai, dicunt.* Talmudici utuntur, quando horum sententiam referunt.

בשכ"מלו: ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד benedictum sit nomen gloriosum regni ejus in seculum et sempiternum. In libris precum ejus usus est: quandoque etiam in fine librorum, aut absoluti alicujus tractatus, usurpant, ex Ps. 72, 19.

בש"ר: בשם רבי *in nomine Rabbi.* Nomen sequi solet, ut, בש"ר מאיר nomine Rabbi Meir. Talm.

ב"ת: בעל תכלית *finitum, res finita,* cui opponitur בב"ת. i. e. בלתי בעל תכלית infinitum, res infinita. Cum servilibus, ואם היו נבראים מהש"י הב"בת et si fuissent creata a deo benedicto infinita, nullo fine praedita: item, הב"ת לא יוכל ספר ולהאר בב"ת quod finitum est, non potest enumerare et circumscribere infinitum. Capthor fol. 56. 2. מהב"בת ab infinito. כבוד הב"מת honor infinitus. In Ikkarim Orat. 2. cap. 25 multa de infinitis in deo. 2) בעל תשובה *poenitentiam agens.* Sic dicitur apud Judaeos, cui poena aliqua temporalis poenitentiae loco imposita est, aut qui sponte sua poenam aliquam aut afflictionem perferendam suscipit, quod pro poenitentia, tanquam magnum meritum et opus operatum, computat.

בת"כ: vide ת"כ. Quinquarboreus vult, esse etiam quandoque idem quod בתלמוד כן in Talmud sic, sc. כתיב scriptum est.

ג.[1]

גאה. Ithpahel אִתְגָּאָה *efferre, attollere se, excellere.* In hac tantum conjugatione chaldaice usurpatur. Praet. ארי אִתְגָּאָה על גיותניא quia extulit se super superbos, Ex. 15, 1. Jonathan utitur participio מתגאה. Fut. האפשר דְיִתְגָּאֵה num fieri potest, ut attollat se, Job. 8, 11. i. e. in altum crescat; nam de junco sermo. Partic. plur. דְמִתְגָּאָן לחדא qui efferunt se nimis, Jes. 16, 6.

גֵּיוְתָנָא, גֵּיוְתָן *excelsus, elatus, superbus, fastuosus:* וחמי כל גיותן et aspice omne superbum, excellens, Job. 40, 6. 7. יתעבד גיותן fiet excelsa, Job. 22, 29. ישמעאל גותנא Jischmael superbus, Jes. 49, 25. רגלא דגותנא pes superbi, Ps. 36, 12. Pl. וקטל מלכין גֵּיוְתָנִין et occidit reges superbos, Ps. 136, 18. כמנו גיותנין פחא לי absconderunt superbi laqueum mihi, Ps. 140, 6. Et cum א, גֵּאוְתָנִין Ez. 16, 49. Emphat. גֵּיוְתָנַיָא *elati, superbi,* Ps. 94, 2. יתברון גיותניא confringentur superbi, Job. 9, 13.

גֵּיוָה *superbia, elatio, fastus:* ודי מהלכין בגוה et eos, qui ambulant in superbia, Dan. 4, 34 cum ה loco א, ut et hebraice sumitur, Jes. 13, 17.

גֵּאוּתָא *idem:* גאותא ורמותא superbiam et elationem, Prov. 8, 13. Item *celsitudo, excellentia:* תגאותא דילה הוא et excellentia ejus est, Ex. 15, 1.

גֵּיוְתָא *idem:* גיותא ויקרא excellentiam et honorem, Ez. 28, 13.

גֵּיוְתָנוּתָא, גֵּיוְתָנוּת *superbia, elatio, celsitudo;* Job. 33, 17. בגיותנותא cum superbia, Ps. 31, 19. קדם תברא גותנותא ante contritionem praecedit superbia, Prov. 16, 18. בגותנות גלליך in superbia fluctuum tuorum, Job. 38, 11. Cum aff. גֵּיוְתָנוּתֵהּ ועשנה בשמיא celsitudo ejus et robur ejus in coelis, Ps. 68, 35. בגיותנותך

[1]) ג Hebraeis et Chaldaeis, ܓ Syris et ج Arabibus. In pronuntiatione respondet gr. γ poniturque et pro ceteris literis gutturalibus κ et χ. Item in persicis vocabulis et literam ک seu گ et literam چ restituit (vide גן et גשקרא). Non raro cum ד permutatur, ut est in שגר et שדר, אתגא et אדגא. ج Arabum, quod prout Italorum g per *dsch* Germanorum pronuntiatur, in causa permutationis est, ut غ Arabum, quod talmudice per ר reditur, item litera ذ, quae hebr. et per ז et per ד reddi solet. Propter similitudinem formae persaepe pro נ invenitur. Menda in typis sunt, quae, ut supra (cf. annot. nost. p. 82) arguimus imo Virum doctissimum S. Castellum in summos errores induxerunt. Cave igitur credere. Antiquis in numeris valet 3.

propter excellentiam tuam, Ps. 46, 4. תיותנותהון et superbiam eorum, Jer. 48, 29.

גַּאְוֹת vide infra in גי.

גָּאוֹן *excellens.* Sic usurpatur ap. Ros. tamquam epitheton virorum doctrina et virtutibus praecellentium. Inde רב שרירא גאון Raf Scherirah Gaon, רבי סעדיה גאון Rabbi Saadia Gaon. In specie autem et κατ' ἐξοχὴν sic vocati sunt *sapientes illi talmudici, qui post Amorajim et Sebburajim venerunt*, quasi excellentes, quod singulari doctrina excellerent. Hinc scribit Rambam in praefat. in lib. יד החז ק': כל החכמים שעמדו אחר חבור הגמרא ובנו בו ויצא להם שם בחכמתם הם הנקראים גאונים וכו' omnes sapientes, qui floruerunt post compositionem Gemarae, et in ea exstruenda laborarunt, ac nomen inde per sapientiam suam acquisiverunt, illi vocantur Geonim. Quidam volunt esse vocem symbolicam, quae denotet sexaginta libros, in quos divisum totum Talmud. Nam literae גאון eum numerum exprimunt. Dictus ergo fuit Gaon, qui totius Talmud doctor aut magister esset. Sic pluraliter גאונים Geonim.

גאל גָּאַל, hebr. *redemit, vindicavit.* Hinc part. גָּאֵל *redemptor, vindex*, Num. 35, 12. Alias pro eo usurpatur פרק, ut et pro hebraeo verbo גאל, chaldaice פְּרַק.

תְּגְאָלָה *pollutio, sordes.* Constructum, תגאלת בנת ציון sordes filiarum Tzijonis, Jes. 4, 4.

גוּאַלְקָא [1] *saccus, mantica, sarcina.* Ap. Tos. etiam scribitur גוּלְקֵי, quod legi potest גְּוָלְקֵי vel גוּוֹאַלְקֵי inserto א ad indicandum pathach: הבו לי גואלקי date mihi saccum, Taan. 23b. גולקי דהוו להו צדדין sarcinae, quibus sunt latera, Sab. 154b. Gl. saccus est duplex, loris conjunctus, ut dorso equi vel asini impositus utrimque dependeat. Pl. in Tg. למעבד מנהון גּוּאַלְקָאן ut facerent ex eis saccos, Thr. 5, 5.

גאם גְּאַם *sorbere, haurire:* ex pahel, גאמו לשבא cibavit eum invitum, Chol. 111a, gl. הגמיאהו והלעיטהו sorbendum et deglutiendum dedit ipsi. Verbum factum ex גמא per transpositionem literarum. B. Ar. legit גמו.

גבא גֶּבָא *lacuna, palus, fossa:* plur. מי גבאים aquae palustres, Mikv. c. 1 ab initio.

גְּבָא ,גְּבִי *levare, tollere: colligere, exigere, petere debitum: eligere*, ex usu syriaco. Imper. וּגְבוּ לכון ידיעתא et eligite vobis scientiam, Prov. 8, 10. גבו סולאנא colligite scoriam, Prov. 25, 4. Fut. ויגבון מנה מאה סלעין et exigent ab eo centum argenteos, Deut. 22, 19. Pahel, גַּבֵּי *idem*, part. דִּמְגַבְּן מן אונס quae colligunt ex rapina, Hos. 8, 13 Fut. ולא יְגַבּוּן קסוּמא מירושלם et non colligent tributum de Hierusalem, Hab. 3, 17. Ex Aphel, לא מַגְבֵּי אגר non colliget mercedem, Eccl. 11, 4. In Ithpah. et Ithpeh. est *exactioni subjici, ad exactionem trahi*, i. e. *mulctari.* Infin. cum fut. אִתְגַּבְּאָה יתגבי mulctando mulctetur, Ex. 21, 22.

Ap. Ros. גּוֹבֶה את החוב repetit, exigit debitum: גבוי collectum: Niph. נִגְבֵּית בית דין exigitur in judicio, jure: אין נגבין בבית דין non exiguntur jure. Pahel; לְגַבּוֹת מסך ממון ut levet a te pecunias, i. e. mulctet te pecunia.

גְּבִי ,גְּבִיא *electus, selectus:* מן סניא גביא prae argento lectissimo, Prov. 8, 19. Pl. מחשבתא דְגַבְיָן cogitationes selectissimorum, i. e. strenuorum, Prov. 21, 5.

גַּבָּאי *exactor, collector, qui census, tributa, eleemosynas ac similia colligit:* Ap. Tos. הרועים והגבאין והמוכסין תשובתן קשה pastorum, exactorum et telonariorum poenitentia difficilis est, Bk. 94a. Omnes enim raptores sunt et fures: Pastor, quod pascit gregem in alieno agro: alii, quod multa de tributis et teloniis supprimunt et furantur. גבאי צדקה collectores eleemosynarum, Bm. 38a. Tales constituendi erant olim in singulis urbibus, qui essent אנשים ידועים ונאמנים viri noti et fideles. Per totam hebdomadem circumibant in civitate, et ab uno quoque pro personae qualitate et facultatibus colligebant. Singulis deinde sabbathis sub vesperam nummos collectos dividebant, et unicuique tantum erogabant, quantum ipsi ad se et familiam suam sustentandam necesse foret septimana proxima. Sic habebant alios collectores, qui ostiatim quotidie circumibant, et panem, cibos, fructus colligebant. Hi singulis diebus sub vesperam suam collectam inter pauperes aequaliter pro uniuscujusque necessitate distribuebant, et vocabantur גבאי תמחוי *exactores scutellarum*, i. e. *cibi pauperum.* Eleemosyna pecuniaria non colligebatur ab uno solo, sed a duobus conjunctim: unde non licitum erat collectoribus eleemosynarum in platea ab invicem discedere. Arca tamen, in qua pecunia asservabatur, poterat uni soli concredi. Sed a tribus distribuebatur. Qui plura volet, consulat Majemonidem in הלכות מתנות עניים c. 9 et Schulchan Aruch in Jore dea sect. 256. כיס של גבאין loculus exactorum publicorum, Bk. 113a. In Bb. 8b ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד et eleemosynantes multos (h. e. distribuentes multis eleemosynam; sic enim juxta mentem Talmudicorum hic verbum מצדיקי exponendum) sicut stellae in saeculum et sempiternum, Dan. 12. אלו גבאי צדקה hi sunt collectores eleemosynae: in Targ. על ידיהון דגבאין per manus exactorum, qui praefecti erant thesauris regis, Esth. 4, 7.

גִּבּוּי *exactio, collecta, collectio:* קודם שיבוא לידי גיבוי antequam veniat in manum exactionis, antequam mulcta exigenda ipsi imponatur, Ketb. 68a.

גְּבִיָּה *idem:* גביית החוב exactio debiti. Vide Chosen hammischpat s. 98.

מַגְבָּה *idem:* על עסק מגבת חכמים propter collectam sapientum, Medr. Esth. 1, 4.

מַגְבִּיתָא *mulcta, taxa, tributum, exactio:* ורמא מגביתא על עמא דארעא et imposuit mulctam populo illius terrae, II R 23, 33. ומגביתא הדא תהי תחות ידך et exactio haec sit sub manu tua, Jes. 3, 6. Vide Kimchium.

גַּבְיָא citatur in Ar., ex TgH. Lev. 22, 22 pro

---

[1]) Persicum est جوالق, quod saccum notat, et quidem majorem, in quo frumentum et similia conduntur.

hebr. יבלת, sed in nostris exemplaribus non reperitur. At ap. Tos. גביא גילא: alumen, Sab. 110a.

גבב גְּבַב *levare, tollere*, proprie: metaphorice, *conquirere, colligere, et colligendo tollere*, quomodo hebr. קשש in Tg. respondet: item *exigere*. Part. גבר כד מְגַבֵּב אעין virum colligentem ligna, Num. 15, 32. אתתא ארמלתא מְגַבְּבָא אעין mulier vidua colligens ligna, I R. 17, 10. וכגבר דמגבב ורדין et sicut vir, qui colligit rosas, Cant. 6, 1. Infin. לְגַבָּבָא גילי ad colligendum stipulas, Ex. 5, 12. Fut. יְגַבֵּב מופא conquirat exactor, Ps. 109, 11. ויגבבון לרון תבנא et conquirant sibi paleam, Ex. 5, 7, ubi regia ויגבן ex kal, a verbo praecedenti גבא. Ex aphel part. וּמְגַבְּבָן מן אונס תודתא et colligunt ex rapina sacrificium eucharisticum, Am. 4, 5. Ap. Tos. המגבב ביבש qui colligit aridum, herbas aridas, Schev. c. 9. המגבב מן החצר ומדליק qui colligit in atrio (festucam) accendit vel comburit eam, Bez. c. 4. עד מתי את מגבב דברים ומביא עלינו quousque, quamdiu conquiris verba contra nos, Jom. 76a.

גְּבָבָא vel גִּבְבָא *stipula, a colligendo sic dicta.* Ap. Tos. כירה שהסיקוה בקש או בגבבא olla, quam incendunt (ad fervendum) palea aut stipula, Sab. c. 3 ab initio, Parah c. 4.

Deinde גבבא *vellus, detonsum lanae, lana secta; floccus, particula lanae detonsae:* אסכרה דמיא כחיורא אגבבא דעמרא angina est similis spinae implicatae in vellere lanae, Ber. 8a. בין גבבא דעמרא חיורא לגבבא דעמרא דתכלתא ex quo quis potest discernere inter vellus lanae albae, et inter vellus lanae rubrae, ibid. 9a. וסתמינהו בגבבי דעמרא et obstruxit ea floccis lanae, Gitt. 68a. שקיל גבבא דעמרא accipiebat particulam lanae, Bb. 74a. Sanh. 110a. Gerson reddit germ. ein Bündel Wolle.

גבבא *gibbus, collis:* אתעבד לחון גבבא factus est ipsis collis, Ps. 68, 16. Hinc etiam videtur esse, אילין גובבתא דצפורין hi sunt colles Tzipporiae, Br. s. 98.

גַּב *tergum, dorsum: superficies, eminentia, exterior alicujus rei:* על גבה in dorso ejus, Dan. 7, 6. לגב טנא גביכון exminentiae luti (similes sunt) eminentiae vestrae, Job. 13, 12. Plur. cum aff. וְגַבֵּיהוֹן et dorsis earum, i. e. absidibus, Ez. 1, 18. וגביהון חיורין et terga illarum alba, Gen. 31, 12 in Jon. Ap. Tos. מי שיש לו שני גבין qui habet duo dorsa, Nidd. 24b. אינן מיטמאין מגביהן non immunda fiunt a tergo suo, i. e. exteriori parte, Kel. c. 2. Praeterea ap. Tos. significat in specie *eminentiam, extuberantiam pudendi muliebris, in qua sunt pili, quam monticulos veneris vocant*, Nidd. 52b. Bk. 70, 2. Sanh. 30. Bb. 52, 2. Vide Ar. in גב tertio.

גַּב, גַּבֵּי praepositio est, quae varie sumitur. *Apud, juxta, penes, secundum: cum: ad: super, supra: a, ab, abs, de.* In Tg. cum aff. גַּבַּי apud me, hebr. עמי, Job. 10, 17. גַּבִּי תבית שלותי mecum morabitur error meus, hebr. אתי, Job. 19, 4. דיהבת גבי quam dedisti mecum, hebr. עמדי, Gen. 3, 12 in Jon. מנין ירחוי גבך numerus mensium ejus apud te, hebr. אתך, Job. 14, 5. ופוקדני תטמי׳ גביך et praeceptum meum abscondes apud te, hebr. אתך, Prov. 2, 1. למהוי גבך esse tecum, hebr. עמך, Job. 15, 11. Sic Ps. 130, 4. ולא גבנא הוא et non nobiscum est, hebr. עמנו, Job. 15, 9. תמטי גבך quum pertingit ad te, hebr. עדיך, Job. 4, 5. ואנחת לבשה גַּבַּה et reliquit vestem apud ipsam, hebr. אצלה, Gen. 39, 16 in Jon. למשכוב גבה ad concumbendum cum ipsa, ibid. v. 10. Ap. Ros. שער גב החזה pilus super pectore: גב הערוה super pudendum: גבי האילן super arborem, supra arborem: גבי נזירים super nasireis, de nasireis: גבי מיתת משה de morte Mosis: שלח לגבי רבינו misit ad Rabbinum nostrum: ושקלו כל דהוה גביה et accipiebant, quicquid erat apud ipsum: ובא לשלפו מגבי הקוץ venitque, ut educeret eum ex vel de spinis. Porro suscipit גב frequenter ab initio literam א, unde אַגַּב *juxta, secundum:* גבר אגב אחסנתיה quisque secundum haereditatem suam, Num. 35, 8 in Jon. hebr. כפי, Onk. כפום, quod idem cum hebraeo: אגב כתוני יזרזנני secundum tunicam meam accingit me, Job. 30, 18. Ap. Tos. אגבא דפתורא, et אגבא דמהולתא, Bez. 29b. In gl. explicatur אחורי post mensam, post cribrum. Conjunguntur etiam saepe pleonastice על גב vel על גבי pro *super, supra:* ut, על גבי מדבחא super altari, Lev. 1, 17 in Jon. נפשי מסתכנא על גב ידי תדירא anima mea periclitatur quasi super manus meas semper, Ps. 119, 109. Nebien. נפשי כִּיד עַל גַּב יְדַי, hebr. בכפי תמיד. Sic conjunguntur alibi כד על גב in simili locutione: ונפשי אשוי כד על גב ידי et animam meam ponam quasi super manus meas, Job. 13, 14. Vel, quasi in superficie manuum mearum: ut גב significatum suum retineat, hebr. ונפשי אשים בכפי et animam meam ponerem in manu mea. Sic videtur juxta haec loca legendum ומסרית נפשי כְּעַל גַּב יְדַי לאתקטלא et tradidi animam meam quasi super manum meam ad occidendum, Jud. 12, 3 et I S. 28, 21. hebr. ואשימה נפשי בכפי et posui animam meam in manum meam. Veneta simpliciter, כעל גב לאתקטלא, quod Guido in lexico suo interpretatur: quasi in eminenti vel excelso loco etc. Regia, בעל גב לאתקטלא et tradidi animam meam propter ad occidendum. Sed omnino manca videtur locutio, quia in superioribus locis nomen כפי expressum legitur. Si tamen lectio illa proba est, simpliciter verti possit: et posui animam meam super dorsum, vel, quasi super dorsum, h. e. extremo periculo vitam meam exposui. Praeterea אף על גב est *etsi, etiamsi, quamvis:* ut, אף על גב דאינון מתכנשין ואתין עלך etiamsi illi congregent se, et veniant contra te, Gen. 15, 1 in TgH. Sic saepe ap. Tos. Aliter, על גב נהרא ad litus fluminis, hebr. על שפת היאר, Ex. 2, 3 in TgH.

גִּיב *altitudo, eminentia;* על גיב רמתא in altitudine collium vel locorum excelsorum, Prov. 9, 3. hebr. על גפי מרמי.

גוב, גוב, גובא, גִּבָּא[*] *fossa, fovea, cisterna:* עם

---

*) Ab arab. جَبَا, quod affine est verbo جَبَّ *secuit, resecuit;* ut arab. جُبّ, quod puteum denotat, a verbo جَبَّ.

נחתי גוב בית קבורתא cum descendentibus in foveam sepulchri, Ps. 143, 7. לְגֹב אריותא in foveam leonum, Dan. 6, 8. על פם גֻבָּא super os foveae, Dan. 6, 17. לגבא in foveam, Dan. 6, 16. Cum aff. אשתי מיא מן גוּבָּךְ bibe aquam e cisterna tua, Prov. 5, 15. Pl. כְּגוּבִּין בחד חבירין sicut cisternae fractae, Jer. 2, 13. Emph. בחד מן גֻּבַּיָּא in unam ex his foveis, Gen. 27, 30. Ap. Tos. עד גובא דדיקנא usque ad fossulam barbae, hoc est usque ad lacunam, quae infra os conspicitur in mento, Mk. 24a. Sic alibi, מצח והגבינים והעינים והלסתות וגבות הזקן frons, palpebrae, oculi, maxillae et fossula barbae, Nid. 23b. Gl. explicat סנטר *mentum*.

גַּבּוּת *altitudo, proceritas:* In Bechor. 45b ad vocem קיפח, legitur in Gem. תני רב זביד גבות Raf Sebhid docuit, significare proceritatem.

גַּבָּן *procerus:* איש גבן vir procerus, Rab.

גבה גָּבַהּ *altum, elatum esse, exaltari.* Praet. לא גבה לבי non est exaltatum cor meum, Ps. 131, 1. Ithpehal, praet. אִתְגְּבַהּ ליביה לחדא elatum erat cor ejus valde, Eccl. 1, 12. דאתגבהו מנך qui altiores sunt prae te, Job. 35, 5. Part. plur. וּמִתְגַּבְהִין et efferunt se, Job. 5, 7 in Targ. secundo. Sic Job. 36, 7. Huc referunt quidam, גבי erexit, Hos. 8, 6. Ap. Tos. אבוה דההוא גברא גבה עיניה pater illius viri efferebat oculos, et conjiciebat eos in illam expulsam, et gl. הלך אחר עיניו ivit post oculos suos, Sanh. 5b.

גְּבִיהַּ *altus, celsus, procerus:* דְגָבִיהַּ מותביה cujus celsa est sedes, Ps. 113, 5. Regia, דְגַבִּיהַּ qui exaltavit. Pl. היך גְּבִיהִין שמיא sicut alti sunt coeli, Ps. 103, 11.

גּוֹבְהָא *altitudo, altum,* Job. 5, 7. בגובהא דשמאלך in altitudine, h. e. in superiore parte sinistrae tuae, Ex. 13, 9.

מְגַבְּיָתָא *excellentia, dignitas,* juxta quosdam. Vide supra in גבא.

גָּבוֹהַּ et praeposito articulo הַגָּבוֹהַּ *excelsus ille,* sc. *deus,* apud Cabalistas et Talmudicos, quod ille unus et solus vere excelsus dicatur: בשר ודם גבוה רואה את הגבוה ואין גבוה רואה את השפל inter homines excelsus respicit excelsum, neque excellens respicit humilem: sed deus longe aliter, ipse est excelsus et respicit humiles, sicut dicitur Ps. 138, 6. Sot. 5a. Femininum ap. Ros. גבוהית *procera.*

גּוֹבַהּ *altitudo:* גובה הרום altitudo excelsi, i. e. *aux,* apud astronomos.

גַּבְהוּת *altitudo, celsitudo, excellentia:* סמך הגבהות לעינים tribuit exaltationem oculis, Ps. 18, 28 in Kimchi. ואז חשפל גבהותם tunc humiliabitur celsitudo ipsorum, R. Dan. Jes. 2, 9.

הַגְבָּהָה *exaltatio, elevatio.*

גבח גִּבֵּחַ *procerus, procerae nimium staturae homo,* cui opponitur nanus vel pumilio, Lev. 21, 20 in TgH. Est qui legendum scribit per ה in fine. Autor Aruch sic citat etiam ex Gem. Bechor. 45b sed ibi legitur קיפח, idem quod גבוה, altus, excelsus, et similiter opponitur nano. Hinc citatur in Ar. לא ישא גבחת שמא יצא מהן תורן procerus ne ducat proceram, ne forte egrediatur ex illis malus, h. e. ne procreent liberos altitudine malum navis aequantes. Sed in Gem. dicto loco pro eo legitur גבוה לא ישא גבוהית excelsus ne ducat excelsam etc. Similis lex de nano. Vide ננס.

גַּבַּחַת *recalvatio, calvitium,* ut hebraice. Differentiam inter גבחת et קרחת, vide in Negaim c. 10 et infra in שפע. Item *gibbus* sive *gibbositas,* in Chol. 65b.

גַּבְחוּת *gibbositas* apud Rabbinos.

גבי גַּבֵּי גביא vide in superioribus.

גַּבְיָטִימוֹן *exactor,* census et tributa exigens, citat Guido ex Beresch. rab. sect. 42 sed non reperio illic. Si alicubi exstat, idem est, quod גבא טמיון, quod sic divisim legitur in Vajikra rab. sect. 11.

גבל ¹ גְּבַל *terminare, determinare,* hebr. בעת מוגבל tempore determinato.

גְּבוּל *terminus:* item *areola, quae circa majores areas fieri solet in extremitate hortorum,* sic dictae, quasi *termini hortorum:* באמצע היה לה גבול גבוה טפח quae in medio habet aream altam palmi, Kil. c. 3 in Misna, ab initio. Hebraei explicant, דריסת האדם סביב הערוגה, unde Guido dicit, esse *calcationem hominis circum lineam.* Pl. גְּבוּלִין גבולין termini. Deinde ap. Tos. vocatur *tota terra Israëlis, tam proxima, quam remota, extra urbem Hierusalem, quam alias etiam vocant* מדינה *provinciam:* אין אומר שם המפורש בגבולין non pronunciatur nomen tetragrammaton in gebhulin, Jom. 69b. Gl. כל חוץ לעזרה קרי גבולין quicquid extra atrium est, vocatur גבולין. Sic, כאן במקדש כאן בגבולין tam in sanctuario, quam in gebhulin, h. e. extra sanctuarium, Succ. fol. 44, 1. Apud logicos גבול est *terminus propositionis, extremum:* גבול אמצעי terminus medius. Schindlerus ponit etiam, גבל *crisis.* Pl. גבולים crises.

גְּבָלָה *categoria, praedicamentum:* גבלת איכות praedicamentum qualitatis.

הַגְבָּלָה *determinatio, limitatio, limitis descriptio:* הגבלת הזמן determinatio temporis.

Secundo גְּבַל, גָּבַל *pinsere, subigere, calcare, miscere, commiscere,* ut pabulum, lutum, calcem, massam farinaceam, kneten, treten: Ap. Tos. proverbium: אמרי אינשי dicunt homines, גביל לתורא גביל לתורי cibum miscens bovi uni eadem opera potest miscere duobus, Bm. 69a. Gl. eodem labore et molestia, qua pabulum misces uni bovi, potes miscere pro duobus: אמר ריש לקיש לגבל ולתפילה ולנטילת ידים ד׳ מילין dixit Resch Lakisch, ad (recte) subigendam massam farinae, et ad precandum, et ad lavandas manus quatuor milliaria quis eat, Pes. 46 et Chol. 122b. Vide Aruch. כל השמנים יפין לדיו ושמן זית מן המובחר בין לגבל בין לעשן omnia olea pulchra sunt ad atramentum, sed oleum olivarum est praestantissimum sive ad miscendum, sive ad fumandum, Sab. 23a. החומר שמגבל אותו ברגליו lutum, quod calcat pedibus suis, Kimchi Jes. 41. sub finem, גביל חיורא miscebat furfur.

גַּבָּל *pistor, coquens et vendens panem.*

גִּבּוּל *subactio massae:* קמח דבר גבול הוא farina

¹) Arab. جبل syr. ܓܒܠ, *finxit, formavit.*

est res mixtionis, subactionis, Sab. 155a. עפר בר גיבול lutum commixtile, Sab. 18a.

גַּבְלָא Gabhla, nom. propr. pro שעיר Seir, Gen. 14, 6 in Jon. et Hieros. Gen. 32, 3.

גַּבְלוּת, גַּבְלִית *granarium*, Ohol. c. 14. Hoc in Ar. אוצר significat, quod alii *thesaurum* reddunt: sed male. Intelligitur *conclave*, vel *repositorium, aut aedificium aliquod principali domui extrinsecus adhaerens, ut intra ejus terminos quoque pertinere censeatur.*

גַּבִּילוֹן *nomen portae in medio coelorum.* Guido ex Zohar.

גבן [5] גְּבִין גְּבִינָא *supercilium, palpebrae*, Lev. 21, 20. pro hebr. גבן, quod *gibbosum* Aben Esra interpretatur. At R. Salom. *supercilium, nempe vitiosum, quod faciem deformat.* In eum sensum Jon. transfert, או דגְבִינוֹי שְׁבבן חפין עינוי או לית שער בּגְבִינוֹי aut cujus supercilia depressa sunt, tegentia oculos ipsius, aut in cujus superciliis non sunt pili. Sic etiam TgH. Nec aliter Ti. in Bech. 43b ubi de vitiis corporis agitur, quae primogenitum a functione sacerdotii prohibent: Verba sunt; אין לו גבינין או אין לו אלא גבן אחד זהוא גבן האמור בתורה רבי דוסא אומר שגבינין שוכבין cui non sunt supercilia, aut cui non est nisi unum supercilium, is est, qui in lege גבן appellatur. Rabbi Dousa dixit, cui supercilia decumbunt, i. e. prae magnitudine dependent, ut oculos tegant. Alibi, ר' יוחנן גברא סבא הוה והוו מסרחי גביניה R. Jochanan senex fuit, et redundabant supercilia ejus, i. e. erant justo majora, ut oculos tegerent, erat superciliosus, Bk. 117a. Amplius in Tg., ית גביני עינוי supercilia oculorum suorum, hebr. גבות עיניו, Lev. 14, 9. ונימנא לגבינך neque dormitationem palpebris tuis, Prov. 6, 6. וגביני מנטלין et cujus palpebrae elatae sunt, Prov. 30, 13. Et femininum ולא תשדגנך בּגְבִינָתְהָא ne alliciat te palpebris suis, Prov. 6, 25.

גְּבִינָא *gibbosus:* ית גבינא וחגירא gibbosum et claudum, Eccl. 7, 14.

גביני *nom. propr. viri, Gabinius:* גביני כרוז Gebhini praeco, Jom. 20b.

גַּבְנוּן *superciliosus, tumidus:* דברים גבנונים verba superciliosa, tumida.

גַּבְנוּת, גַּבְנוּנִית *gibbositas, vertex, eminentissima rei pars:* גבנונית ההר vertex montis: גבנונית הראש vertex capitis.

גבנוני *Gabhnunaeus:* In As. 27a ערבי מהול וגבנוני מהול. In Jev. 71a pro גבנוני legitur גבעוני. Gl. est nomen populorum, qui seipsos circumcidunt. B. Ar. explicat *filios Kethurae inhabitantes montes gibberosos.*

גּוּבְנָא *caseus*, hebr. גבינה[6]. Pl. עשר גּוּבְנִין דחלבא decem caseos lactis, I S. 17, 18. והיך גובנין קרשת יתי et sicut caseos coagulasti me, Job. 10, 10. שמן דגובנין pinguedo caseorum, Jud. 5, 25. שעיען יתיר מן שמן דגובנין molliora sunt prae pinguedine casei verba oris ejus, Ps. 55, 22.

גְּבַן *coagulare lactem, caseum facere:* המגבן qui caseum facit, Sab. 95a. Ithpahel הִתְגַּבֵּן *coagulari, condensari.* Hinc in Psalterio syr. Ps. 119, 70. אִתְגַּבַּן לבהון איך חלבא condensatum est cor eorum sicut lac, hebr. טפש, chald. אִטְפַּשׁ.

אוֹגְבִּין *scyphus, calix*, elisa gutturali, ex hebraeo גביע. Hinc ויח אוֹגְבִּינִי אגבין דכספא et scyphum meum, scyphum argenteum, Gen. 44, 2 in Jon. ואשתכח אגבין et repertus est scyphus, ibid. v. 12.

גבס גְּבָסִים גבס *gypsus, gypsum*, γύψος. Vide et גבס.

גבע גִּבְעָה *collis*, ut hebr. עד גִּבְעַת אמתא ad collem Amta, I S. 2, 24. בְּגִבְעֲתָא דפנחס in colle Pinchas, Jos. 24, v. ult. מגבעתא דמסתכיא למישרא de colle, qui respicit planiciem, Jud. 7, 1.

גְּבִיעַ. Citat Ar. pro hebr. גבן Lev. 21, 20 ex TgH., sed nunc aliter legitur.

גִּבְעוֹל *culmus.* Pl. גבעולין Ex. 9, 31. Sic quoque apud Tos., Parah c. 11.

גבר גְּבַר *praevalere, validum, robustum esse:* Praet. הכדין גְּבַר טוביה על דחלוי sic praevalet bonitas ejus supra timentes eum, Ps. 103, 11. Pahel גַּבַּר *virum*, vel, *virilem efficere, roborare, viribus instruere, vires augere alicui*, ut hebraice. Part. דִּמְגַבַּר חלשין qui roborat infirmos, Am. 5, 9. כנחל מגבר sicut torrens invalescens, Jes. 8, 8 quod etiam ex Aphel legitur, Am. 5, 24. Fut. וַאֲגַבַּר יח דבית יהודה et roborabo eos, qui de domo Juda, Zach. 10, 6. ואגברנון במימרא דיי et corroborabo eos per verbum domini, v. 12. Aphel אַגְבַּר *idem:* אגבר עלנא טוביה praevalet super nos bonitas ejus, Ps. 117, 2. Fut. cum aff. אַגְבְּרִנֵּיה roborabo eum, Jes. 41, 26. Ithpahel, אִתְגַּבַּר *invalescere, viriliter, potenter se gerere, roborari.* Praet. אִתְגַּבָּרִית roboratus sum in lege, Ps. 131, 2. ארום אתגברו quia invalescunt, Job. 36, 9. אתגברו אנון praevaluerunt illi, Jud. 5, 2. Part. וּמִתְגַּבַּר למסק עלך et invaluerit, ut ascendat in te, Eccl. 10, 4. Pl. וּמִתְגַּבְּרִין דבית ישראל et praevalebant Israëlitae, Ex. 17, 11. Infin. לְאִתְגַּבָּרָא ut roborer, i. e. robore superem inimicos meos, II S. 22, 3. בלישננא נתגבר lingua nostra praevalebimus, Ps. 12, 5. ולות שדי יתגבר et contra omnipotentem roborat sese, Job. 15, 25.

גְּבַר, גְּבָרָא, גּוּבְרָא, גַּבְרָא, *vir*, ex hebraeo גֶּבֶר: לא יהי תקון זין דגבר על אתא ולא יתקן גבר בתקוני אתא ne sit apparatus armorum virilium super muliere: neque ornet se vir ornatu muliebri, Deut. 22, 5. היכנ' מתברך גברא דחל מן קדם יי sic benedicitur vir, qui timet dominum, Ps. 128, 4. גבר חכימא מן עשינא melior est vir sapiens, quam robustus, Prov. 24, 5. גברא מסכינא vir pauper, Prov. 28, 3. כגבר רוי וכגברא דמשתטי sicut vir ebrius, et sicut vir, qui infatuatus est a vino suo, Jer. 23, 9. לגבר די אורחיה מטמרא viro, cujus via abscondita est, Job, 3, 22. מגברא a viro, Job. 33, 17. Sumitur etiam ut hebraeum איש distributive; ut גבר מבית ישראל quisque de domo Israëlis, Lev. 17, 3. גבר בכבישיה אזלין quisque in via sua ibunt, Joël 2, 8. Pl. גֻּבְרִין גַּבְרֵי עבדי קרבא viros, viros inquam bellicosos,

---

[5]) Arab. جبن syr. ܓܒܢ, cujus origo teste Willmetii in *pangendo*, et *compangendo*.

[6]) Arab. جُبْنَة et syr. eliso נ ܓܒܬܐ.

Jer. 41, 16. Emph. יח גַּבְרַיָּא ויח נשיא viros et mulieres, Jer. 43, 6. יתקרב לגבריא appropinquabit ad viros, Jos. 7, 14. איתי גברין sunt viri, Dan. 3, 12. גבריא אלך viri isti, ibid. Cum aff. גַּבְרָהָא viri ejus, Jos. 10, 2.

Ap. Tos. באתר דלית גבר תמן הוי גבר in loco, ubi non est vir, illic tu vir esto: et contra: באתר דאית גבר תמן לא תהי גבר in loco, ubi est vir, tu ne esto vir, Ber. f. 63a. Hoc ab Hillele in Avoth cap. 2. hebraice sic exprimitur: במקום שאין אנשים השתדל להיות איש in loco, ubi non sunt viri, ibi tu virum te praesta: גברא דנשי קטלוה vir, quem mulieres occidunt, Bm. 97a. Dicitur de homine libidinoso, qui a mulieribus immodica venere interimitur: vel de homine effeminato, qui etiam a muliere timet et fugit etc.

Deinde גַּבַר ap. Ros. etiam est, *virilitas*, sive *virilitatis membrum:* unde, בעל גבר dominus virilitatis, membro praelongo praeditus, Bech. 44b. Sic in Tg. גַּבְרֵיהּ virilia ejus, Job. 40, 12 in Regiis: בר ישראל בבית גוברידה Israëlitam in loco virilitatis suae, Num. 25, 8 in Jon. וקטע בית גִּיבְרֵיהוֹן et abscidit locum virilitatis ipsorum, Deut. 25, 18 in Jon.

גִּבָּר *potens, praepotens, validus, valens, robustus:* גבר תקיף vir validus, vel validus, gigas robustus, Gen. 10, 9. גבר חילא potens in bello, Jud. 6, 12. גְּבַר גִּבָּר תקיף vir robustissimus, fortissimus, Ruth 2, 1. יי עשין וגבר dominus est robustus et potens, Ps. 24, 8. גִּבָּרָא לא מתפצי בסגעי חיליה fortis non liberatur multitudine potentiae suae, Ps. 33, 16. היך גברא sicut fortis, Ps. 19, 6. Pl. וכל גברהא גִּבָּרִין et omnes viri ejus potentes, Jos. 10, 2. Emph. אכדין אתקטלו גִּבָּרַיָּא quomodo interfecti sunt potentes, II S. 1, 19. דאשכח יח גבריא במדברא qui invenit gigantes in deserto, Gen. 36, 24. hebr. את הימים. De hoc interpretamento Onkeli consule Rabbi Mosen bar Nachman in hunc locum. Constr. קשתח דְגִבָּרֵי יתברון arcus robustorum confringentur, I S. 2, 4. Cum aff. ערעת גִּבָּרַי convocavi fortes meos, Jes. 13, 3. בסגי גברך in multitudine robustorum tuorum, Hos. 10, 13. וכל גִּבָּרוֹהִי et omnes potentes ejus, Jer. 26, 21. ואתאחידו גִּבָּרָהָא et capti sunt potentes ejus, Jer. 51, 56. וְגִבָּרֵיהוֹן תבירין et robusti eorum confracti, Jer. 46, 5. Rabb. איזהו גבור הכובש את יצרו quisnam est fortis? qui subigit concupiscentiam suam, Avoth cap. 4. Dicunt hanc fuisse unam ex quaestionibus a rege Alexandro 70 senioribus propositis. Vide Meor enajim f. 54. Convenit cum illo: fortior est qui se, quam qui fortissima vincit moenia.

גִּנְבָּרַיָּא[1] *fortes, gigantes:* כגנבריא sicut gigantes, Deut. 2, 11. 12. in Jon. hebr. כענקים. V. in ordine גנסרי, in גנס.

גִּבָּרָאֵי *idem:* ויח גבראי et gigantes, Gen. 15, 20. hebr. ואת הרפאים.

גַּבְרָן virilis, ap. Ros. Fem. גַּבְרָנִית *virilis, strenua.* Utitur eo Kabhvenaki, Prov. 12, 4, ubi in hebraeo legitur: אשת חיל uxor strenuitatis, i. e. גברניח ודעתניח virilis et scientifica, h. e. strenua et perita rei familiaris, est corona marito suo.

גַּבְרְתָּנִית *valida, robusta,* quasi *virilis dicta.* Utitur R. Salom. Jes. 15, 5.

גֶּבֶר *gallus gallinaceus*, ap. Tos., sed non in communi significatione. Nam gallus vulgo ipsis dicitur תרנגול. Hinc nomen illud proprium loci, מעציון גבר ex Etzion gebher, Deut. 2, 8. Num. 33, 36. Jon. transtulit מכרך תרנגולא ex urbe galli, i. e. quae gallus, vel a gallo denominata est: קריאת הגבר cantus galli, gallicinium: בקריאת הגבר או סמוך לו ad cantum galli, aut proxime ipsi, i. e. paullo ante, vel mox post gallicinium, Jom. 20a. היוצא לדרך קודם קריאת הגבר דמו בראשו qui ingreditur viam ante gallicinium, sanguis ejus esto in capite ejus, ibid. 21a. להוציאן למלאכתן לקריאת הגבר ut educeret eos ad operas suas ad gallicinium, Midr. rab. in Exod. s. 1. לשעת לקריאת הגבר tempore gallicinii, ibid. קרא תרנגולא et קרא גברא idem sunt, in TH. in Schek. c. 5 in Gemara. Ex hac significatione explicat Baal hatturim illud Num. 24, 3. ונאם הגבר „et dictum galli", et lepide Bileamum comparat cum gallo. Sicut gallus adulteratur, sic Bileam incesto concubitu subegit suam asinam: sicut gallus novit tempora, sic Bileamus novit explorare tempus, quo deus irascitur: sicut gallus super uno pede saepe stare solet, sic Bileamus uno pede claudicavit. Fem. גַּבְרִית *gallina*, Sab. c. 6 in fine.

גְּבוּרְתָּא גְּבוּרָא *virtus, potentia, fortitudo:* די לך אדרעא עם גבורתא quia tibi est brachium cum potentia, Ps. 89, 14. רוח מלך וגבורא spiritus consilii et potentiae, Jes. 11, 2. מן ייכול למללא גבורתא דיי quis potest eloqui fortitudinem domini, Ps. 106, 2. ואין בגבורתא et si in fortitudine, Ps. 90, 10. מרי גבורתא dominus potentiae, Ps. 24, 8. Cum aff. ויח מחח גְּבוּרְתִּי et plagam potentiae meae, Jer. 16, 21. שבחו יתיה בִּגְבוּרְתֵּיהּ laudate ipsum in potentia ejus, Ps. 150, 2. מתגלי בגבורתיה revelat se in potentia sua, Jes. 42, 13. Pl. נסין וּגְבוּרָן signa et virtutes, I S. 2, 4. בִּגְבוּרָן in fortitudinibus, Ps. 20, 7. Cum aff. גבוּרָתוֹי potentias suas, Ps. 145, 12.

Ap. Ros. et Cabbalistas refertur inter *epitheta dei, ad significandum ipsum deum praepotentem:* ut cum dicunt, מפי הגבורה שמענום ex ore potentiae audivimus ista; potentiae sc. divinae, h. e. dei omnipotentis: שכך נאמר לו מפי הגבורה quia sic dictum est ipsi ex ore potentiae, Kimchi Jos. 7 in fin. מה השיב משה לפני הגבורה quid respondit Moses coram potentia? Sab. 87a. Elias in suo Thisbi monet, hoc sensu tantum usurpari, et usurpandum cum praefixo articulo ה, ut Graeci dicunt ἡ δύναμις. Ex ea consuetudine

[1]) More Syrorum, qui cum נ, ܓܢܒܪܐ scribunt, attamen propter lineam occultantem non legunt. נ insertum praecipue in radicibus geminatis, imo etiam in vocabulis graecis ex hebr. vel chald. sumptis saepissime invenitur. Ita quidem ex chald. גונדא hebr. גדוד *cohors* fit γοῦνδα, ex סדין, *sindon*, gr. σίνδων, ex דרוקא *globus militum*, gr. δροῦγγος, lat. *drungus* et plura alia. Arab. est جَبَّار ut hebr. גִּבּוֹר sine נ geminata vero secunda radicali.

quidam putant Evangelistam Marcum locutum esse: Videbitis filium hominis sedentem ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως a dextris potentiae, c. 14, v. 62 quod Hebraei dicerent ליטין הגבורה. Sed elliptica potius videtur locutio, quam plene protulit Lucas: ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ c. 22, 69.

גְּבוּרְתָא, גְּבוּרוּת *fortitudo, potentia:* וגבורתא et potentia, Prov. 8, 14. ורב שמך בגבורתא et magnum est nomen tuum in potentia, Jer. 10, 6. Cum aff. ריש גְּבוּרְתְהוֹן principium potentiae ipsorum, Jer. 49, 35. Pl. וְגַבְרְוָתָךְ et virtutes tuae, Jes. 63, 15. Sic lege וּכְגַבְרְוָתָךְ et secundum potentias tuas, Deut. 3, 24.

גַּבְרִיאֵל [8] *Gabriel, angeli nomen, ex quatuor illis, qui circumstant solium majestatis divinae.* V. in אור in אוריאל. In Tg. נחת גבריאל ועבד מניה לבינתא descendit Gabriel, et fecit ex eo lateres, Ex. 24, 10 in Jon. אמר גבריאל רבא דציון dixit Gabriel princeps Tzijonis, Ps. 137, 8. מיכאל וגבריאל מלאכיא Michael et Gabriel angeli, Esth. 4, 12.

תִּגְבּוֹרֶת *potentia, fortitudo,* in Urim vethummim f. 14b.

הִתְגַּבְּרוּת *temeritas, audacia.* In More f. 52a.

גבש גְּבַשׁ [9] *congregare, comportare.* Partic. וְגָבְשָׁא בחצדא מיכלה et comportat in messe cibum suum, hebr. אגרה, Prov. 6, 8. Guido putat mendosum esse pro גדשא. Possit etiam esse pro כנשא, prout hoc verbum hebraeo אגר respondet Deut. 28, 39.

גַּבְשׁוּשִׁית *eminentia, collis, colliculus, tumulus exiguus*, Eccl. 12, 5. Regia habent גְּלְשׁוּשִׁיתָא. Sic Cantic. 4, 1 et 6, 4 per Lamed, tam in Venetis, quam in Regiis legitur. Ar., utramque lectionem agnoscit. Ti. magis per ב scribunt: אפילו גבשושית קטנה דומה עליו כהרי הרים etiam colliculus exiguus videtur ipsi mons maximus, Sab. 152a. היתה לו גבשושית si fuerit ipsi tumulus exiguus, i. e. חל קטן, Sab. 73b. Plur. ב׳ גבשושיות עשו לאחד קראו הר גריזים ולאחד קראו הר עיבל duos colles fecerunt, unum vocarunt montem Gerizim, alterum, montem Hebal, R. David Jos. 8, 33. גבשושית הרגל eminentia pedis.

גּוּבְשָׁא, גּוּבְשְׁתָא *idem.* Sic quidam libri habuerunt pro eo, quod hodie legitur גבעתא, teste R. Davide in comment.

גובת גּוּבְתָּא [10] *calamus, canalis, per quem e poculo hauritur potus, aut qui in vas vini superne immittitur, ut educatur vinum, quales victores et aurigae habere solent:* בגובתא דנחשא in calamo aeneo, Sab. 66b. לא לישתי אלא בגובתא דנחשא ne bibat, nisi per calamum aeneum: עבדה ליה אימיה גובתא דדהבא fecit ipsi mater ejus calamum aureum, Jom. 84a. אסתתים גובתא דשכבת זרע obstructus fuit canalis seminis ejus (per quem scilicet solet semen ejici et emitti), ואפיק במקום קטנים et emisit illud per locum parvorum, sc. excrementorum, i. e. urinae, Jev. 75b. Nam in Bech. scribunt, duo esse foramina in homine, unum per quod emittit urinam, alterum per quod emittit semen. Sic, גובתא דהוה נפקא מבי כסי canalis, meatus, qui egreditur ex stomacho ad intestina, Chol. 58b. אין נוקבין גובתא non perforant calamum, sc. in sabbatho, Sab. 146. וגובתאי דכוהלא et calamum meum stibii, Ber. 18b. V. et Esth. 1, 3 in Targ. secundo.

גגם גַּגְמִין vel per apocopam גַּגְמֵי׳ *grana immatura inter legumina, quae idcirco ita dura sunt, ut dentibus hominum frangi non possint, neque ab avibus concoqui. Unde negliguntur. Haec tamen arrodit mus, etsi nullam inde utilitatem percipiat.* Sic exponit autor Ar., qui textum talmudicum aliter adducit, quam hodie legitur. Basileensis editio habet: מפני מה הכל מושלים בעכברים מפני שסורן רע מאי היא רבא אמר אפילו גלימי נייצי רב פפא אמר אפילו שותפא מרא נייצי quamobrem omnes dominantur muribus? propterea quod natura ipsorum pessima est. Quid ita? Rabba dixit, quia etiam vestes arrodunt. Rabh Papa dixit, quia etiam clavum trabis arrodunt, h. e. quia ea laedunt, ex quibus nullam utilitatem percipiunt. Sic legitur in Horaj. 13a. Pro הכל autor Ar. legit חתול *catus, felis:* pro סורן natura, mores ipsorum, legit סיאורו: pro גלימי pallia, vestes, legit גגמי.

גגת גְּגִית *tina, dolium.* Alias scribitur גוגית.

גד גַּד, גַּדָּא [11] *sidus faustum, cujus virtute prospera homini eveniunt, fortuna bona, dea fortunae et prosperitatis.* Sic accipiunt illud Gen. 30, 11. בגד, quasi בא גד venit fortuna bona, בא מזל טוב venit sidus faustum. Vide R. Sal. Hinc antiquitus lectum splendidum singuli in aedibus suis stratum habebant, nec ulli serviebat, nisi לשר הבית principi vel angelo domus, sive למזל sideri, constellationi, fortunae, ut ea benignior esset. Hic ערסא דגדא lectus bonae fortunae vocabatur, ut videre est in Ned. 56a et Sanh. 20a. Unde et iste euphemismus, גד גדי וסינק לא pro-

---

8) Syr. ܓܒܪ = גבר *praevaluit* et איל s. אל *robur*, ut *robur praevalens* et illam quidem vim significet, quae res naturales ad finem integramque perfectionem perducit; i. e. summa facultas procreandi et convalescendi primaque in ordine חיה (vide supra p. 102 not. 246), cui opposita est summa vis perturbandi et exstinguendi primaque in ordini שרפים, quam Judaei persici nomine מיכאל (seu ut, habent Syri מיכאיל a verbo מך *deminuit*, *consumsit* et איל *robur*) intelligunt. Hinc Talmudici ad describendam universam naturam גבריאל et מיכאל conjungere solent, ut omnem rerum naturalium statum inde a plena integritate usque ad totam vastationem exprimerent. Vide annot. nost. ad כרוב.

9) Aff. est τοῖς in Kal usitatissimis חבש et כבש, quibus notio inest *constringendi* et *contrahendi* oppositaque verba in Piel usitatissima חִפֵּשׁ *liberum demisit*, *libertate donavit*, et חִפֵּשׂ *pervestigavit*, *perscrutatus est*, quibus notio inest *solvendi* et *liberandi*.

10) Vide supra in גבב.

11) جاد Arabibus est *bonus* seu *beneficus*, Phoenicibusque teste Bocharto (Phal. I. p. 646) גד *fortunam* denotat; inde LXX. pro hebr. בגד, ἐν Τύχῃ habent, quasi ב servile sit. Cf. praeterea J. Seldeni de dis Syris p. 75.

speram largitor fortunam meam et lassitudo non sit, i. e. lassa non esto, Sab. 67b et in R. Sal. Gen. 30, 11. Porro interpretatio ea vocis בָּגָד de fortuna peranti-qua est. Nam Jonathan reddit, אתא מזלא טבא advenit fortuna bona. Et in Br. s. 71. אתא גדא דביתא אתא גדא דעלמא venit fortuna domus, venit fortuna saeculi. Et sect. 65 ad haec verba Gen. 27, 31. יקום אבי scribitur; גדא דע"ו דאת קאים חייך בו nempe dea fortuna, in qua salutem tuam collocas. Sensus est, cum Esau dixit יקום אבי „surgat pater meus", illum per אבי fortunam invocasse; quia idololatrae idola sua vocant אבי „pater meus", Jer. 2, 26. Praeterea in Chol. 40a. Traditio est; sacrificans montibus, collibus etc. Sacrificium profanum offert. An ergo mons deus vel idolum? Responsio, monti, i. e. לגדא דהר deae montis, angelo montis. In genere significat *fortunam*, unde etiam, ביש גדא fortuna mala, Sanh. 105. מה ביש גדא דהיא אתתא דארבקת לך quam mala est fortuna mulieris istius, quae adhaeret tibi, MK. c. 7, 27. i. e. quam infelix, quam infortunata est mulier illa! צייר עלה גדא depicta erat in eo fortuna, Esth. 8, 15 in Venetis.

חַגְדָא vide in litera ח. Ea enim litera est radicalis.

גדב גְּדָבְרִין *dispensatores, oeconomi:* וגדברין דממנן על מזונא דביתי et dispensatores, qui praefecti sunt victualibus domus meae, Eccl. 2, 7. Alias etiam dicuntur גזברין: nam ד et ז hic facile permutantur.[12]

גְּדָבְרַיָּא *thesaurarii*, Dan. 3, 2.

גדג גְּדִיגוּד *cavea, cui includuntur ferae.* In Ar. citatur ex Tanchuma, Num. 31. ad ver. 2 sed non inveni, unde suspectum est. Eadem ap. Tos. dicitur גְּדוּרְקָא, ut vult idem autor. Sed pro eo nunc legitur in nostris גורזקי, quod est suo loco.

גְּדְגְּדָנִיּוֹת *cerasa:* שלשה נכנסין לגוף ואין הגוף נהנה מהן גדגדניות וכפניות ופגי תמרה tria ingrediuntur corpus, a quibus corpus nullam utilitatem percipit, cerasa, dactyli immaturi, et grossi ficuum, Ber. 57b. In Gem. Erub. 28a exponitur אלינדרא *coriandrum:* Sic quoque in Gitt. 70a. Autor Ar. scribit, esse herbam, cujus esu delectantur cameli.

גדד גְּדַד *exscindere, discindere, succidere, incidere,* idem quod Hebraeis גזז,[13] unde efformatum videtur per commutationem duplicis Sajin in duplex Daleth, quae commutatio frequens est: גֹּדוּ אילנא succidite arborem, Dan. 4, 11. Et in Br. s. 71. בא מי שעתיד לגדד משתיתן של אומות venit is, qui succidet fundamenta gentium. Caetera quae in Ar. hic citantur, leguntur per Sajin hodie in Gemara.

גְּדִירָא *incisio, caesura, quae fit in cute ob mortuum vel aliam aliquam superstitionem.*

גְּדוּד nomen urbis, Erach. f. 32a.

גְּדוּדִין *salebrae: vel colles, elationes, eminentiae, loca elevata:* ובית גדודין לבקעה et locus salebrarum vel collium in vallem, sc. convertetur, Jes. 40, 4. hebr. והרכסים לבקעה. Sic, תטמרנון בטומרא בעדן רוגז מגדודי גבריא abscondes eos in occulto tempore irae tuae a salebris virorum, i. e. ab elationibus, a superbiis, hebr. מרכסי איש, Ps. 31, 21. Alii, *ab exercitibus vel turmis potentum.* Psalt. Nebi. מִגַּבְרֵי גְדוּדֵי ab hominibus contentiosis. Ap. Tos. גִּידוּד in simili significatione reperitur, in Erub. 93b et Gitt. 15b, ubi tamen in nostris libris nunc legitur גידור per Resch, et sic in Maim. in הלכות שבת c. 16 ubi in Maggid Mischna explicatur, קרקע עולם גבוה מהסמוך לו fundus vel solum altius quam vicinum ipsius, et in Ar. גבשושית collis, colliculus. Hinc etiam sumitur pro *ruderibus* sive *fragmentis muri collapsi vel parietis, remanentibus;* Erub. 6a; ad quem locum scribit B. Ar.: Quando rumpitur paries in fragmenta, relinquuntur de pariete parva quaedam fragmenta instar clavorum viarum, i. e. glebarum, per quae difficulter incedi potest. In glossa scribitur, גדוד esse לשון שפה, i. e. significare *labium, oram, extremitatem.* Sic in Erub. 5 in Misna: היו שם גדודיות גבוהות י׳ טפחים si fuerint illic rudera muri collapsi, alta decem palmos; gl. שברי חומה. In Gem. ad hunc locum; מאי גדודיות quid sunt גדודיות? Dixit Raf Jehuda; מחיצות שאין עליהן תקרה parietes, super quibus nulla est contignatio. Iterum: הא דאית ליה גדודי הא דלית ליה גדודי, in Sab. 41a. Gl. שאין שפתה גבוהה cujus ripa vel litus non est altum. In his גדוד videtur convenire cum גד, גדא.

גּוּדִידָא *linteum, mappa.* Munst. Guido. Non placet.

גדודקא vide supra in גדג.

גדה גְּדִי, גַּדְיָא *haedus*, Gen. 38, 20. תמרא עם גדיא ישרי et pardus cum haedo habitabit, Jes. 11, 6. הא שדרית גדיא הדין ecce misi haedum istum, Gen. 38, 23. Pl. וְגַדְיָן דעזין et haedos caprarum, Deut. 14, 4. תלתא גדין tres haedos, I.S. 10, 3. וְגַדְאִין et haedos, Deut. 32, 14 in Jon. גַּדְיָן, in TgH. דמתילין לְגַדְיֵי עזין qui similes sunt hircis caprarum, Cant. 1, 8. תרין גדיי עזין duos hircos caprarum, Gen. 27, 9.

Apud astronomos גדי est capricornus, signum coeleste.

גדיון *nom. propr. loci ab idolo, qui dedicatus erat, sic cognominati*, Savim. c. 1. מן גדיון לשילוח a Gadjon usque ad Siloah (fluvium) B. Ar. divisim legit גדי יון, in גד 11. et scribit: Locus fuit in sanctuario, in quo Hasmonaei absconderunt lapides altaris, postea autem a regibus Graecorum idololatriae consecratus et non longe distat a Siloah. Hinc vult גדיון esse quasi idolum (ex signif. גד, גדא) Graecorum. Vide et in Sanh. 63b, ubi gl. scribit esse nomen idoli sic appellati. Bartenora notat ad priorem locum: locus fuit Hierosolymis, in quo reges Graecorum idolum collocarunt.

גַּדְיָאן *species locustae*, Chol. f. 65a.

גדל גְּדַל *magnum esse vel fieri, magnificari*, hebr. inde in ithpahel, אִתְגַּדַּלְתָּ לחדא magnificatus es valde, Ps. 104, 1.

Ap. Ros. et Tos. quoque significat, *implicare, in-*

[12] Causa permutationis in Arabum ذ quaerenda, quod *dsal* per ד simulque per ז pronuntiatur.

[13] Ita quidem arabice et per ذ, جَذَّ et per د = ד خَدَّ scribitur. Vide paulo ante in גדברין. Syr. est

tera numeri pro ipso nomine numerali, ut supra in ב. Sic deinceps etiam aliae literae sumuntur.

בג״בג: בן גר בן גיורית *filius gentilis viri*, et *filius gentilis foeminae*. Nomen sapientis cujusdam, parentibus gentilibus, sed ad fidem judaicam conversis, nati. Ejus mentio in Pirke abhoth c. 5 in fine, ubi dictum ejus celebratur de indefesso studio legis divinae. Ante Christum natum vixit tempore Jonathanis paraphrastae, proprio nomine dictus R. Jochanan ben Bagbag. Tzemach David fol. 35.

בג״ד: בגין דהא *propterea quod ecce*, *nam ecce* vel בגין דא *propterea*. בגין דאיתמר *propterea quod dicitur*. Frequens in Zohar. Saepe cum servili, ובג״ד.

בג״ה: בגבורת השם *per potentiam*, *potentia domini*, *ope et auxilio dei*: vel בגזרת השם *decreto*, *voluntate dei*.

בג״כ: בגין כן *propterea*, *idcirco sit*. Sequitur fere כתיב *scriptum*, vel simile. Cum servili, ובג״כ et propterea. Frequens in Zohar, quando praecedens sententia dicto scripturae confirmatur. Pro כן etiam legitur כך, quod idem.

ב״ד: בית דין *domus judicii*, *curia*, *porta judicialis* (ut olim in portis exercuerunt judicia), *consistorium*, et metonymice *judices*, *senatus*, *magistratus*. Cum servili, ש״בד quod vel quem senatus. בב״ד in curia, in consistorio. 2) בסעדה דשמיא *ope*, *auxilio divino*. שמיא ut ap. Ros. שמים coelum pro coeli inhabitatore deo. Sic autem fere interponitur ס, ut infra in בס״ד.

בד״א: במה דברים אמורים *quibus verbis dicta sunt*, aut *dicuntur*. In Talmud et Rambam frequens, quando praecedens sententia melius explicatur.

בד״ה: בדבור המתחיל *in sermone vel textu*, *qui incipit*. Saepe occurrit in libris, in quibus aliorum librorum diversa lectio vel correctio adducitur. Talis est liber יריעות שלמה cortinae Salomonis, qui continet enucleationem locorum difficilium, quae in commentariis R. Salomonis in legem occurrunt. Item liber חכמת מנוח Chochmas Manoach, qui continet correctiones et elucidationes in plerosque libros talmudicos. Item liber יוסף דעת *Joseph daas*, qui etiam est elucidarius in Raschi. Vide etiam infra in ד״ה.

ב״ה: 1) בדברי הימים *in verbis dierum*, i. e. in libro Chronicorum sive Paralipomenon, qui sic appellatur. 2) בית המקדש *domus sanctuarii*, *templum hierosolymitanum*. Cum servili, ש״בה quod etc. 3) בית הכנסת *domus congregationis*, *synagoga Judaeorum*: מחוץ לב״ה extra synagogam, 4) בעל הבית *dominus domus*, *paterfamilias*. 5) ברוך המקום *benedictus sit deus*, *gratia sit deo*. המקום locus, est nomen dei rabbinicum, sic dicti, quia in omnibus locis praesens est. Possit et pro eo legi השם. 6) ביאור המלה *declaratio vocis*. 7) בדק הבית *fissura*, *labes domus*: ap. Tos. ubi de templi restauratione agitur. 8) ברוך הוא *benedictus ipse*. Sic fere praecedit קדוש vel הקדוש sanctus, et sanctus benedictus ille, periphrasis dei est. De א״ס ב״ה vide in א״ס. Ap. Tos. מפי אדון כל המעשים ב״ה ex ore domini omnium operum benedicti illius, i. e. dei. Chald. בריך. 9) בית הלל *domus Hillelis*. Domus, i. e. schola, secta, discipuli Hillelis doctrinam sequentes. Fuit ראש הישיבה caput, rector academiae, et non longe ante Christum floruit. Aliquot millia discipulorum habuit, sed octoginta longe lateque celeberrimos, inter quos Jonathan Uzielis filius, qui prophetarum paraphrasin chaldaicam dedit. In doctrina opiniones peculiares tenebat: quarum habuit sectatores plurimos. Opposuit se illi alias non minus doctus et celebris, שמאי Schammai dictus, qui contrarias plane opiniones sequebatur, qui ipse quoque non paucociores asseclas habuit. Hinc, בית הלל et בית שמאי, schola Hillelis, schola Schammaei, pro sectariis ipsorum doctrinae. Horum opiniones ap. Tos. perpetuo recenseri solent. Hillel vixit annis centum quinquaginta, sicut Moses, et quadraginta annos fuit natus, quando exivit ex Babylonia: quadraginta annos docuit in academia: quadraginta annos fuit נשיא summus praetor et gubernator, caput curiae, princeps senatorum. Alibi plura de hoc dicemus: vide et infra in ב״ש.

בה״א: בית הלל אומרים *senatores Hillelis dicunt*. Talm.

בה״ג: בעל הלכות גדולות *autor constitutionum magnarum*. Liber est sic vocatus.

בהנ״וא: בעזרת השם נתחיל ונגמר אמן *auxilio dei incipiemus et finiemus*, *Amen*. Principio librorum aut privatorum scriptorum sic solent aliquando praemittere. Extat in titulo Haphtaroth quae ad librum Haskuni adjectae sunt.

בה״קר: בר הקדוש רבי *filius sancti Rabbi N.* Sic sequi debet nomen ejus, cujus filius dicitur.

ב״ו: בשר ודם *caro et sanguis*, *homo carnalis*, *terrenus et mortalis*. Cum servilibus, לב״ו, מב״ו. Praecedere fere solet מלך rex, ut quando dicunt, משל למלך ב״ו simile est regi carnali.

ב״ז: בן זכאי *filius Zachaei*, vide ריב״ז.

ב״ח: 1) בן חורין *filius nobilium*, *nobilis*, *ingenuus*, *liber*. 2) בעלי חיים *vita praedita animantia*, *vitam habentia*, *animantia*. Interjicitur interdum ע ut בע״ח. Cum praefixis servilibus, מהב״ח, מב״ח, הב״ח, unde in R. Levi Prov. 6, 6 legitur: נמלה שהיא בריה קטנה מה׳ בה׳ הבלתי בעלי שכל i. e. formica est minima creatura ex animantibus irrationalibus. Est et liber, qui inscribitur בעלי חיים, quem abbreviate saepe citat R. Levi, vide Prov. 30, 4. 28. Cum servili בב״ח, i. e. בספר in libro animalium. Sic libri Aristotelis de historia animalium citantur. 3) בעל חוב *dominus debiti*, *debitor*, *creditor*, *diverso respectu*. Cum servilibus, לב״ח, מב״ח.

בח״רג: בחרם רבנו גרשם *per anathema doctoris nostri Gersom*. In inscriptionibus literarum perpetuo hac uti solent: nam Rabbi iste sub anathemate vetuit epistolas obsignatas resignari. Vide Epistolas nostras hebraicas cap. 6.

ב״י: בית ישראל *domus Israelis*.

בי״לאו et יילא״ו: ברוך יהוה לעולם אמן ואמן *benedictus sit deus in aeternum*, *Amen et Amen*, ex Psal. 89 vers. ult. Tertius liber Psalmorum hoc versu clauditur, ideoque etiam Rabbini eo uti solent in librorum suorum vel cujuscunque materiae exitu. Altera particula valet, ימלך יהוה לעולם אמן ואמן regnabit dominus in seculum, Amen et Amen. In Zohar in fine singularum Paraschaum reperitur.

בי״ת: בשר, יין, תכלת, *caro*, *vinum*, *hyacinthinum*, Talm.

ב״כ: ברכת כהנים *benedictio sacerdotum*.

בכי״ם: ברוך כבוד יהוה ממקומו *benedicta sit gloria DOMINI e loco suo*, ex Ez. 3, 12. In fine librorum usurpant.

בכ"מר, בכ"ר: בן כבוד מעלת רבי *filius honorati et excellentis Rabbi N.* Nomen sequi solet integre scriptum, aut si per literam indicetur, tum oportet valde notum esse, aut expressum in praecedentibus. Aliquando omittitur מ et simpliciter scribitur בכ"ר.

ב"ל: בן לוי *filius Levi.* Sic praecedit רבי יהושע qui sic dictus fuit, et abbreviate ריב"ל.

ב"לא: vide infra in ל"א.

בלא"א: בן לאדוני אבי *filius domini parentis mei.* Literam ל legi alicubi explicatam לגאון clari doctoris.

ב"לב: ברוך לעולם בוראו *benedictus sit in seculum creator ejus*, vel בוראנו *creator noster.*

ב"מ: 1) בבא מציעא *Bava metzia:* vide supra in ב"ב. Cum literis servilibus, בב"מ in, דב"מ, ubi ד nota genitivi casus. 2) בר מנן *extra nos, longe a nobis absit.* Utuntur quando malum aliquod fausto omine a se amovere volunt, ut cum Latini dicunt. Quod absit, absit omen. Simile vide in ח"ו.

במ"א, במ"ב: בר מן אחד *praeter unum*, בר מן תרין *praeter duo, excepto uno, exceptis duobus, tribus, quatuor, et sic deinceps.* Apud Masorethas occurrit, quando vocem aliquam vel aliquot a data regula vel numero excipiunt. Sic ad אנכי Gen. 3, 12 notarunt; ח' בטעם מלעיל וכל אתנחתא וס"פ וזקף דכוותה' ב"מא מלרע i. e. octo sunt cum accentu milhel, (in penultima) et sic quoque in omni athnach, soph pasuk et sakeph, excepto uno milra, i. e. cum accentu in ultima.

במ"מ: בורא מיני מזונות *creans varias species alimentorum.* Pars est consecrationis, qua cibos consecrant.

במרז"ל: במאמר רבותינו זכרונם לברכה *in oratione doctorum nostrorum, faustae memoriae.*

במ"ש: 1) במלות שונות *vocibus diversis.* Kimchio valde familiare est, quando dicit, idem diversis vocabulis exprimi: ut, וכפל הענין במ"ש et duplicat sententiam verbis diversis, Jer. 2, 32. הענין כפול במ"ש sensus duplicatus est verbis diversis. 2) במה שאמר *in eo, eo quod dicit*, vel שנאמר *quod dicitur*, sc. in scriptura: alias enim isto שנאמר non utuntur, nisi quando aliquid ex scriptura adducunt: vel במה שכתב eo quod scribit.

ב"נ: בן נפתלי *filius Naphtali.* Criticus insignis fuit, cujus lectionem in certis vocabulis biblicis secuti sunt Judaei orientales, i. e. qui in Babylonia versus orientem magis habitabant. Dictus fuit יעקב ב"נ Jacob filius Naphtali. Occidentales Judaei sequebantur filium Ascher, ut supra dictum in ב"א. Voces omnes, in quibus differunt, ad finem magnorum Venetorum impressae sunt, et nuper separatim excusae in opusculis grammaticis Joh. Drusi, quae vide.

בנח"ש: בנדוי, חרם, שמתא *per niddui, cherem et schammatha.* Tres sunt anathematis species, sub quibus R. Gersom vetuit resignari literas, unde in dorso literarum haec abbreviatura semper usurpari solet. Vide nostram institutionem epistolarum hebraicam.

בנ"לך: ברוך נותן ליעף כח *benedictus sit, qui dat lasso robur*, Jes. 40, 29., in fine librorum usurpari solet. Adjiciunt interdum et alterum ejusdem versus membrum, ולא"ע, i. e. ולאין אונים עצמה ירבה et cui non sunt vires, ei robur multiplicat.

ב"נר: בורא נפשות רבות *creans animas multas.* Talm. in libro ברכות de benedictionibus saepe. Pars est precationis in ciborum usu.

ב"סא, וב"סא: בספרים אחרים *in libris aliis.* Sic ובספרים.

ב"ע: 1) בן עזרא *filius, Nepos Esrae.* Praecedere solet אברהם Abraham, quod ejus nomen proprium. Vide supra א"ע. 2) בן עזיאל *filius Usielis.* Praecedere solet יונתן quod ejus nomen proprium. Hic prophetas in linguam chaldaicam transtulit. 3) בריאת עולם *creatio mundi;* ut, שנת ד' אלפים לב"ע anno quater millesimo creationis mundi. ל nota genitivi casus. 4) ברית עולם *foedus perpetuum.* In libris precum.

בע"ה: בעזרת השם *auxilio domini, deo juvante.* Interdum adjicitur י in fine, pro יתברך benedictus sit: aliquando ו, pro וישועתו et salute ejus.

בעה"ב: בעולם הבא *in seculo vel mundo futuro.*

בעה"ז: בעולם הזה *in seculo vel mundo hoc.* 2) בענין הזה *in negotio vel materia hac.*

בעו"ה: בעונה הרבה *propter iniquitatem multam.* Sic loquuntur, quando infortunia ac calamitates suas commemoriant, earum causas peccatis suis tribuendo. Cum ש saepe, שבע"ה quod etc. Inseritur semper ו, ut differat a בע"ה de qua ante.

בע"כ: בעל כרחו *per coactionem ejus, invito, nolente ipso.* Aut, בעל כרחך *invito te.*

ב"פ: 1) בורא פרי *creans fructum.* Formula est in exordiis precum, quam sic abbreviate signant: ut, מברכין עליו ב"פ הגפן orant super eo; creans fructum vitis. Judaei non gustant vinum, nisi dicta prius solenni hac consecratione: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן benedictus sis tu o domine deus rex mundi, creans fructum vitis. Hinc illa abbreviatura sumitur. Quandoque pro הגפן ponitur sola litera בפ"ה. Sic quoque non gustant panem, nisi solenni praemissa hac consecratione, ברוך אתה יהוה אלהינו מוציא לחם מן הארץ benedictus sis o domine deus noster, producens panem ex terra. 2) ב' פעמים *duabus vicibus.* In concordantiis Hebraicis.

ב"ק: בת קול *filia vocis:* oraculum divinum ac coeleste sic vocant Talmudici, quo post prophetarum tempora dicunt fuisse ipsis futura revelata. Filiam vocant, quia erat vocis cujusdam ex aëre reduplicatio, et alterius vocis quasi partus.

ב"ר: 1) בר רבי vel בר רב *filius Rabbi:* ut, א"ר יהודה ב"ר סימון inquit R. Judah filius Rabbi Simonis. 2) בראשית רבא *Bereschith rabba, Geuesis magua*, i. e. *glossa magna in Genesin*, librum primum Mosis, qui a prima voce vocatur בראשית. Talis glossa scripta est in singulos libros Mosis, unde et singuli nominantur, ואלה שמות רבא glossa in Exodum magna: ויקרא רבא glossa magna in Leviticum: במדבר רבא glossa magna in Numerorum librum: ואלה הדברים רבא glossa magna in Deuteronomion, et in genere omnes vocantur רבות. Author ejus fertur Rabba bar Nachmoni, qui anno aetatis suae decimo octavo factus est rector academiae et caput reipublicae Pombeditanae, quae urbs celeberrima in confiniis Babyloniae sita fuit, circa annum Christi trecentesimum. Lingua autem hujus commentarii admodum confuta est, permixtis infinitis vocabulis graecis et aliis barbaris, unde patet, eo tempore linguam fuisse impurissimam.

ב"ש: 1) בית שני *domus secunda, templum Hierosolymitanum secundum.* 2) בית שמאי *domus Schammai* vel *Schammaei:* domus, i e. schola secta. Fuit hic Schammaeus collega Hillelis, ut dictum. Quidam putant, hunc dictum a שמים, quasi coelestem dicas, Hillelem vero ab הילל quasi Luciferum. Floruerunt hi duo centum annis ante destructionem templi secundi, ut manifesta de Hillele traditio talmudica est, quae legitur in tractatu de Sabbatho cap. 1. fol. 15a his verbis: הילל ושמעון גמליאל ושמעון נהגו נשיאותן בפני הבית מאה שנה, i. e. Hillel et Schimeon, Gamaliel et Schimeon gesserunt principatum suum ante templum centum annis. Templum, sc. secundum, hoc est, ante templi secundi destructionem, ut in glossa ibidem explicatur. Schimeon primus, fuit Hillelis filius: Gamaliel Schimeonis filius, Hillelis nepos: Schimeon secundus, Gamalielis filius, abnepos Hillelis, qui in excidio urbis et templi fuit interfectus. Primus ille Schimeon patri Hilleli in principatu summo successerat, et tempore nativitatis Christi adhuc in officio erat. An autem de illo evangelista Lucas dicat, fuisse hominem justum et pium, et Christum brachiis amplexum, incersum est. Si fuit, mirum, quare non etiam filium suum Gamalielem in fide Christi instituerit. Permansit enim Gamaliel iste severus legis Mosaicae cultor et doctor, ac Christianorum osor. Nam apostolus Paulus ad ejus pedes legem Mosaicam didicit, et simul spirare minas et caedem contra discipulos Christi. Vide Actor. 9 et 22.

בש"א: בית שמאי אומרים *qui de schola Schammai. dicunt.* Talmudici utuntur, quando horum sententiam referunt.

בשכ"מלו: ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד **benedictum sit** nomen gloriosum regni ejus in seculum et sempiternum. In libris precum ejus usus est: quandoque etiam in fine librorum, aut absoluti alicujus tractatus, usurpant, ex Ps. 72, 19.

בש"ר: בשם רבי *in nomine Rabbi.* Nomen sequi solet, ut, בש"ר מאיר nomine Rabbi Meir. Talm.

ב"ת: בעל תכלית *finitum, res finita,* cui opponitur בב"ת i. e. בלתי בעל תכלית infinitum, res infinita. Cum servilibus, ואם היו נבראים מהש"י הב"בת et si fuissent creata a deo benedicto infinita, nullo fine praedita: item, הב"ת לא יוכל ספר ולתאר בב"ת quod finitum est, non potest enumerare et circumscribere infinitum. Capthor fol. 56. 2. מהב"בת ab infinito. כבוד הב"בת honor infinitus. In Ikkarim Orat. 2. cap. 25 multa de infinitis in deo. 2) בעל תשובה *poenitentiam agens.* Sic dicitur apud Judaeos, cui poena aliqua temporalis poenitentiae loco imposita est, aut qui sponte sua poenam aliquam aut afflictionem perferendam suscipit, quod pro poenitentia, tanquam magnum meritum et opus operatum, computat.

בת"כ: vide ת"כ. Quinquarboreus vult, esse etiam quandoque idem quod בתלמוד כן in Talmud sic, sc. כתיב scriptum est.

ג.[1]

גאה. Ithpahel אִתְגָּאֵה *efferre, attollere se, excellere.* In hac tantum conjugatione chaldaice usurpatur. Praet. ארי אִתְגָּאֵה על גיותניא quia extulit se super superbos, Ex. 15, 1. Jonathan utitur participio מתגאה. Fut. האפשר דְּיִתְגָּאֵה num fieri potest, ut attollat se, Job. 8, 11. i. e. in altum crescat; nam de junco sermo. Partic. plur. דְּמִתְגָּאַן לחדא qui efferunt se nimis, Jes. 16, 6.

גִּיוְתָן, גִּיוְתְנָא *excelsus, elatus, superbus, fastuosus:* וחמי כל גיותן et aspice omne superbum, excellens, Job. 40, 6. 7. יתעבד גיותן fiet excelsa, Job. 22, 29. ישמעאל גותנא Jischmael superbus, Jes. 49, 25. רגלא דגותנא pes superbi, Ps. 36, 12. Pl. וקטל מלכין גִּיוְתְנִין et occidit reges superbos, Ps. 136, 18. כמנו גיותנין פחא לי absconderunt superbi laqueum mihi, Ps. 140, 6. Et cum א, גֵּאוְתָנִין Ez. 16, 49. Emphat. גִּיוְתָנַיָּא *elati, superbi*, Ps. 94, 2. יתברון גיותניא confringentur superbi, Job. 9, 13.

גֵּיוָה *superbia, elatio, fastus:* ודי מהלכין בגוה et eos, qui ambulant in superbia, Dan. 4, 34 cum ה loco א, ut et hebraice sumitur, Jes. 13, 17.

גַּאוּתָא *idem:* גאותא ורמותא superbiam et elationem, Prov. 8, 13. Item *celsitudo, excellentia:* תאותא דילה הוא et excellentia ejus est, Ex. 15, 1.

גֵּיוְתָא *idem:* גיותא ויקרא excellentiam et honorem, Ez. 28, 13.

גֵּיוְתָנוּתָא, גֵּיוְתָנוּת *superbia, elatio, celsitudo;* Job. 33, 17. בגיותנותא cum superbia, Ps. 31, 19. קדם תברא גותנותא ante contritionem praecedit superbia, Prov. 16, 18. בגותנות גלליך in superbia fluctuum tuorum, Job. 38, 11. Cum aff. גֵּיוְתָנוּתֵהּ ועשנה בשמיא celsitudo ejus et robur ejus in coelis, Ps. 68, 35. בגיותנותך

[1]) ג Hebraeis et Chaldaeis, ܓ Syris et ج Arabibus. In pronuntiatione respondet gr. γ ponitur que et pro ceteris literis gutturalibus κ et χ. Item in persicis vocabulis et literam ك seu گ et literam ژ restituit (vide נן et עשקרא). Non raro cum ר permutatur, ut est in שגר et שדר, אתגא et אדגא. ج Arabum, quod prout Italorum g per dsch Germanorum pronuntiatur, in causa permutationis est, ut غ Arabum, quod talmudice per ר reditur, item litera ذ, quae hebr. et per ז et per ד reddi solet. Propter similitudinem formae persaepe pro נ invenitur. Menda in typis sunt, quae, ut supra (cf. annot. nost. p. 82) arguimus imo Virum doctissimum S. Castellum in summos errores induxerunt. Cave igitur credere. Antiquis in numeris valet 3.

propter excellentiam tuam, Ps. 46, 4. תיותנותהון et superbiam eorum, Jer. 48, 29.

גְּאִיּוֹת vide infra in גי.

גָּאוֹן *excellens*. Sic usurpatur ap. Ros. tamquam epitheton virorum doctrina et virtutibus praecellentium. Inde רב שרירא גאון Raf Scherirah Gaon, רבי סעדיה גאון Rabbi Saadia Gaon. In specie autem et κατ' ἐξοχήν sic vocati sunt *sapientes illi talmudici, qui post Amorajim et Sebburajim venerunt*, quasi excellentes, quod singulari doctrina excellerent. Hinc scribit Rambam in praefat. in lib. יד החזק: כל החכמים שעמדו אחר חבור הגמרא ובנו בו ויצא להם שם בחכמתם הם הנקראים גאונים וכו' omnes sapientes, qui floruerunt post compositionem Gemarae, et in ea exstruenda laborarunt, ac nomen inde per sapientiam suam acquisiverunt, illi vocantur Geonim. Quidam volunt esse vocem symbolicam, quae denotet sexaginta libros, in quos divisum totum Talmud. Nam literae גאון eum numerum exprimunt. Dictus ergo fuit Gaon, qui totius Talmud doctor aut magister esset. Sic pluraliter גאונים Geonim.

גאל גָּאַל, hebr. *redemit, vindicavit*. Hinc part. גָּאֵל *redemptor, vindex*, Num. 35, 12. Alias pro eo usurpatur פרק, ut et pro hebraeo verbo גאל, chaldaice פְּרַק.

תְּגְאָלָה *pollutio, sordes*. Constructum, תגאלת בנת ציון sordes filiarum Tzijonis, Jes. 4, 4.

גּוּאַלְקָא[1] *saccus, mantica, sarcina*. Ap. Tos. etiam scribitur גולקי, quod legi potest גֻּלְקֵי vel גוּאַלְקֵי inserto א ad indicandum pathach: הבו לי גואלקי date mihi saccum, Taan. 23b. גולקי דהוו להו צדדין sarcinae, quibus sunt latera, Sab. 154b. Gl. saccus est duplex, loris conjunctus, ut dorso equi vel asini impositus utrimque dependeat. Pl. in Tg. למעבד מנהון גוּאַלְקָאן ut facerent ex eis saccos, Thr. 5, 5.

גאם גְּאַם *sorbere, haurire:* ex pahel, גאמו לשבא cibavit eum invitum, Chol. 111a, gl. הגמיאהו והלעיטהו sorbendum et deglutiendum dedit ipsi. Verbum factum ex גמא per transpositionem literarum. B. Ar. legit גמו.

גבא גֶּבָא *lacuna, palus, fossa:* plur. מי גבאים aquae palustres, Mikv. c. 1 ab initio.

גְּבָא גְּבִי *levare, tollere: colligere, exigere, petere debitum: eligere*, ex usu syriaco. Imper. וּגְבוֹ לכון ידיעתא et eligite vobis scientiam, Prov. 8, 10. גבו סולאנא colligite scoriam, Prov. 25, 4. Fut. ויגבון מנה מאה סלעין et exigent ab eo centum argenteos, Deut. 22, 19. Pahel, גַּבִּי *idem*, part. דִּמְגַבַּן מן אונס quae colligunt ex rapina, Hos. 8, 13. Fut. ולא יְגַבּוּן קסוטא מירושלם et non colligent tributum de Hierusalem, Hab. 3, 17. Ex Aphel, לא מַגְבֵּי אגר non colliget mercedem, Eccl. 11, 4. In Ithpah. et Ithpeh. est *exactioni subjici, ad exactionem trahi*, i. e. *mulctari*. Infin. cum fut. אִתְגַּבָּאָה יתגבי mulctando mulctetur, Ex. 21, 22.

Ap. Ros. גּוֹבֶה את החוב repetit, exigit debitum: גבוי collectum: Niph. נִגְבֵּית בית דין exigitur in judicio, jure: אין נגבין בבית דין non exiguntur jure. Pahel, לְגַבּוֹת ממך ממון ut levet a te pecunias, i. e. mulctet te pecunia.

גַּבְיָא, גְּבִי *electus, selectus:* מן סניא גביא prae argento lectissimo, Prov. 8, 19. Pl. מחשבתא דְגַבְיָן cogitationes selectissimorum, i. e. strenuorum, Prov. 21, 5.

גַּבַּאי *exactor, collector, qui census, tributa, eleemosynas ac similia colligit:* Ap. Tos. הרועים והגבאין והמוכסין תשובתן קשה pastorum, exactorum et telonariorum poenitentia difficilis est, Bk. 94a. Omnes enim raptores sunt et fures: Pastor, quod pascit gregem in alieno agro: alii, quod multa de tributis et teloniis supprimunt et furantur. גבאי צדקה collectores eleemosynarum, Bm. 38a. Tales constituendi erant olim in singulis urbibus, qui essent אנשים ידועים ונאמנים viri noti et fideles. Per totam hebdomadem circumibant in civitate, et ab uno quoque pro personae qualitate et facultatibus colligebant. Singulis deinde sabbathis sub vesperam nummos collectos dividebant, et unicuique tantum erogabant, quantum ipsi ad se et familiam suam sustentandam necesse foret septimana proxima. Sic habebant alios collectores, qui ostiatim quotidie circumibant, et panem, cibos, fructus colligebant. Hi singulis diebus sub vesperam suam collectam inter pauperes aequaliter pro uniuscujusque necessitate distribuebant, et vocabantur גבאי תמחוי *exactores scutellarum*, i. e. *cibi pauperum*. Eleemosyna pecuniaria non colligebatur ab uno solo, sed a duobus conjunctim: unde non licitum erat collectoribus eleemosynarum in platea ab invicem discedere. Arca tamen, in qua pecunia asservabatur, poterat uni soli concredi. Sed a tribus distribuebatur. Qui plura volet, consulat Majemonidem in הלכות מתנות עניים c. 9 et Schulchan Aruch in Jore dea sect. 256. כיס של גבאין loculus exactorum publicorum, Bk. 113a. In Bb. 8b ומצדיקי הרבים ככוכבים לעולם ועד et eleemosynantes multos (h. e. distribuentes multis eleemosynam; sic enim juxta mentem Talmudicorum hic verbum מצדיקי exponendum) sicut stellae in saeculum et sempiternum, Dan. 12. אלו גבאי צדקה hi sunt collectores eleemosynae: in Targ. על ידיהון דגבאין per manus exactorum, qui praefecti erant thesauris regis, Esth. 4, 7.

גִּבּוּי *exactio, collecta, collectio:* קודם שיבוא לידי גיבוי antequam veniat in manum exactionis, antequam mulcta exigenda ipsi imponatur, Ketb. 68a.

גְּבִיָּה *idem:* גביית החוב exactio debiti. Vide Choschen hammischpat s. 98.

מַגְבָּה *idem:* על עסק מגבת חכמים propter collectam sapientum, Medr. Esth. 1, 4.

מַגְבִּיתָא *mulcta, taxa, tributum, exactio:* ורמא מגביתא על עמא דארעא et imposuit mulctam populo illius terrae, II R 23, 33. ומגביתא הדא תהי תחות ידך et exactio haec sit sub manu tua, Jes. 3, 6. Vide Kimchium.

גְּבִיָּא citatur in Ar., ex TgH. Lev. 22, 22 pro

[1]) Persicum est جوالق, quod saccum notat, et quidem majorem, in quo frumentum et similia conduntur.

נוי זה non attribues illis gratiam (h. e. nihil in ipsorum laudem dices); prohibitum est homini dicere, quam pulcher est iste *goi*, hoc est, Christianus iste. Pro hoc in aliquibus editionibus legitur כותי Cutheus. Eadem et plura leguntur in hunc sensum in R. Bechai ad hunc locum, f. 196 col. 4. Fem. גּוֹיָה *gentilis mulier, femina christiana.* Pl. גויות *mulieres christianae:* ולא תתגאל בדברי הגויות et non pollues te rebus mulierum christianarum, Deut. 7, 5 in Aben Esra in editione Veneta. Quaedam editiones et hic habent הכותיות.

גּוֹיוּת *gentilismus, paganismus:* אל יעלה על דעתך ששמשון המושיע את ישראל או שלמה מלך ישראל שנקרא ידיד יי׳ נשאו נשים נכריות בגיותן noli existimare vel Samsonem liberatorem Israëlitarum vel Salomonem regem, qui vocatur dilectus domini, uxores alienigenas duxisse in gentilismo ipsarum, Maim. in Hilch. Issure Biah c. 13.

גול · גוּל *tela.* Corruptum est in Venetis pro נול, Jes. 38, 12. Vide illic.

גְוִיל *lapis rudis et impolitus, cujus oppositum* גזית *lapis caesus et ferro politus*, Bb. 3.

גְוִיל *pergamenum, pellis,* Orach chajim, Num. 32, 7. על גוילא super pergameno, Deut. 31, 24 in Tg. Jon. V. infra in דוכסוסטוס.

גּוֹלָא *pallium, stola,* vide infra in גלל.

גּוֹלְקִי. Vide in גאל.

גום גּוּמָא *fovea, fossa:* יעבד גוּמְתָא בארעא facit foveam in terra, Job. 39, 27. Item *incisura, ruptura aciei in cultro,* eine Schꝛarte, ap. Ros. Vide etiam infra in גמא.

גון גְּוָן [30] *color:* ירועין דבוץ גון חור cortinae byssi coloris candidi, Esth. 1, 6. Lev. 15, 3. הי כגון זעפרנא instar coloris crocei, v. 19 in Tg. Jon. Sic ap. Ros. et Tos. מאי גון טליתך cujusnam coloris est pallium tuum? Erub. 53b. Plur. גְּוָונִין ושקפיה הוה ממילה תלת גְוָונִין et signum ejus erat de melota trium colorum, Num. 2, 3. Hinc formatur verbum

גַּוֵּן *colorare, colore tingere:* ut לפי שאין עושין אותן אלא לגון non faciunt ea, nisi ad colorandum, Sab. 102b.

גַּוָּן *modus, ratio, forma, similitudo:* כגון ארסא דחויא sicut similitudo veneni serpentis, Ps. 85, 5. כדא גונא לית אנא יכיל למפרוק secundum hunc modum non possum ego redimere, Ruth 4, 6. Hinc Rabbinis petita frequentissima locutio, כְּהַאי גַּוְנָא, quod etiam aliquando scribunt, כי האי גונא, pro eo, quod Latini dicunt: *Et his similia, et id genus alia, sic, hoc modo.* In Ecclesiaste usurpatur pro hebr. ענין *occupatio, negotium, res, qua homo occupatus est et se affligit:* *modum, rationem* etiam interpretari potes: גון ביש ratio, res pessima, modus malus, Eccl. 1, 13., hebr. ענין רע. Sic c. 2, 26 et alibi: חזית ית גון אסורין vidi rationem castigationum, c. 3, 10. על דיקנא לה בגון ביש eo quod comparaverit eas ratione pessima, Eccl. 5, 13. Cum aff. גַּוְנֵיה ratio ejus, qua sc. homo occupatus est, Eccl. 2, 23. Pl. בסגיאות גַּוְנִין in multitudine rerum sive negotiorum, Eccl. 5, 3. Pravum est גוברין גְּוָונִין, pro גִּיוְתָנִין viri fortes vel excellentes, Eccl. 5, 7.

גּוֹן unde, כְּגוֹן *quasi, sicut,* idem quod hebr. כמו, Caph servile est, et absque eo nunquam hoc sensu legitur גון. Sic ב multis particulis inseparabiliter praepositum est. Nunquam accipit pronomina. Est autem ex superiori ortum, quasi dicas *secundum modum.*

גום גּוּם [31] *incidere, amputare, succidere:* עד שיגום donec amputet, Schev. c. 4.

מְגוּם *frustum, segmentum:* בִּמְגוּמִין דלחם frustis panis, Ez. 13, 19. Vide et in גמם.

גּוּס ,גִּיס *gaza, thesaurus,* Esth. 1, 4 in Midr., ו׳ ניסין היה פותח ומראה להן sex thesauros aperiebat et ostendebat eis. Legitur quidem ניסין, sed per Gimel legendum docet glossator, quomodo scribitur in Schem. rab. s. 9. Jalkut pro hac voce habet תסכוריות thesauros. Et in Tg. secundo Esther: שיתא בי גנזי הוה מחוי להון sex domos thesaurorum ostendit eis. Unde apparet haec esse synonima.

Secundo גּוּס *incidere in aliquem, occurrere:* נס ביה ההוא טייע incidit in ipsum iste arabs mercator, h. e. פגע, Pes. 110b. מינס גיים ביה ויהב ליה גיטא occurrendo occurrit ipsi et dedit ipsi libellum divortii, Gitt. 65b, ubi gl. פגע בו.

Tertio *miscere:* מגיסה בקדירה miscens in olla sc. coctile, germ. umrühren, quod fieri solet cochleari, As. 38b. Machschirim c. 5. Aliter: רותחת וגוסה fervens et bulliens. Alius *singultans et ructans,* Nid. 63b.

גִּיסָה *genus morbi.* Legitur in ME. c. 3, v. 39. In Jalk. f. 250 pro eo legitur גוטה. Est vox corrupta. B. Ar. exponit *inflatio ventris, hydrops vel tympanitis,* ex significatione נפס.

נוע גוע unde verbum geminatis literis גַּעְגַּע *oblectationem capere, oblectare se.* Fut. וַאֲגַעְגַּע באור יתא et oblectabo me in lege jugiter, Ps. 119, 117., hebr. אשעה, quod Aben Esra exponit, idem esse, quod שעשע oblectare se, delicias capere. Convenit gr. γαίω *laetor, oblecto me:* לבו מגעגעת cor ejus oblectat se, R. Sal. Cant. 7, 3. Aliter: quidam mercator vendidit vasa מגעגעין בדמא conspurcata sanguine, gl. מלוכלכין, MK. c. 11. 1.

גַּעְגּוּעִים *deliciae, oblectationes:* דאב עשה לו געגועים pater fecit ipsi delicias, sc. filio delicatulo, Kafvenaki, Prov. 4, 3. In Gem. inseritur ipsi Joth ab initio, בן שיש גיעגועין על אביו filius, qui est summo oblectamento patri suo, Sab. 66b.

גַּעְגְּעָא *rivus aquae rapidus et fremens* [32]: כהדין

[30]) Vox pers. گون *color.* Persice vero *gun* pronuntiatur quasi ו sit quiescens.

[31]) Arab. جاس, syr. ܓܫ *summo studio, diligenter quaesivit, scrutatus est,* quam significationem A. n. secundam ponit.

[32]) In Marche-laschon haec vox per *magnetem* explicatur. Nugae. Alii quasi divinatione conjecturam assequuntur, ex qua haec vox ranam significet. Vide Bickure haïttim anni תקי״ב p. 61. Caret vero haec sententia omni etymologia, nisi in pers. غوك, quod ranam denotat, vocem respicere velis.

נחתי גוב בית קבורתא cum descendentibus in foveam sepulchri, Ps. 143, 7. לְגֹב ארוותא in foveam leonum, Dan. 6, 8. על פם גֻּבָּא super os foveae, Dan. 6, 17. לגבא in foveam, Dan. 6, 16. Cum aff. אשתי מיא מן גובך bibe aquam e cisterna tua, Prov. 5, 15. Pl. כְּגוּבִּין חבירין sicut cisternae fractae, Jer. 2, 13. Emph. בחד מן גֻּבַּיָּא in unam ex his foveis, Gen. 27, 30. Ap. Tos. עד גובא דדיקנא usque ad fossulam barbae, hoc est usque ad lacunam, quae infra os conspicitur in mento, Mk. 24a. Sic alibi, מצח והגבינים והעינים והלסתות וגבות הזקן frons, palpebrae, oculi, maxillae et fossula barbae, Nid. 23b. Gl. explicat סנטר *mentum*.

גַּבּוּת *altitudo, proceritas:* In Bechor. 45b ad vocem קיפח, legitur in Gem. תני רב זביד גבות Raf Sebhid docuit, significare proceritatem.

גַּבָּן *procerus:* איש גבן vir procerus, Rab.

גְּבַהּ גבה *altum, elatum esse, exaltari.* Praet. לא גבה לבי non est exaltatum cor meum, Ps. 131, 1. Ithpehal, praet. אִתְגְּבַהּ לביה לחדא elatum erat cor ejus valde, Eccl. 1, 12. דאתגבהו מנך qui altiores sunt prae te, Job. 35, 5. Part. plur. וּמִתְגַּבְהִין et efferunt se, Job. 5, 7 in Targ. secundo. Sic Job. 36, 7. Huc referunt quidam, גבי erexit, Hos. 8, 6. Ap. Tos. אבוה דההוא גברא גבה עינים pater illius viri efferebat oculos, et conjiciebat eos in illam expulsam, et gl. הלך אחר עיניו ivit post oculos suos, Sanh. 5b.

גְּבִיהַּ *altus, celsus, procerus:* דִּגְבִיהַּ מותביה cujus celsa est sedes, Ps. 113, 5. Regia, דִּגְבִיהַּ qui exaltavit. Pl. היך גְּבִיהִין שמיא sicut alti sunt coeli, Ps. 103, 11.

גּוֹבְהָא *altitudo, altum,* Job. 5, 7. בגובהא דשמאלך in altitudine, h. e. in superiore parte sinistrae tuae, Ex. 13, 9.

מַגְבִּיתָא *excellentia, dignitas,* juxta quosdam. Vide supra in גבא.

גָּבוֹהַּ et praeposito articulo הַגָּבוֹהַּ *excelsus ille,* sc. *deus,* apud Cabalistas et Talmudicos, quod ille unus et solus vere excelsus dicatur: בשר ודם גבוה רואה את הגבוה ואין גבוה רואה את השפל inter homines excelsus respicit excelsum, neque excellens respicit humilem: sed deus longe aliter, ipse est excelsus et respicit humiles, sicut dicitur Ps. 138, 6. Sot. 5a. Femininum ap. Ros. גבוהית *procera.*

גּוֹבַהּ *altitudo:* גובה הרום altitudo excelsi, i. e. *aux,* apud astronomos.

גַּבְהוּת *altitudo, celsitudo, excellentia:* סמך הגבהות לעינים tribuit exaltationem oculis, Ps. 18, 28 in Kimchi. ואז תשפל גבהותם tunc humiliabitur celsitudo ipsorum, R. Dan. Jes. 2, 9.

הַגְבָּהָה *exaltatio, elevatio.*

גְּבִיהַּ גבח *procerus, procerae nimium staturae homo,* cui opponitur nanus vel pumilio, Lev. 21, 20 in TgH. Est qui legendum scribit per ה in fine. Autor Aruch sic citat etiam ex Gem. Bechor. 45b sed ibi legitur קיפח, idem quod גבוה, altus, excelsus, et similiter opponitur nano. Hinc citatur in Ar. לא ישא גבחת שמא יצא מהן תורן procerus ne ducat proceram, ne forte egrediatur ex illis malus, h. e. ne procreent liberos altitudine malum navis aequantes. Sed in Gem. dicto loco pro eo legitur גבוה לא ישא גבוהית excelsus ne ducat excelsam etc. Similis lex de nano. Vide ננס.

גַּבַּחַת *recalvatio, calvitium,* ut hebraice. Differentiam inter גבחת et קרחת, vide in Negaim c. 10 et infra in שפע. Item *gibbus* sive *gibbositas,* in Chol. 65b.

גַּבְהוּת *gibbositas* apud Rabbinos.

גבי גְּבֵי גביא vide in superioribus.

גַּבְיָטִימוֹן *exactor,* census et tributa exigens, citat Guido ex Beresch. rab. sect. 42 sed non reperio illic. Si alicubi exstat, idem est, quod גבא טמיון, quod sic divisim legitur in Vajikra rab. sect. 11.

גבל גְּבַל [1] *terminare, determinare,* hebr. בעת מוגבל tempore determinato.

גְּבוּל *terminus:* item *areola, quae circa majores areas fieri solet in extremitate hortorum,* sic dictae, quasi *termini hortorum:* באמצע היה לה גבול גבוה טפח quae in medio habet aream altam palmi, Kil. c. 3 in Misna, ab initio. Hebraei explicant, דריסת האדם סביב הערוגה, unde Guido dicit, esse *calcationem hominis circum lineam.* Pl. גְּבוּלִין termini. Deinde גבולין ap. Tos. vocatur *tota terra Israëlis, tam proxima, quam remota, extra urbem Hierusalem, quam alias etiam vocant* מדינה *provinciam:* אין אומר שם המפורש בגבולין non pronunciatur nomen tetragrammaton in gebhulin, Jom. 69b. Gl. כל חוץ לעזרה קרי גבולין quicquid extra atrium est, vocatur גבולין. Sic, כאן במקדש כאן בגבולין tam in sanctuario, quam in gebhulin, h. e. extra sanctuarium, Succ. fol. 44, 1. Apud logicos גבול est *terminus propositionis, extremum:* גבול אמצעי terminus medius. Schindlerus ponit etiam, גבל *crisis.* Pl. גבולים crises.

גְּבָלָה *categoria, praedicamentum:* גבלת איכות praedicamentum qualitatis.

הַגְבָּלָה *determinatio, limitatio, limitis descriptio:* הגבלת הזמן determinatio temporis.

Secundo גְּבַל, גָּבַל *pinsere, subigere, calcare, miscere, commiscere,* ut pabulum, lutum, calcem, massam farinaceam, *kneten, treten:* Ap. Tos. proverbium: אמרי אינשי dicunt homines, גביל לתורא גביל לתורי cibum miscens bovi uni eadem opera potest miscere duobus, Bm. 69a. Gl. eodem labore et molestia, qua pabulum misces uni bovi, potes miscere pro duobus: אמר ריש לקיש לגבל ולתפלה ולנטילת ידים ד' מילין dixit Resch Lakisch, ad (recte) subigendam massam farinae, et ad precandum, et ad lavandas manus quatuor milliaria quis eat, Pes. 46 et Chol. 122b. Vide Aruch. כל השמנים יפין לדיו ושמן זית מן המובחר בין לגבל בין לעשן omnia olea pulchra sunt ad atramentum, sed oleum olivarum est praestantissimum sive ad miscendum, sive ad fumandum, Sab. 23a. החומר שמגבל אותו ברגליו lutum, quod calcat pedibus suis, Kimchi Jes. 41. sub finem, גביל חיורא miscebat furfur.

גַּבָּל *pistor, coquens et vendens panem.*

גִּבּוּל *subactio massae:* קמח דבר גבול הוא farina

[1] Arab. جبل syr. ܓܒܠ, *finxit, formavit.*

nem judaicam amplectatur; מִתְגַּיֵּר proselytus, qui se judaismo addicit: היא בעיא לאתגיורי ipsa cupiebat proselyta fieri, Sanh. 9, 9. Pahel גַּיֵּר proselytum fecit, in judaismum suscepit: מְגַיֵּר proselytum efficiens. Haec scribuntur communiter per duplex Jod מגייר: In Tg. praet. cum aff. וְגַיְּרָהּ et fecit eam proselytam, Gen. 38, 2 in Jon.

Secundo גור est *adulterare, moechari:* unde part. מאן דְגָיֵר באתתא is, qui moechatur cum uxore, Prov. 6, 32. Infin. לְמֵגוּר עמה ad fornicandum cum ipsa, Prov. 6, 29. Ex pahel, לא תְגַיֵּר non adulterabis, Job. 36, 20.

גֵּר *peregrinus, advena, adventitius:* כל המטה דינו של גר כאילו מטה דינו של מעלה quicunque pervertit judicium peregrini est ac si perverteret judicium dei, Chag. 5a. Proselytus, qui ex gentilismo vel christianismo ad judaismum accedit. Hoc certis ceremoniis et ritibus fiebat: Quemadmodum Israëlitae tribus rebus in foedus dei ingrediuntur, במילה וטבילה וקרבן circumcisione videlicet, baptismo, et sacrificio: ita omnes illi qui extra rempublicam israëlis nati, ejus cives olim fieri desiderabant, opus habebant his tribus symbolis: feminis tamen, a primo, circumcisione sc. naturae privilegio exemptis. Sacrificium proselyti olim erat holocaustum jumenti, aut duo turtures, aut duo pulli columbarum in holocaustum. Hodie vero, cum sacrificia omnia cessarunt, requiritur tantum baptismus et circumcisio, donec (ut Judaei somniant) sanctuarium iterum reaedificetur. Atque haec duo ita necessaria sunt, ut is, qui alterutrum negligeret, non haberetur pro proselyto. Baptismus perficitur in praesentia trium testium: et cum ad id requiratur domus judicii, neque sabbatho, neque die festo, neque noctu quis baptizari solet. Proselyto minorenni conferunt baptismum ex decreto domus judicii, hoc est senatus. Mulier gravida proselyta facta, non necesse habet filium suum baptizare. Nemo privatim hoc in negotio potest baptizari sine testibus. Antequam vero alicui circumcisio vel baptismus conferatur, examinandus probe est, et explorandus, utrum spe lucri, aut honoris, vel metu compulsus id faciat. Et siquidem vir fuerit, an amore virginis alicujus israëlitidis forte illectus: si femina, num amore juvenis israëlitici capta, religionem judaicam amplecti velit? Si hic tale quid animadvertant, neminem recipiunt; שכל החוזר מן הכותים בשביל דבר מהבלי העולם אינו מגירי צדק quicunque enim ob vanitatem aliquam mundanam se convertit, is non est ex proselytis justitiae. Quod si vero nulla talis causa subesse deprehendatur, ulterius pergunt, et ei ob oculos ponunt gravitatem praeceptorum legis, et molestiam quae in illorum observatione inest; quin etiam in memoriam ipsi revocant persecutiones et tribulationes quibus hoc tempore Judaei sunt expositi. Quod si hisce quoque non absterreatur, recipiunt ipsum, et instruunt eum de praecipuis articulis religionis judaicae, ut de unitate dei, et de prohibitione idololatriae, idque prolixe et multis verbis. Posthaec exponunt illi praecepta tam levia quam gravia, sed non ita prolixe: poenas item quae transgressoribus, et praemia, quae praecepta illa observantibus sunt proposita. Caussas etiam, ob quas Judaei affliguntur, et similia. Post haec omnia si constans maneat in proposito, sine longiori mora eum recipiunt, et e vestigio circumcidunt. Circumcisione peracta, sanguine circumcisionis eum conspergunt, et exspectare jubent, donec plane sit curatus. Ubi curatus est, baptizatur et ipso stante in aqua, tres a latere denuo ipsi recensent praecepta legis tam gravia quam levia. Si mulier sit, mulieres eam in aquam demergunt usque ad collum, judices vero foris stant, et proponunt ipsi praecepta singula, dum in aqua commoratur. Postea in conspectu mulierum illarum se immergit: illae autem aversa facie egrediuntur, ne eam ex aqua egredientem conspiciant. His ceremoniis hodierno tempore recipi proselytos justitiae scribit Maim., de quo dubitat Drusius de sectis fol. 102. Porro proselyti sunt duplices: Alii enim vocantur גרי צדק proselyti justitiae: Alii, גרי תושב proselyti inquilini. Proselyti justitiae sunt, qui non rerum externarum, sed solius religionis causa et gloriae dei studio, religionem judaicam amplectuntur et totam legem Mosis dicto modo recipiunt. Hi natis Judaei habentur aequales. R. Levi Ex. 24. vocat talem quoque גר בן ברית proselytum filium foederis, confoederatum. Et Lev. 16, 29 scribit: non recipimus aliquem pro proselyto justitiae, nisi recipiat totam legem. In As. c. 4 vocantur etiam גרים גרורים proselyti tracti, i. e. a seipsis moti ad judaismum suscipiendum גר תושב proselytus inquilinus, vel incola est, qui neque circumciditur neque baptizatur, sed certas tantum quasdam leges, de non colenda sc. idololatria, et septem praecepta filiis Noae data observat, ut a Maim. describitur. Talem recipiebant quoque Judaei ac dicebant esse מחסידי אומות העולם ex piis gentilibus mundi. Vocatur גר תושב quia permissum nobis est להושיבו בינינו, h. e. habitationem in terra Israëlis ei inter nos concedere, scribit Majemon. Et olim quidem recipiebantur tales tempore anni jubilaei. Hodie vero neminem recipiunt, qui non totam legem ad minimum usque apicem admittit. De his disputant in libro Siphre, an potuerint olim in urbe ipsa cum Judaeis habitare? Ac sunt qui negant, eo quod Deut. 23, 16 dicitur, עמך ישב. Tecum habitabit, non, in urbe ipsa. Porro septem praecepta data filiis Noae sunt: 1) דינין de judiciis, 2) ברכת השם de benedictione dei, 3) עבודה זרה de idololatria fugienda, 4) גלוי עריות de scortatione, 5) שפיכות דמים de effusione sanguinis, 6) גזל de rapina, 7) אבר מן החי de membro de animali vivo, sc. non tollendo. Leguntur in tract. talmudico Sanh. 56a in Maim. in Hilchos Melachim c. 9 et apud R. Bechai fol. 12b ubi subtiliter singula probat ex Gen. 2, 16. 17. Obiter hic notetur error in lexico Schindleri, in radice צוה, qui scribit, haec praecepta imposita fuisse proselytis, qui legem recipere, et circumcidi v o l e b a n t. Contrarium verum est, de iis, qui n o l e b a n t circumcidi. In Hilchoth Sanh. scribit Maim. c. 2, s. 9. Proselytum, cujus mater non sit judaea, non posse adoptari

in numerum senatorum. R. D. Kimchi in libro שרשים in rad. גור scribit: Omnis גר *ger*, de quo meminit scriptura, quod גר commoratus fuerint in terra Israëlis est is, qui recipit in se, quod non velit colere idola (h. e. גר תושב): Est autem alius, qui plane et perfecte fit Judaeus, ille sc., cujus lex in praeceptis meminit, quando ea לגרים quoque observanda praecipit. Hicque est גר צדק proselytus justitiae In Massechet As. 64b legitur, quisnam est גר תושב? Quicunque coram tribus Rabbinis recipit, se nolle idololatriam colere, ex sententia R. Meïr. At sapientes nostri ajunt, quicunque recipit septem praecepta filiorum Noae. Alii dicunt, *ger toschabh* proselytus inquilinus est, qui comedit de cadavere (quod prohibitum Lev. 22, 8) qui suscepit omnia praecepta mosaica observanda, isto excepto etc. Hinc scribit R. Sal. Deut. 24, 14. מגרך de advena duo: זה גר צדק hoc dicitur de proselyto justitiae: זה גר תושב אוכל בשעריך in portis tuis, נבלות iste est proselytus inquilinus, qui comedit morticinia. R. Bechai in Cad hakkemach f. 18. גוי שקבל עליו שלא לעבוד ע"ז ועדיין אוכל נבלות ובא וגר בשערי עירנו הוא הנקרא גר תושב ונקרא גר שער וכו' Christianus qui recepit in se, quod non velit amplius exercere idololatriam, sed adhuc comedit morticinia, ac venit ut commoretur in portis urbium nostrarum, is est qui vocatur *ger toschabh*, h. e. proselytus inquilinus, et *ger schaar* proselytus portae, cui jubemur ea dare Deut. 14, 21. לגר „peregrino qui est in portis tuis dabis illud" etc. Huc respexit Onkelos, qui ita transfert; לתותב ערל inquilino praeputiato, qui est in medio tui dabis illud etc. et Jon. לְגִיוֹר עָרֵל peregrino, proselyto incircumciso etc. Iterum in As. 65. Dicit R. Bar bar Channa, dicit R. Jochanan: *ger toschabh* proselytus inquilinus, super quem transiverunt duodecim menses (hoc est, qui per duodecim menses talis est), et non circumciditur, הרי הוא כמין שבאומות, ecce is est sicut haereticus inter gentiles. In Sanh. 96b. נעמן גר תושב היה נבוזר אדן גר צדק tradiderunt Rabbini nostri, Naaman fuit proselytus inquilinus, Nebusaradan proselytus justitiae. Gl. גר תושב proselytus inquilinus est, qui non recipit in se caetera praecepta, sed duntaxat praeceptum de non colenda idololatria. Porro de proselytis communi proverbio dicunt, קשים להם גרים לישראל כנגע צרעת h. e. duri sunt proselyti Israëlitis sicut plaga leprae, vel כספחת sicut abscessus, apostema, in Jeb. c. 4 et alibi: Ratio, שרובן חוזרין בשביל דבר קל ומטעין את ישראל quia plerique ipsorum resiliunt propter levem aliquam causam, et seducunt Israëlem. Difficile quoque est se ab ipsis separare, posteaquam proselyti facti sunt. Causa fuerunt confecti vituli aurei, plagae item illius, quae ob desiderium, carnium Israëlitis inflicta fuit, Num. 11. Maim. p. 2. f. 136. 2. Praeterea, ut in Cad hakkemach additur f. 18. c. 4. Quicunque Israëlitis se associant, valde damnosi sunt illis, propterea quod sunt מטפה פסולה ex gutta (feminis) sordida et prophana, radix proferens fel et absynthium, Deut. 29, 18. Nam nihil quicquam boni ab illis redit, quin et liberi ab illis prodeuntes plerumque sunt pessimi. Nam ex Maacha, quam Judaeam fecit David, prodiit Absalom, qui studuit interficere patrem suum, et publice cum uxoribus ejus fornicatus est. Ideoque qui venit ut fiat proselytus examinetur etc. Et paulo post f. 19a scribit: Quod vero dicunt, קשים גרים duri sunt proselyti etc. id non dicitur לגנאי הגרים in vituperium proselytorum, sed לגנאי ישראל in vituperium Israëlitarum, q. d. posteaquam deus sanctus et benedictus videt cogitationes eorum, quod familiam et patriam suam reliquerint, ac venerint ut divinae majestati se adjungant, ecce hoc ipso condemnant Israëlitas, quando ipsi deum negligunt. Et in Medr. legitur: Dixit Resch Lakisch: Majores sunt proselyti hoc tempore, quam Israëlitae cum starent in monte Sinai: quia ipsi viderunt tonitrua, faces, et sonum buccinae: illi autem nihil horum viderunt etc. Satis de proselytis hoc loco. Vide Maim. in Hilchos Issure biah c. 13 et 14. R. Bechai in Cad hakkemach in litera ג, in גר.

גִּיוֹרָא גִּיוֹר *idem:* וגיור et peregrinum, Jer. 22, 3. וגיורא לא תונון et peregrinum non opprimetis, Ex. 22, 20. בגיורא וביציבא de peregrino, et de indigena, Ex. 12, 19. כגיורא כיציבא sicut peregrinus, sic indigena, Lev. 24, 22. Cum aff. או מִגִּיוֹרָךְ aut de peregrino tuo, Deut. 24, 14. ובין גִּיוֹרֵיהּ et inter peregrinum ejus, Deut. 1, 16. Plur. emph. ומן גִּיוֹרַיָּא די יתגיירון בינֵיכון et de peregrinis, qui commorantur inter vos, Lev. 17, 13. Ap. Tos. גיורא עד עשרה דרי לא תבזה ארמאי קמיה prae peregrino ne contemnas Syrum, in decimam usque generationem, Sanh. 94a. Proverbium priscum a Jethronis, soceri Mosis, pietate traductum, Ex. 18, 9. 10. Jethro vocatur Syrus, quia Midjan, in qua terra habitabat, Syriae vicina, aut sub ea comprehensa fuit. Is peregrinus generum in deserto salutavit, et ab eo beneficia dei intelligens, deum laudavit, et ut quidam volunt, Judaeus factus fuit, assumta circumcisione. Citat R. Salom. Ex. 18, 9. Fem. גִּיוֹרְתָּא ,גִּיוֹרֶת peregrina, proselyta. Deinde גיור est *adulter*, ex altera hujus verbi significatione: גִּיוֹרָא וְגִיוֹרְתָּא adulter et adultera, Lev. 20, 10 in Jon. Pl. לא תהוון גִּיוֹרִין non eritis adulteri, Ex. 20, 14 in T. Jon.

גִּיָּר גִּיָּרָא *adulter.* Femin. גִּיָּרְתָּא *adultera*, Prov. 30, 20.

מְגִירָא , מְגִיר *cohabitator, vicinus, habitans juxta aliquem.* Sic respondet hebr. שכן, ut מגיר וקריביה vicinus et proximus ejus, Jer. 6, 21. Cum aff. פלן מְגִירַן iste vicinus noster. Plur. emph. על כל מְגִירַיָּא בישיא contra omnes vicinos malos, Jer. 12, 14., ubi Regia perperam habent מְגִירַיָּא, quae forma in hac derivatione aliena est. Cum aff. ולכל מְגִירוֹהִי et ad omnes vicinos ejus, Deut. 1, 7., ubi Regia מְגִירוֹהִי quasi a נגר, sed huc pertinet. Ap. Ros. משל הדיוט proverbium vulgare: לא כמא דאמרת אמך אלא כמא דאמרין מגרייא non quemadmodum dicit mater tua, sed quemadmodum dicunt vicini tui, in MT. Ps. 48 vel, ut in Jalkut legitur, לא כשאת אמרת כו' non quemadmodum tu dicis etc. Significat, laudem vel propriam, vel ab amicis parentibusve profectam sordere et inanem esse. Eam autem veram esse, quae a vicinis et ex-

traneis proficiscitur. Salom. Prov. 27, 2. Laudet te alienas, non os tuum: extraneus, non tua labia. Vide et Kimchium Ps. 48. Fem. אילו ידעת ראמרן מְגִירָתָךְ על ברתך si scires, quidnam vicinae tuae dicant de filia tua, Ned. 21b.

מְגוּרָה *granarium, horreum:* מי שהיו פירותיו במגורה cujus fructus sunt in horreo: Item *receptaculum:* מגורת מים receptaculum aquarum, aquarium, in Bb. c. 4 in Misna: Plur. מגורות של תיבה cellulae, receptacula arcae, gl. אוצרות loca occulta, heimlich gehalten, germ. Kel. c. 19. האגוזים משיעשו מגורה nuces (decimantur scilicet), ex quo faciunt habitaculum, in Maasr. c. 1 h. e. ex quo incipit cortex exterior ab ipsa nuce cum interiori cortice separari, ita ut nux in exteriori cortice, veluti in habitaculo vel conclavi sit collocata.

Tertio, גור גּוּרְיָא *catulus*, ut hebr. לגור בר אריון catulo filio leonum, Gen. 49, 9. Fem. גּוּרִיְתָא catula femina, de cane femina. Ap. Tos. נבח בך כלבא עול נבך בך גורייתא פוק si te allatrat canis masculus, ingredere; si femella, exi. Proverbialiter dictum, in Erub. 86a. דמיטללא בגורייתא קיסנייתא qui ludit cum catulis parvis, teneris, Ket. 61b. In Vr. s. 19. Posteaquam occidisset Nebucadnezar Jehojakimum, regem constituit Jechonjam filium ipsius in ejus locum. Et cum descendisset in Babyloniam, egressi sunt Babylonii ad gratulandum ei, dicentes, quid expedivisti? Dixit, Jehojakim rebellavit contra me, proinde interfeci eum, et in locum ipsius suffeci Jechonjam filium ejus. Dixerunt ei: מתלא אמר גור טוב מכלב ביש לא חרבי גור ביש מכלב ביש על אחת כמה וכמה proverbium dicit, catulum bonum ex cane malo nunquam educato, multo minus catulum malum ex cane malo. Simile illi, מכלבא בישא גורא טבא לא נפיק ex cane malo catulus bonus non nascitur, in Seder olam c. 25.

גושׁ גּוּשָׁא *strigmentum, ramentum, pulvis, gleba, massa instar glebae:* גוש עפר ramentum pulveris, Job. 7, 5 in hebr. גוש של זתים massa olearum contusarum, Tahor. c. 3. גוש מארץ טהורה gleba terrae mundae, ibid. c. 5. גזור אגושא decretus ad pulverem, i. e. condemnatus ad ignem, ut comburatur in pulverem, Sab. 15b. Sic ibidem dicunt, גזור אאוירא adjudicatus aëri, hoc est suspendio. Pl. עשאן גושין גושין redegit nos in glebas, pulverem.

גוש חלב nom. propr. regionis: חקרא דגוש חלב Akra Gusch-chalabh, Erchin c. ult. in Misna.

הִתְגּוֹשֵׁשׁ *luctari in pulvere*, juxta illud Virgilii, „fulva luctantur arena": אתליטים היו עומדים ומתגוששים לפני המלך athletae stabant et luctabantur coram rege, Br. s. 22. עומד ומתגושש עם בנו stabat et luctabatur cum filio ejus, ibid. s. 77. נתגוששת עם העליונין ויכולת להם luctatus cum superis et praevaluisti illis, Br. s. 78.

גז גַּז *avis nomen*, in Chol. 42a, ubi scribitur per Samech in fine, sed in comment. notatur, per ז scribendum, quomodo et in quadam precatione usurpatum legitur. Autor Ar. *noctuam*, alii *falconem* explicant.

גַּז *apis, vespa, aut alia species ex apum genere, quae mel facit.* Pl. דבש הַגַּזִּין וצרעין mel vesparum et crabronum, Bech. 7b, ubi praecedit דבש דבורים mel apum. Glossator illic notat esse speciem locustae. Unde alibi legitur: הצד חגבי דגזין צירעין ויתושין בשבת חייב qui venatur locustas, vestas, crabrones aut muscas in sabbatho, reus est, Sab. 106b.

בַּר גַּזָּא *avis immundae nomen*, Lev. 11, 13 et Deut. 14, 12 in Tg. Jon. Respondet hebr. עזניה haliaeetus.

גזא גְּזָא *abstrahere se, abripere vel proripere se ab aliquo, aufugere:* unde et Syris est *deficere ab aliquo.* Item *amputare, abscindere, dolare*, quomodo cum גזז convenit: Praet. וּגְזֵי לה et fugit ab ea, gl. ברח מפניה. Infin. לְגַזּוֹיֵי לה ad aufugiendum propter eam, ut proriperet se ab illa, Pes. 111b. לְמִגְזֵי דקלא ad amputandum dactylum, i. e. ramum dactyli, Bb. 36a. למגזא ליה אסא abscindere ei (sponsae) myrtum, למיגזא ליה גלימא potest abscindere pro eo (sc. mortuo) involucrum (sc. in sabbatho), Sab. 150b. B. Ar. hoc citat in גד quarto cum Daleth, למיגד. In Targ. part. מְגַזֵּי dolat, Jes. 44, 13.

Secundo *retribuere, compensare:* למגזי טבא טבתיה ad retribuendum bonum bonitati ejus: למגזי בישא בישתיה ad rependendum malum malitiae ejus, Ar. ex libro Pesikta. Significatio haec est ex lingua arabica, in qua verbum hoc sic significat.

גְּזָא[35] *gaza, thesaurus:* בי גזא vel בית גזא *domus thesauri, gazophylacium*, ap. Tos. frequentissimum: עולו לבי גזא ושקולו כל מאי דבעיתו ingredimini in gazophylacium et accipite quicquid vultis, Meila 17. בי גזי דרחמנא gazophylacium dei misericordis, Ned. 50a in R. Nissim.

גזה vide supra in גז, in גזוא.

גָּזִית *caesio*, hebr. et *dicitur de lapidibus magnis et quadratis, caesis et politis ad aedificium.* Inde, לשכת הגזית aula ex caesis lapidibus exstructa, in qua habitabant judices Sanhedrin sive consistorii magni: לשכת הגזית בה היתה סנהדרין גדולה של ישראל יושבת in conclavi lapidis caesi sedebat synedrium magnum Israëlis, T. Midd. c. 5. חכמי גזית sapientes gazith, i. e. judices Sanhedrin, quorum domus erat ex lapidibus caesis, i. e. splendida, augusta, magnifica: לשכת הגזית חציה בקודש וחציה בחול ושמע מניה שני פתחים היו לה אחד פתוח בקודש ואחד פתוח בחול conclavis ex lapidibus caesis pars media erat in loco sancto, et media in prophano: unde quoque disces, duas habuisse portas, unam apertam in loco sancto, alteram in loco prophano, Jom. 25.

גְּזִיְיתָא *anfractus, angusti vel obliqui recessus:* ולאפוקי גזייתא et ad excipiendos anfractus, Pes. 19b. Gl. מבואות קטנים aditus, ingressus parvi, qui erant ad viam ascensus et descensus, et quandoque descendebant per illos aditus, quandoque ascendebant. Autor Ar. exponit שבילים עקומים semitas obliquas, quae neque recta tendunt ad ascensum, neque ad descensum: דאיכא גזייתא quia sunt anfractus, angusti recessus,

[35]) Syr. ܓܙܐ, ܓܐܙܐ, contr. ex ܓܢܙܐ, chald. גזא גנזא de verbo גנז, pers. گنج *abscondere.*

גְּלַל *devolutio:* אבן גלל lapis devolutionis, Esr. 5, 8 i. e. maximus, qui portari nequit, sed devolvi necesse habet. Quidam *marmoreum lapidem* explicant. Sic absque אבן significat *lapidem* ap. Tos.: שקל גללא פדיוהי accepit lapidem, vulneravit ipsum, Sanh. 109b. אתא גלל ואפסקיה למוחיה venit lapis ingens, et divisit ipsi cerebrum, Chol. 63. כלי גללין vasa marmorea, alii ex seq. significatu, *vasa stercorea, ex stercore bovino facta,* quod in Arabia usitatum, vel ad sordes et inhonestos usus destinata, vide Kel. c. 2 et 10 ab initio, ubi consule Maim. Parah. c. 5.

Deinde, גְּלָל, גְּלָלָא, et contracte גְּלָא *stercus, excrementum:* ut גְּלֵי תוריא excrementa boum, גלי אנשא excrementa humana, Ez. 4, 15. Et alia forma, כמא דמנגדרין בְּגְלִילִין sicut removent stercora, 1. R. 14, 10. Ap. Tos. ההופך את הגלל qui vertit stercus bovinum. Sic gl. צואת הבקר Bk. c. 3 in Misna.

גללין *convolutiones:* תלתי גללי מלחא tres convolutiones salis, i. e. grana convoluta salis, h. e. perparum salis, Chol. 112a.

גְּלִין vide mox.

גְּלָתָא, גּוּלְיָא, גּוּלָא, יוּלָא *toga, pallium, vestimen-*

[61]) Gr. γλωχίον *cuspis, acumen*

*) Nam lixas et calones vocabant olim geleariоs.

tum exterius, sic dictum, quod convolvatur, et complicetur; עַל צִיצִי דְגוּלְתְהוֹן peniculamento vestimentorum suorum, Num. 15, 38 in TgH. hebr. בגדיהם: Jon. ibidem, גּוּלֵיהוֹן et גוּלְיָתְהוֹן. Sic, וּנְסִיב גוּלְיָתֵהּ et accepit pallium suum, Num. 16, 1 Jon. Sic Deut. 22, 5. 12. Ap. Tos., גולתיה יאי pallium ejus pulchrum est, in Bb. 101a. גולתייכו שקלי vestimenta eorum cape: בגוליהון cum stolis suis, Br. s. 35.

Deinde גֻּלָּה *lecythus*, *lenticula*, Zach. 4, 3. Aff. וְגוּלָּתָהּ et lenticula ipsius, ibid. v. 2. Item, *scaturigo, fons*: Huc pertinere videtur, לשכת הגולה conclave scaturiginis בור הגולה puteus scaturiginis, unde sc. aqua derivabatur in totum atrium, Midd. c. 5. V. et Erub. c. 10 in Misna.

גְּלִילָא *tractus*, *circuitus*, *confinium*: נפקין בגלילא מדנחא egrediuntur in tractum Orientalem, Ez. 47, 8.

גְּלִי *species salicum*, Num. 21, 13 in TgH.

גְּלִי, גְּלִין *stipulae*. Vide supra in גיל.

גְּלִיל, גְּלִילָא *Galilaea*, 1. R. 9, 11. 2. R. 15, 29. גְּלִילִי, גְּלִילָאָה galilaeus, רבי יוסי הגלילי Rabbi Jose Galilaeus, celebris ap. Tos. in historia evangelica passionis Christi „locutionis Galilaeorum" mentio fit, qua Petrus in aula Cajaphae pontificis maximi fuit proditus. Ad ejus loci illustrationem in veteri historia hebraica quaedam etiam reperiuntur. Unde non extra oleas erit, ea hic producere ad lucem locis Euangelistarum inferendam. Matth. 26, 73. Paulo post accesserunt, qui astabant et dixerunt Petro: Et tu ex ipsis es: nam et locutio tua te manifestum facit. Marci 14, 70. Et rursus paulo post qui astabant dixerunt Petro: Vere ex ipsis es. Etenim Galilaeus es et locutio tua similis est. Cum itaque Petrum prodiderit locutio, quod natione Galilaeus esset, quaeritur, an alium sermonem locutus sit, quam ancilla, quae ipsum allocuta fuit? Videri id possit ex primo primae ancillae alloquio, quae ipsum foris in atrio sedentem accedens et alloquens, dicebat: „Et tu cum Jesu Galilaeo eras". Ad quod respondit: „Nescio quid dicas" i. e. non intelligo, quid loquaris. An vero eandem linguam aliter prolocutus sit, ut dialectis certis una lingua, toti nationi communis, differre et discriminari solet? Hoc voluit pater Hieronymus in Matth. c. 26 ad verba: „Nam et locutio tua te manifestum facit", ubi scribit: Non quod alterius sermonis esset Petrus, aut gentis et terrae: (omnes quippe Hebraei erant, et qui arguebant et qui arguebatur) sed quod una quaeque provincia et regio, habebat proprietates suas, et vernaculum loquendi sonum vitare non possit. Hanc sententiam et fere eadem verba postea repetiit venerabilis Beda in eundem locum notans: Non quod alia lingua Galilaei loquerentur, sed quod unaquaeque provincia et regio, suas habendo proprietates, vernaculum loquendi sermonem vitare non possit. Nicolaus de Lyra hacc paulo explicavit plenius, in glossa sua ad Matthaeum scribens: Licet enim lingua hebraea sit una, tamen aliquo modo variabatur secundum diversitatem provinciarum et idcirco illi de Galilaea aliter loquebantur aliquo modo, quam illi, qui erant de Jerusalem. Sic lingua gallica una est, et tamen aliter loquuntur illi, qui sunt de Picardia, quam illi qui habitant Parisiis; et per talem varietatem potest percipi, unde aliquis sit oriundus. Galilaea ergo etiam utebatur lingua hebraica, sed quae dialecto a puriori hebraica disserebat, aut potius ab ea, quae tempore Christi Hierosolymis in usu erat. Pura enim hebraica erat duntaxat in sacris inter doctos, Pharisaeos, scribas, Rabbinos, doctores, magistros et eos, qui in cathedra Mosis sedentes populum docebant, et legem ac prophetas explicabant, tum eos, qui ad pedes ipsorum discendi causa sedebant. Etsi autem ex istorum numero ancillae duae, quae diversis vicibus Petrum allocutae fuerunt, aliique ex turba homines, Petrum verbis adorientes, et ternae negationi occasionem praebentes, non fuerunt, tamen Petrum ex sermone Galilaeum fuisse cognoverunt. Differentia ergo locutionis inter Galilaeos et Hierosolymitanos fuit, unde Petrus fuit agnitus. An ergo Galilaei purius aut elegantius, vel crassius hebraice locuti sunt? Posterius hoc historia prisca comprobat Talmudistarum, apud quos legitur in libro עירובין 53a. בני יהודה שהקפידו על לשונם נתקיימה תורתם בידם בני גליל שלא הקפידו על לשונם לא נתקיימה תורתם בידם homines Judaeae, quia accurati fuerunt in lingua sua, confirmata est lex illorum in manibus ipsorum. Homines Galilaeae, qui non accurati fuerunt in lingua sua, non est stabilita lex ipsorum in manibus illorum. Gl., שהקפידו בלשונם i. e. studebant loqui בלשון צח lingua pura et eleganti. Et mox: בני יהודה דייקי לישנא ומתנהי להו סימנא נתקיימה להו תורתן בידם בני גליל דלא דייקי לישנא וכו' homines Judaeae fuerunt accurati in lingua sua, et fecerunt sibi certa signa sive capita; propterea confirmata fuit in ipsis lex ipsorum: Galilaei non erant accurati in lingua etc. Et mox p. 2 אי איכא דמשאיל להן לבני יהודה דדייקי לישנא מאברין תנן או מעברין תנן, אכחו תנן או עכחו תנן ידעי i. e. si quis est, qui interroget homines Judaeae, qui polita lingua utuntur: מאברין docent (pronunciandum) an vero מעברין docent pronunciandum? (distincte scil. literis א et ע pronunciatis) sciunt illud. Et mox: בני גליל דלא דייקי לישנא מאי היא דתניא ההוא בר גליל דאמר להו אמר למאן אמר למאן אמרו ליה גלילאה שוטה חמר למירכב או חמר למישתי עמר למילבש או אימר לאיתכסאה i. e. homines Galilaeae, qui impolita lingua utuntur, quid de illis traditum est? quod Galilaeus quidam diceret cuidam, Judaeo scil. אמר למאן אמר למאן. Respondebatur ipsi: Galilaeae stulte, חמר ad equitandum, aut חמר ad bibendum: עמר ad vestiendum, aut אימר ad abscondendum ad mactationem? Sensus est: Galilaeum distinctas quasdam literas et voces in pronunciatione confudisse, vel pro una, et eodem sono protulisse, veluti אמר immar est *agnus*: עמר hamar, *lana*: חמר chamor, *asinus*: חמר chamar, *vinum*. Barbare haec Galilaei confundebant. Item ibidem: ההיא איתתא דבעיא למימר לחברתה תאי דאוכליך חלבא אמר' לה שלוכתי תוכליך לבא Quaedam mulier Galilaea cupiens dicere sociae (vicinae, aut amicae) suae, תאי דאוכליך חלבא thëi (vel sëi) deochelich chalovo, *veni et comedendum dabo tibi lac*, (invito te ad pingue lac comedendum) dicebat ad eam: שלוכתי תוכליך לבא schelochti, tochelich lovo,

prave sc. pronunciavit, et voces distinctas conjunxit, שלוכתי pro שלובתי, permutatis literis ב et כ. שלובא vox galilaea, idem quod judaice חברתה chavirta *socia, amica.* תוכליך tochelich, pro תאי אוכליך tei *veni*, אוכליך comedendum dabo tibi לבא lovo, pro חלבא chalovo, *lac.* Sic alia mulier Galilaea accedens judicem, dicebat בירי Biri, (Ar. legit per Kaph, כירי chiri) pro קירי kiri i. e. κύριε *domine*, תפלא דהות לי וגנבוך מנאי tiphla quae erat mihi, genavuch furati sunt a me; nempe טבלא tabula, גנבוך pro גנבוה furati sunt eam. Plura similia ibidem habentur; unde cum homines de terra Judaea בלשון חכמה scite et docte cum Galilaeis loquerentur, Galilaei eos non intelligebant. Judaeus interrogans viatores מאושפיזנא de hospitio, Galilaeus dicebat גבר פום דין חי Hospes salve. Nempe vocem אושפיזנא dividebant, אוש pro איש isch i. e. גבר *vir:* פי i. e. פום pum, *os:* זא i. e. דין den *iste* vel *istud*, חי *vive, salvus, sis.* Galilaeorum ergo lingua crassa fuit, barbara, impolita et rudis, literas distinctas confundens, voces diversas inconcienne jungens, vocibus peculiaribus in Judaea inusitatis utens, sicque dialecto ab Hierosolymitanis discrepabat, ut non mirum fuerit, Petrum fuisse sermone suo proditum, et pro Galilaeo agnitum. Verisimile autem est, studio hic fuisse Galilaeo idiomate usum, ut sic quasi idiota aliquis et rudis plebejus e praesenti periculo evaderet, nec pro discipulo Christi agnosceretur. Nunquam enim alias ob impolitum sermonem reprehensus legitur, immo unus ex praestantioribus discipulis Christi et cordatioribus habitus fuit. Accedit, quod plerique alii discipuli Christi, Galilaei fuerint, Actor. 2, 7 et 1, 11. Christus etiam ipse, cujus conceptu, educatione, doctrina et miraculis, Galilaea, qraecipue nobilitata fuit, Galilaeus inde vocatus, juxta illud ad Petrum: Et tu cum Jesu Galilaeo eras, Matth. 26, 69. nunquam tamen talem sermonis objurgationem incurrerunt. Caeterum Galilaea duplex fuit, superior et inferior; illa olim dicta fuit גליל העליון, haec גליל התחתון, ut docent traditiones talmudices in lib. שביעית c. 9. Superior in tribu Naphtali et Ascher fuit sita, intra Jordanis decursum, Tyro, Caesareae Philippi, Capernao aliisque vicina. Haec erat illa Galilaea gentium, de qua Matth. 4, 15 quae gentibus contermina et magna parte cincta fuit, unde sine dubia propter frequentia cum gentibus commercia, linguam impuriorem habuerunt. Inferior Galilaea circa Tiberiadem et lacum Genassereth in tribubus Zabulon et Isaschar sita fuit. Haec longe major, fertilior, cultior et populosior fuit, unde et sermo in ea purior et politior, minusque a peregrinis impuratus. Vide Josephum de bello Jud. l. 3, c. 2.

גִּלּוּלִין *idola, stercorei dii:* לית פלחי גלולין non sunt cultores idolorum, Num. 23, 21.

גּוֹלָל, גּוֹלָלָא *operimentum, operculum sepulchri, lapis sepulchralis:* עד לא יסתמם גוללא עלוהי antequam claudatur operculum super eo, Job. 14, 22 in Targ. secundo. Sic ap. Tos. עד שיסתום הגולל donec obthuretur operculum sepulchri, Ketub. 4b Sab. 152b. אבילות מאימתי מתחלא מסתימת הגולל luctus (cordis) quando incipit? a clausura operculi, Sanh. 47b. Rabbi Moses ben Maim. scribit in comment. Oholoth c. 2. גולל הוא הכסוי אשר יכסו בו המתים h. e. גולל est operimentum, operculum, quo tegunt mortuos sive sit ex ligno, sive ex lapide, aut alia materia etc. Et mox: כסוי הקבר operculum autem sepulchri vocatur גולל, quod juxta illud sit lapis מתגלגלת advolutus super os sepulchri. Obadias de Bartenora, הגולל אבן גדולה ורחבה שסותמים בה פי הקבר מלמעלה מלשון וגללו את האבן h. e. גולל est lapis magnus et latus, quo obthurant vel claudunt os sepulchri superne, (lapis sepulchralis) ex significatione וגללו את האבן, Gen. 29, 3. Hinc illustrantur verba Euangelistarum, Matth. 28, 2: Ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας et Lucae 24, 2: Αἶρον τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Intelligenda enim haec sunt de isto lapide, quem Hebraei גולל vocant. Amplius ap. Tos., אסור לפתוח הקבר אחר שנסתם הגולל vetitum est aperire sepulchrum posteaquam lapide sepulchri clausum est.

בְּגְלַל *propter, occasione, causa:* מִן בִּגְלַל דְ *eo ut, propterea ut*, Ex. 19, 18. מן בגלל דיהימנון ut credant, Ex. 4, 5. מן בגלל למצערא יתהון ut affligerent ipsos, Ex. 1, 11. מן בגלל דמעכבין נדריהון propterea quod differunt vota sua, Eccl. 5, 3. ומן בגלל דאתני חלמא et propterea quod iteratum esset somnium, Gen. 41, 32.

גְלִלְנִיתָא nomen propr. loci. Forte est *Galilaea:* מלחא גללניתא sal galilaeum i. e. crassum. Tale enim ibi fiebat, Kidd. 62a. B. Ar. exponit: חזק כאבן durum instar lapidis, ex significatione גלל supra. Sic, מטה גללניתא lectus galilaeus, i. e. plicatilis et versatilis, qui per partes complicari et ab uno loco in alterum deferri solebat, Sab. 47b. R. Salom. Gallice exponit טור"נדין. B. Ar. citat גיליתא. Et alicubi eodem sensu est כסא גלין sella plicatilis, qui corio obductus circumferebatur, Sab. 138.

גַּלְגַּל *granum*, vide גרגר in גרר.

גַּלְגַּל; גִּלְגַּל *rota, orbis, sphaera, globus, circulus: rotatio, stipula, gluma, quae in orbem agitur:* כגלגלא קדם עלעולא sicut rotatio coram turbine, Jes. 17, 13. Sic Ps. 83, 14. קל אכליותך בגלגלא vox tonitrui tui in orbe coelesti, Ps. 77, 19. Hinc apud Astronomos, *septem orbes planetarum appellantur* גלגלים *galgallim:* גלגל קטון orbis parvus, epicyclus. Ap. Tos.: Sapientes Israëlitarum dicunt: גלגל קבוע ומזלות חוזרין orbes fixi sunt, sed signa sunt mobilia. At sapientes populorum dicunt contrarium, Pes. 94b. Item *pupilla, orbiculus oculi:* דור המבול לא נתגאו אלא בשביל גלגל העין generatio diluvii non superbierunt nisi propter orbem sive rotationem oculi, Sanh. 108a. Secuti enim sint motum oculi sui ad libidinem. Aliter: in Nasir 51a. Duo mortui, qui una sepulti sunt, sc. nudi, נעשו גלגלים זה לזה fiunt convolutiones sibi invicem, i. e. perinde habetur, ac si quilibet eorum cum involucris sive vestimentis sepultus esset. Similem locum citat B. Ar. ex Nidd. 27b. Sed ibi legitur nunc גנגילון. דהוה גלגל בגו גלגל ac si esset rota intra rotam, Ez. 1, 16. Pl., חזו גַלְגַלַיָא aspectus rotarum, Ibid. בְּגַלְגְלֵי עגלתיה rotis plaustri sui, Jes. 28, 27. אתרגושת גַלְגְלוֹהִי strepitus rotarum ejus, Jer. 47, 3. Praeterea ap. Tos. etiam

est *trochlea* vel *cochlea*, *instrumentum spirulatim et capreolatim ascendens, quo levatur et demittitur trabs torcularis,* eine Schraub- oder Trottspindel. Unde in jure Hebraeorum: vendens torcular non vendit simul asseres pressorios, את הגלגל cochleam et trabem, Bb. 67b. Vide et in Midd. c. 5 et de eo loco B. Ar. in בייר. Vide et infra in rad. גרר in גרגיר, גרגר granum, גַּלְגַּלִּי *orbiculare, sphaericum:* תנועה סבוביח גלגלית motus circularis sphaericus, More p. 2, c. 24.

גַּלְגָּלָה *rotatio, convolutio: commixtio,* quando de massa farinacea vel challa dicitur, ut in Challa c. 3.

גַּלְגּוּל[62] *revolutio, devolutio: orbiculus oculi, pupilla:* כגלגול די במציעות עינא sicut pupillam, quae est in medio oculi, Ps. 17, 8. לִמקרב בגלגלי עינוהי ut tangat pupillam oculi sui, Zach. 2, 8. ועל חיזו גַלְגַלֵי עֵינֵי חִוֵי חורמן et super aspectu pupillae oculi serpentis, Jes. 11, 8. עינוהי יתמסין בְּגַלְגַלֵיהוֹן oculi ipsius contabescant in orbibus suis, Zach. 14, 12. Ap. Tos. etiam idem quod praecedens גלגלה, ut in Menach. 57a.

Ap. Ros., גלגול המתים *revolutio mortuorum* vel גלגול המחלות *revolutio cavernarum,* i. e. per cavernas, de qua mira Rabbinorum sententia. Nam credunt eos, qui extra terram Canaan in polluta gentium terra moriuntur et sepeliuntur, non resurrecturos in die judicii magni, nisi beneficio revolutionis, ut sc. per terrae penitissimos meatus revolvantur in terram Canaan. Ibi enim tantum resurgent. Unde reperiuntur, qui hoc nomine ante mortem eo proficiscuntur, ne post mortem hanc molestiam revolutionis experiantur. Vide tract. Talm. Ketub. 111a, ubi inter caetera: גלגול לצדיקים צער הוא אמר אביי מחילות נעשות להם בקרקע וכו׳ revolutio justis est dolor: dixit Abaj, cavernae factae sunt ipsis in terra etc. In Zohar col. 206. Non dat deus ipsis (mortuis sc.) animas, nisi in terra Israëlis, sicut scriptum est, „cum aperuero sepulchra vestra et educam vos ex sepulchris vestris, et introducam vos in terram vestram“, Ez. 37, 13. דיתגלגלון תחות ארעא devolventur enim illuc sub terra etc. R. Sal. Gen. 47, 29. scribit ad haec verba Jacobi: „Ne sepelias me in Aegypto“: quia post haec pulvis ejus convertetur in pediculos et quia extra terram mortui non reviviscunt, nisi per dolorem revolutionis per cavernas. R. D. Kimchi scribit Ez. 37, 12: dissensio est in verbis Rabbinorum nostrorum de iis, qui extra terram Israëlis moriuntur. Quidam dicunt, quod extra terram ascensuri sint ex sepulchris suis. Alii vero dicunt, quod ex sepulchris suis ascensuri sint in terram Israëlis per revolutionem et viam cavernarum. Huc respicit paraphrastes chaldaeus Cantic. 8, 5 his verbis: ואפילו צדיקיא דמיתו בגלותא עתידין למיתי אורח כוביא מלרע לארעא ונפקין מן תחות טור משחא quin etiam justi, qui mortui sunt in captivitate, venturi sunt per cavernas sub terra et egredientur sub monte olearum. In Midr. Tanchumah in princ. sectionis ויחי יעקב: Dicit R. Simon, si ita est, ergone pereunt justi, qui sepeliuntur extra terram? Nequaquam. Quid facit ergo deus benedictus? Facit ipsis cavernas in terra facitque illas instar speluncarum, per quas devolvuntur, donec perveniunt in terram Israëlis. Posteaquam in terram Israëlis pervenerunt, deus opt. max. indit ipsis spiritum vitalem et surgunt, sicut dicitur, „et ascendere faciam vos e sepulchris vestris“ etc. Ez. 37, 13. In Th. Kil. c. ultimo in fine: An ergo abhinc Rabbini, qui moriuntur in captivitate, pereunt? Dixit Rabbi Simaj, deus perforat ipsis terram, et illi devolvuntur instar doliorum vini. Postquam in terram perveniunt, spiritus ipsorum redit ad ipsos. Quae est hujus rei ratio? „et collocabo vos in terra Israëlis et ponam in vobis spiritum meum et vivetis“, Ez. 37. גלגול נשמות *revolutio animarum.* Scribunt Hebraei, animas ex uno homine in alium, ex homine in bestiam, etiam avem transmigrare. Vide R. Bechai par. ראה חברכה Caphtor f. 51b in Comment. De hac re Philippus Aquinas scribit in suo lexico: Sed ego non possum ferre, ut ista credantur juxta sensum literalem. Nam qui ea dixit, non ascendit sic in cogitationem ejus. Verum allegorica sunt haec ad terrendum peccatorem vel ad demulcendum corda, ut stabiliatur id quod scriptum est, „quia delectantur servi tui lapidibus ejus et pulveri ejus gratiam faciunt“, Ps. 102, 8. Sic didici a praeceptoribus meis. Hactenus Aquinas. Exploditur etiam ab Abarbinele in Danielem, f. 50. גלגול שבועה *devolutio juramenti, cum juramentum alicui imponitur,* Kidd. 27b et 28a. Vide et Maim. in par. 4 הלכות טוען c. 1.

בֵּית גַּלְגּוּל *locus erat in terra Israëlis notus, cujus ascensus admodum erectus et acclivis, descensus volubilis.* Unde, איזהו שבילי בית גלגול quae sunt semitae domus Gilgul? in Erub. 22b. Hoc est quod Guido *limitem loci tortuosi* explicat. Vide et Tahar. 6.

גַּלְגֹּלֶת, גֻּלְגַּלְתָּא *calvaria, cranium,* II R. 9, 35. Synecdochice *caput et caput pro homine, persona quoque:* עומרא לגולגלתא homer in caput, Exod. 16, 16 i. e. in singula capita, pro unoquoque homine: לְגֻלְגְּלֹתָהוֹן per capita sua, Num. 1, 2. Item *capitatio,* כסף הגלגולת pecunia capitationis, i. e. census singulorum capitum, tributum capitatim impositum. Unde plur. גלגלאות capitationes, Midr. Echa c. 3, 7. Hinc quoque locus, in quo Christus fuit crucifixus, dictus fuit Golgotha, Γολγοθᾶ, ut in graeco scribitur, syrohebraice גגולתא Gagulto, i. e. locus calvariae, Johan. 19, 17, ubi ל unum elisum. Inter Magiae species erat olim quoque haec, quod per cranium ascendere fecerint mortuos eosque de rebus dubiis consulebant. Vide Sanh. 65b. Maim. in Hilchos עכ״ום 32a. Qui accipit cranium mortui et ei adolet, ac per illud divinat vel auguratur, donec audiat, ac si vox prodiret sub axillis suis submissa admodum, quae responderet ipsi.

גִּלְגִּילוֹן *cingulum involutum et implexum ex diversis filis,* Seder tahar. 87a. Edaj. 6b. In Ar. scribitur גלגליון, et explicatur ציצית.

גַּלְגִּילָא *eruca* herba: לכירצא חיורא ליתי ביורא גלגילא

[62]) Item metaphorice pro ambiguitate fortunae adhibetur, quo sensu usitatissimum est apud philosophos pro περιπέτεια, d. q. Arist. in Poet.

pro lumbricis albis afferat semen erucae, Gitt. 69b. In Ar. legitur גרגילא. Alibi גרגירא. R. Sal. passim explicat vernacule אורוגא i. e. *oruga*, quomodo hispanice vocatur eruca.

מְגִלָּה ,מְגִלְּתָא *volumen, scheda, scriptum, literae, epistola, liber in membranam longam et latam scriptus, ut convolvi possit, quod olim erat usitatum:* וחקרי במגלתא et leges in volumine, Jer. 36, 6. Constr. סב לָךְ מְגִלַּת ספרא tolle tibi volumen libri, v. 2. Ap. Ros., חמש מגלות quinque volumina. Sic vocantur quinque libelli, Cantic. Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther. Sumitur etiam synecdochice pro volumine Esther, et sic apud Masorethas, ut Ps. 99, 2 ad על כל העמים notatur: Bis reperitur, וכל מגלה et tota Megilla ipsi similis est, i. e. in toto libro Esther etiam bis reperitur. Sumitur etiam pro *tota sacra scriptura:* unde Ti. scribunt, כל התורה כולה איקרי מגילה דכתיב tota omnino lex, i. e. sacra scriptura vocatur Megilla, sicut scriptum est, במגילת ספר in volumine libri scriptum est de me, Ps. 40, 8. Gitt. 60a.

גלם[63] *convolvere, involvere*, hebraice. Ap. Tos., יכול יגלום עליו forte errabit in calculo cum eo vel decipiet eum in calculo, Bk. 113b. Sic explicant Hebraei.

גְּלִימָא[64] ,גּוּלְמָא ,גְּלָם, *involucrum pallium, toga, stola, amictus exterior, cui homo involvitur et qui convolvitur et complicatur:* כִּגְלָם דשער sicut pallium villosum, Gen. 25, 25. וּגְלִימָא דבוץ וארגון et stola byssi et purpurae, Esth. 8, 15. Vulgo קפא kappa, inquit Kimchi in libro radicum: נקטי ליה בשפולי גלימיה prehendebant ipsum in fimbria pallii sui, Tan. 23b.

גְּלִימוּ per apocopam, pro גְּלִימוּת *involutio.*

גְּלִימָא *collis.* At Jobi 39, 21 ponitur pro hebraea voce, quae *vallem* significat, quod Elias miratur. In eodem capite v. 10 גְּלִימָתָא colles. Sic, דמתילן לגליםתא quae assimilantur collibus, Num. 23, 9 in Jonath. et Deut. 33, 15. למככא טוריא וגלימתא ad deprimendum montes et colles, Num. 14, v. 14 in Jon. Pro *valle*[65] etiam videtur usurpari Num. 21, 20 in Jon., ubi legitur, ומטוריא רמיא נחתן עמהון לגלימתא et ex montibus altis descendebant cum ipsis in valles; nam in TgH. pro hac voce est לְנַחֲלַיָּא.

גַּלְמָתָא *colles*, hebr. גבעות Ps. 148, 9 et 114, 4. דמתילן לגלמתא quatuor matres, quae similes sunt collibus, Cant. 2, 8 vide et Gen. 49, 26 in TgH. Et ab alia forma, וְגוּלְמָתוֹי יחורן et colles ejus albescent frugibus, Gen. 49, v. 12 in Jon. et TgH. מחור גוּלְמָתֵיהּ dealbat colles suos ex adipe robustorum, v. 11 in TgH.

גְּלַם ,גּוֹלֶם *massa, materia rudis et informis quaelibet, nondum elaborata, et ad formam recipiendum apta:* Item *embryo:* Item *homo rudis et stupidus, quasi forma rationis et intellectus elegantiori destitutus.* R. David Ps. 139, 16. העץ נקרא גולם ט־ם שיעשה הכלי lignum vocatur *golem*, antequam efficiatur vas אשה גולם היא mulier massa rudis est, sc. antequam viro jungatur, qui elaborat eam, ut sit vas commodum, Sanh. 22b. גולמי כלי עץ טמאין massae vasorum ligneorum immundae sunt. גולמי כלי מתכות massae vasorum fusilium, Chol. 25a. בגלמי de (acubus) rudibus, inelaboratis, nondum perforatis, Sab. 52b. Item in Avoth c. 5. שבעה דברים בגולם ושבעה בחכם septem res sunt in homine rudi et totidem in sapiente etc., ubi Maim. scribit, גולם est homo, gradus quidem intellectus et morum habens, sed imperfectos et inordinatos, mixtos et confusos, et deficientes etc.

גּוּלְמִין *genus armorum fuit ad occidendum hominem*, idem forte quod גולפין, Esth. 9, 5.

גולמו הרג, in Gem. Sanh. 75a quod in Ar. scribitur ut una vox גלמהרג in glossa Gemarae גלמי הרג. R. Sal. interpretatur *lapidem muri*, ex sermone persico, quasi גולם lapis quadratus, הרג murus. In Ar. scribitur גולם *sigillum*, הרג *calx muri*[66], quasi dicere voluerit: cras mihi quisque vestrum afferat tantum calcis, quantum annulo capitur: nam murus ruptus est. Verba Gemarae, למחר אייתי לי כל חד וחד גולמו הרג.

גַּלְמוּדָה *solitaria, rejecta*, ex hebraeo גלמוד, Job. 3, 7. In Gem. scribitur, in maritimis urbibus vocatam fuisse menstruatam mulierem גלמודה *solitariam*, quasi dicas, גמולה דא avulsam a viro suo, Sota c. 7 in fine. In Br. s. 79. Quaedam mulier araba dicebat alteri, אחון סחיא veni lavatum. Illa respondebat, אני גלמודה ego sum solitaria, ac proinde non possum lavare; volens dicere, אנא נדה menstruo laboro. Unde didicerunt גלמוד in scriptura, idem esse quod נדה.

גּוּלְמִישׁ ,גַּלְמִישׁ *cedri species;* בקעתא דקיסא דגולמיש frustum ligni Golmisch, Num. 19, 6 in Jon. מן קיסי גולמיש ex lignis cedrinis, Cant. 1, 17. Sic ap. Tos. in Rh. 23a. Pl. כעולם גבר וחסין כְּגַלְמִישִׁין sicut juvenis fortis et robustus instar cedrorum, Cant. 5, 15.

גלן גָּלִינֵי γαλήνη, *tranquillitas maris*, in Jev. c. ult. TH.

גלם גּוֹלֶם *forma, figura, typus.* Citat Guido ex Medr. Ps. 92, sed prave. Legitur enim ibi נולם, eo sensu, ut supra positum.

מוּגְלְסַיָּא *cardines aut ferramenta januarum cava*, hebr. פתות, 1. Reg. 7, 50. Kimchi explicat illic צירי הדלתות.

---

[63]) Origo, ni fallor, in cumulando et confluendo (cf. arab. جلم), ut rem *inarticulatam carentemque iis organis, quibus crescit et augetur* denotet. Hinc 'גלים toga, quae sc. homini adhaeret, quin cum eo conjuncta sit, גלמתא terra cumulata nec inter se cohaerens et גלם materia rudis.

[64]) Nonnullis est Persarum كليم, q. i. est.

[65]) Ita quidem permulta invenis vocabula, quae prout locum, quem loquentes tenemus, rem et contrarium hujusce rei denotant. Talem vocem grammatici arabici ضدّ vocant.

[66]) Vox גלם ap. Tos. usitatissima in causa fuisse videtur, quod descriptores ea ratione vocem separaverunt. Rectius enim compositam ex גל et מהרג esse diceres, ut *gil-muhrah*, ut habet Lagarde, conveniret; quam sententiam autoris Ar. merito si existimasset, ille de sententia sua recenti haud tantopere gloriatus esset.

גְּלוּסְטְרָא *crassities rotunda, ut est caput clavi aut pes pistilli:* נגר שיש בראשו גלוסטרא pessulus in cujus capite est globus crassus, Erub. 101b in Misna. Glossa, cujus caput crassum est, ut pistilli usum praebere possit. Scribitur etiam per ק ab initio, קלוסטרא. *Claustrum* Munst. exponit, quasi sit vox latina. Sed נגר hoc in textu pessulum, claustri speciem significat. Vide et in TH. Schekal. 47a.

גְּלוּסְקִין, גְּלוּסְקָן, גְּלוּסְקָא *placenta, torta panis, massa farinae ad placentas conficiendas.* Pl גְּלוּסְקָאוֹת, ap. Ros. et Tos. frequens. Forte est a gr. γλυκὺς per metathesin. Scribitur aliquando etiam cum ק ab initio, ut in As. c. 2 in TH.

גְּלוּסְקְמָא *arca, capsa, scrinium: loculus, marsupium;* ושוו יתיה בגלוסקמא et posuerunt ipsum in feretrum, hebr. בארון, Gen. 50, 26 in Targ. Jon. Melius in TgH. per Cholem, גְּלוֹסְקְמָא. Est enim gr. γλωσσόκομον, quod in NT. legitur, Johan. 12, 6 et 13, 29. Ap. Tos. frequenti in usu est, et dicunt etiam per Daleth דְּלוּסְקְמָא. Pl. התחיל פותח גלוסקמות incepit aperire arcas et sedebat, ut venderet merces, Vr. s. 30. Scriptum illic גלוסקאות, quod mendosum videtur.

גלע *humectare*, juxta R. Salomonem: אם יש בה מכה והיא יכולה לְהִגָּלַע ולהוציא דם si est in ea plaga, quae possit humectari ad educendum sanguinem, Nidd. 58b. Glossa, si sit in ea plaga sicca, והיא ראויה להתלחלח, quam conveniat humectari. Aliter in Ar. explicatur. Puto לְהִגָּלַע idem esse quod לְהִתְקַלַּע *incidi, aperiri*, ut sanguis laesus, corruptus, et in tumorem collectus educatur, et plaga tanto citius curetur.

גַּלְעִינִין *grana, ossa vel lapides fructuum*, idem quod גרעינין per commutationem ר et ל. Ap. Tos. frequens est: קליפי אגוזים והגלעינין testae nucum et nuclei, Schev. c. 7. כל הגלעינין מיטמאות omnes nuclei sunt polluti, Okez. c. 2.

גלף *sculpere, exsculpere, insculpere, caelare.* Unde Graecis γλύφω. Praet. וּגְלַף על לוחיא et insculpsit tabulis, 1. R. 7, 36. Part. Pahul, גְּלִיפָן כתב מפרש exsculptos scriptura explicata, Ex. 39, v. 6 hebr. מפתחות. Fut. כִּגְלַף דְּעִזְקָא תִּגְלוֹף secundum sculpturam annuli exsculpes, Ex. 28, 11. ותגלוף עליהן שמהת et insculpes eis nomina, v. 9.

גְּלִיף, גְּלִיפָא, גְּלַף *sculptura*, Ex. 28, 11. גליפא חריצתא sculptura recta, Psal. 16, v. 1. גליף דבריך sculptura verborum tuorum, i. e. expressio, manifestatio, Ps. 119, 130. גְּלִיפְיָה גררין sculpturas ejus excindunt, Ps. 74, 6.

גְּלוּף *idem:* כגלוף דעזקתא sicut sculptura annuli Hag. 2, 24.

אַגְלְפוּת *idem:* Exod. 31, 5 et 35, 33. in Jon.

גּוּלְפָא *cantharus, urceus, vas testaceum:* אביי דייר גולפי Abbai ordinabat, disponebat vasa, cantharos, Kidd. 81a. Glossator exponit atrium, in quo conveniunt homines, sive concionis, sive nuptiarum causa. Illud ordinavit dispositione omnium vasorum: שקל גולפא על כתפיה accepit cantharum in humeros suos, Ned. 49b. אמר אביי שמא מכאן אורח ארעא למשבק איניש גולפא ומשכא באושפיזיה dixit Abai: forte hinc est consuetudo, ut relinquat homo urceum, cantharum et pellem (si nempe jumentum mactavit) in hospitio suo, Meg. 26a. בגולפי חדתי in vasis novis, Sab. 42b.

גּוּלְפָא *fustis capitatus, clava, teli genus, quo Hercules utebatur.* In Gem., שקיל גולפא מחייה ארישיה accepit baculum, percussit ipsi caput, Sot. 13a. Gl. גולפא i. e. מקל. Idem quod קולפא, commutatis ג et ק. Pl. גּוּלְפִין, Esth. 9, v. 5.

גְּלוּפְקְרָא *stragula, stramentum crassum, laneum, et villosum:* ויתני בִגְלוּפְקְרֵיהּ et dormiet in veste sua, Deut 24, 13 in Jon. Talm. גלופקרי וסדיני stragulae et sindones, Gitt. 70b. נוטל את הגלופקרין ומניח את הסדינין sumit stragulas et relinquit sindones, Sab. 151a. Gl. גלופקרין קוטא בלעז.

גלקסינון גלק *pellis melina vel taxea.* In Br. s. 20, ubi disputatur de vestibus pelliceis, quas deus Adamo et Evae dicitur fecisse; inter varias sententias dicit R. Schimeon ben Lakisch, גלאקסינון היו ex pellibus melinis fuerunt, quibus primogeniti utebantur. Vox est peregrina et incognita. Quod autem id significet, quod nos posuimus, videtur colligi ex R. Bechai f. 14 qui scribit ad vocem עור pellis: ואולי היה העור הזה עור תחש fortasis fuit pellis ista pellis melina, quae in usu erat tempore Mosis, qua arca tegebatur etc. Et in TH. Sab. c. 2, f. 4 ubi agitur de pellibus melium, ex quibus tabernaculum confici debebat, ut videre est Ex. 25, 5, ibi R. Juda dicit, illas vocatas fuisse טיינין a colore suo; R. Nehemia autem, גלקטינון. Pro hoc in MK. c. 1, v. 9 legitur, עורות החשים מה הן quidam sunt עורות תחשים? R. Jehuda dicit אלטינון. Sed R. Nehemia dicit גלטינון. In praecedentibus verbis legitur etiam גלבטינון, in simili significato. Voces sunt corruptae et peregrinae.

גלקטיקא *lectica:* ואפילו בגלקטיקא לא היה יכול להיטען etiam in lectica non potuit portari, MK. c. 9, v. 11. Pro hac voce corruptissime in Medr. Schir. c. 4, v. 8 scribitur בכל קריקה. Vide et ibid. c. 5, v. 4. Videtur esse ex lat. *lectica*? unde et sine ג ab initio reperitur, ut videre est in ordine לקט.

גלש *fervere:* מוּגְלָשִׁין *fervere facta, ferventia*, Pes. 37b. In Ar. legitur מי גלשין aquae serventes.

גְּלוֹשׁ *recalvaster*, Lev. 13, 41 pro hebr. גבח: עורות גלושין pelles calvae, pilis vel lana detracta.

גְּלַשְׁלְשַׁן *idem*, ibid. in Jonath.

גְּלוֹשְׁתָּא vel גְּלְשׁוּתָא *recalvatio, locus recalvus*, ibid. v. 42. Hebr. גבחת.

גְּלַשְׁלְשְׁתָא *idem*, Levit. 13, 42 in Jon.

גְּלַשְׁלְשׁוּתָא *idem*, in Tg. Jon. v. 43.

גְּלִישׁוּשִׁיתָא, גְּלְשׁוּשִׁיתָא, vide גבש.

גולתא גלת vide in גלל.

גם גַּמָּא *Gamma, litera Graecorum Γ, quae est ד Hebraeorum in versum:* כמין גם vel, כמין גמא juxta figurum Gamma. Frequens id ap. Tos. Et cum inserto Aleph, כמין גאם, Bb. 62a. Elias ex Rabbinis: מושחין כהן הגדול כמין גם יוונית ungunt sacerdotem summum instar literae Gamma Graecorum: מדת גַּמָּיו mensura Gamma ejus, i. e. latitudinis et longitudinis: utramque enim designat figura literae Γ, Bm. 28a. מפתח של גם clavis (figurae literae) Gamma Graecorum, Kel. c. 14.

גמא גְּמָא *absorpsit, exsorpsit, exhausit,* hebr. גומא *juncus, scirpus, alga:* Talmudice גְּמִי׳: דיתגאה גומא ut attollat se juncus, Job. 8, 11. קני וגומא calamus et juncus, Jes. 19, 6. תיבותא דגומא arca scirpea, Ex. 2, 3. Pl. ושויתיה בגו גוּמַיָּא et posuit eum in medio juncorum, ibid. in Jon. Sic. Gen. 41, 2 pro hebr. אחו carectum. Ap. Tos., והפקעת של גמי et involucrum ex junco Kel. c. 10. Guido notat גְּמִי׳. Sab. 78a. Biccur. 85b.

גּוּמָא vide sup. in גום.

גְּמִיאָה *haustus, potus, sorptio,* Sab. 77a. Ex significatione verbi hebraici, הגמיאני pota me, bibendum, sorbendum da mihi, Gen. 24, 17.

מְגַמָּה *anhelitus, desiderium,* Ps. 27, v. 8 in Kimchi.

גּוּמָא, גוּמִי *gummi, cujus usus ad conficiendum atramentum.* Alias prave scribitur קומוס, Sab. 104b. Gitt. 19a.

גמן גמנם vide infra in גמם.

גמד *constringi, arctari, corrugari, contrahi:* גָּמוּד מסאניה strictus est calceus ejus, Pes. 111a. ארץ ישראל בזמן שיושבין עליה רווחא ובזמן שאין יושבין עליה גמדא terra Israel eo tempore, quo inhabitabant eam, erat lata, cum vero non inhabitant eam, est angusta, Gitt. 57a. גמדא ליה ומתחא ליה contrahit eam et diducit eam, Chol. 43. גבר גְּמִיד בידיה דימינא vir constrictus manu dextra suo, Jud. 3, 15. Hebr. אטר conclusus. Sic vocatur Scaeva, qui sinistra pro dextera utitur, Jom. 69a. אמה גדומא cubitus contractus, brevis, קצרה, TH. Joma c. 4.

גֹּמֶד *mensura cubiti, cubitus:* שני גמדים ומחצה duos cubitos et dimidium. Citat Ar. etiam אמה וגמדא ex Erch. 11a, sed ibi nunc legitur וגבוהה.

גוּמָדִין *vela, velamenta faciei, quibus Arabes faciem contra frigus obtegere et munire solent:* הגומדין של ערבין velamenta Arabum, Kel. c. 29. Dicuntur ita, quod mensuram cubiti haberent in longitudine et latitudine, ut scribit B. Aruch.

גמז גִּמְזוֹ *nom. propr. urbis,* 2. Paral. 28, 18. Hinc quidam Nachum dictus fuit Gimso vel Gamsu, ut quidam volunt: Ti. scribunt de eo: אמאי קרו ליה נחום איש גם זו דכל מילתא דהוה סלקא ליה אמר גם זו לטובה, Id est, quare vocarunt ipsum Nachum, virum Gamso? propterea quod ad omnia, quae ipsi acciderant, diceret, גם זו „Etiam hoc cedet in bonum", Tan. 21a. Sanh. 108b.

גמזוז, גַּמְזוּזִין *fructus similis ficubus:* In ME. c. 1, v. 5. אכיל חד גמזוז comedit ficum unicam. In TH in Ms. legitur eodem sensu, גַּמְזוּזַיְיָא, et in Schevuoth c. 3 corrupte גמריה. B. Ar., גמזין. Aliter etiam vocantur בנות שקמה *filiae sycomororum,* in Dem. ab initio. Arabice גומיזה est sycomorus.

גְּמָזִיּוֹת *rami, virgulta succisarum arborum,* (ut fiebat anno septimo), *quae ex trunco succrescunt.* Sic dicitur de siliqua graeca et amygdalis, in Pes. 55 et Men. 71.

גמט גִּמַטְרִיָּא Rabbinis est *kabbalae species, qua ex diversarum vocum aequali numero, eundem sensum colligunt.* Ortum videtur esse ex gr. γεωμετρία; vel potius συμμετρία, *proportio, dimensio aequalis.* Sic ex illis verbis; „Ecce ego adducturus sum servum meum צמח germen", Zach. 3, 8 colligunt, per צמח intelligendum esse Messiam, qui debebat appellari מנחם Menachem, consolator, juxta illud, „Et longe recessit a me מנחם consolator", i. e. Messias, Thr. 1, 16 ut id in Talm. explicatur, tractatu Sanh. 98. Jam literae vocis צמח in numero valent 138 totidem etiam vox מנחם. Cum itaque propheta dixit, adducam servum meum צמח, perinde est ac si dixisset, servum meum מנחם, qui erit Messias. Meminerunt Aben Esra et Kimchi in Commentariis in Zachariam. In eundem sensum Jon. transfert: et servus meus Messias manifestabitur. Gen. 25, 21. ותהר רבקה אשתו et concepit Rebecca uxor ejus. Hic אשתו continet 707 totidem בית יעקב אש ובית עשו לקש. Nempe אש וקש, Obad. v. 18. Reuchlinus kabalae l. 3. Veneta cum triplici Targum. Gen. 11, 1. ויהי כל הארץ שפה אחת fuitque universa terra labii unius. Hic שפה אחת valet 794. Totidem לשון הקדש. Veneta cum triplici Targ. Gen. 49, v. 10. יבא שילה veniet Schilo; valet 358 ideoque per gematriam artem idem est quod משיח, quae vox eundem numerum continet. Dum itaque dixit Patriarcha, donec ובא שילה venerit Schilo, perinde est ac si dixisset, donec venerit משיח Messias. Eundem sensum confirmat triplex Targ. in eum locum. Pl. legitur in Pirke abhos, in fine c. 3. הלכת תקופות וגימטריאות פרפראות לחכמה i. e. rationem tekupharum (solstitiorum et aequinoctiorum) et gematriarum nosse, res minutulae sunt ad sapientiam, at rationem rituum legis nosse, corpus est sapientiae.

גמי vide paulo ante in גמא.

גמל *retribuere, rependere, referre bonum aut malum:* Praet. גְּמַל טובא עליכי retribuit bonum tibi, Ps. 116, 7. Cum aff. דִּגְמַלְנָא יי quod retribuit nobis dominus, Jes. 63, 7. דגמלנון כרחמוהי qui retribuit ipsis secundum misericordiam suam, ibid. די גמלת לנא quam retribuisti nobis, Ps. 137, 8. ארי גמלתני טבתא ואנא גמלתך בישתא ecce tu retribuisti mihi bonum, et ego retribui tibi malum, I S. 24, 18. ארי בישתא גמלוך quia malum retulerunt tibi, Gen. 50, v. 17. Part. ואם גָּמְלִין אתון קדמי et num retribuitis vos mihi, Joël. 3, 4. גברי גָּמְלֵי חסדא אנון viri exhibentes misericordiam isti sunt, I Reg. 20, 31. Fut. יִגְמְלִנַנִי יי retribuet mihi dominus, Ps. 18, 21.

גִּמְלָא, גַּמְלָא, גוּמְלָא, גְּמָלָא *compensatio, retributio, remuneratio, beneficium, benefactum:* גמלא רידיהון יתחב להון retributio manuum ipsorum reddetur ipsis, Jes. 3, 11. דמשלם גמלא qui retribuit compensationem, Jes. 66, 6. הגמלא אתון משלמין קדמי an retributionem vos rependitis mihi, Joël. 3, 4. Cum aff. דישלם לך ית גּוּמְלִיךְ qui reddat tibi retributionem tuam, Ps. 37, 8. Pl. מרי גֻּמְלַיָּא dominus retributionum, Jes. 35, 4. Cum aff. אתיב גִּמְלֵכוֹן reddam retributiones vestras, Joël. 3, 4. Fem. כל גְּמוּלָן טבן omnes retributiones bonae, Psalm 116, 12.

גְּמִילוּת *idem:* ולמרחם גמילות חסדא ut diligas retributionem benignitatis, Mich. 6, v. 9. ועבד גמילות חסדא et exercuit beneficentiam, Esth. 1, 2 in Targ. secundo. Ap. Ros. גמילות חסדים *beneficentia, beneficium, ultro et liberaliter praestitum.* Hoc consistit

vel in facultatibus vel in corpore. In facultatibus, ut in eleemosyna, in lytro gratuito captivorum, vestitu nudorum et similibus officiis, quae pecuniis et facultatibus praestantur. In corpore, ut visitatione et consolatione aegrotorum, conductione mortuorum ad sepulturam, frequentatione nuptiarum. Hinc in lege nec modus nec mensura est, ut dicitur in lib. talmudico פאה Peah c. 1. At beneficentiae pecuniariae a Rabbinis statutus est modus, ut nemo teneatur ultra חמישית מן הריוח quintam partem lucri suarum facultatum conferre. Si quis amplius faciat, tanto censetur beatior. Est autem גמילות חסדים tale officium et beneficium, pro quo nulla exspectatur retributio ab eo, cui exhibetur.

גַּמְלָא *camelus*, heb. גמל Gen. 24, 64. Pl. עשרה גַּמְלִין מִגַּמְלֵי רבוניה decem camelos de camelis domini sui, ibid. v. 10. Ap. Tos.: גמלא פרחא camelus volans, Macc. 5a. Gl., est species quaedam camelorum, qui cursu veloces sunt instar avium volantium. Notandae hic quaedam sententiae proverbiales. גמלא במדי אקבא רקדא camelus in Media in parvo cabo saltat, Jeb. 45a. Proverbium in eos, qui hyperbolica et incredibilia dicunt: D. Hier. adv. Helvidium: risimus in te proverbium, camelum vidimus saltitantem. Aliud: גמלא אזלא למיבעי קרני אודני דהוו ליה גזיין מניה camelus abiens quaesitum cornua aures quas habebat, abscindebant ipsi, Sanh. 106a. Jelammedenu f. 83b. Usurpant de Bileamo, qui mercede conductus, cum prophetaret adversus populum dei, amisit donum prophetiae, quo praeditus erat: Aliud: לפום גמלא שיחנא pro camelo sarcina, Sot. 13b. Ketub. 67a. Br. s. 19 ab initio. Vide Adag. Drusii Decur. 5. נפישי גמלי סבי דטעוני משכא דהתני multi cameli senes portant pelles juniorum, sc. ad forum, ut vendantur, Sanh. f. 52a. Die Alten begraben oft ihre Jungen.

גַּמְלָא, גַּמְלָן *magnum*, *crassum*: אפונים הגמלנים pisa crassa, Kil. c. 3, ubi gl. בלשון ארמית אומר לכל דבר גדול גמלאה in lingua aramaea res quaecunque magna גמלאה dicitur. שומשמנא גמלא formica magna, Sab. 66b. Fem. חיפושתא גמלניתא scarabaeus magnus, As. 28b.

גַּמָּל *camelarius*, *qui custodit vel ducit camelos*. Vide in חמר.

גַּמְלָא *pons*, *ponticulus ex uno assere factus*. Scribunt post ג cum י, unde per Chirek efferendum Mk. 6b. Vide מצרא: In Sab. 100b. אגורא דגמלא super asserem pontis.

גַּמָּל *pontifex*: הַגַּמָּלִים והספנים pontifices et navicularii, i. e. pontium et navium factores et magistri, מ"ק f. 11b.

גַּמְלָא *par*, *jugum boum*: גמלא דתורא jugum boum. Mk. 11b. Est et גמלא *nomen urbis*.

גמם גָּמַם *incidere*, *succidere*, *amputare*[67]. אם רצה גּוֹמֵם si vult, succidit eam, Kil. c. 2. Imperat. גום succide. Infin. דאיגום איגומי cum succidendo succisa est, Chol. 44a. עד שיגום את האוכל donec abscindat cibum, Terum c. 9. Niphal אילן שֶׁנִּגְמַם arbor. quae succisa est: Schev. c. 1. הדרוטון החיצונות שנפגמו ושנגממו gingivae exteriores, quae ruptae sunt et incisae, Bech. 35a. הגיע זמנה של ושתי ליגמם advenit tempus Vasthi, ut exscindatur, Medr. Esth. c. 1, v. 9. Pihel הכרם בשעה שאינו עושה פירא מה בעליו עושין לו מגממין אותו vinea quando non fert fructus, quid domini ejus faciunt ipsi? succidunt ipsam, Br. s. 38.

גְּמָמִיּוֹת *fossae*, *foveae*, idem quod גומות, Chag. 10a.

גמגם גִּמְגֵּם *balbutire*, *sibilare*, *haesitare lingua*: מגמגם בלשונו balbutiens lingua sua, שאם ישאלך אדם לא תצטרך לגמגם אלא שתוכל לומר מיד ut si interrogaverit te quispiam, non necesse sit te haesitare. sed possis respondere subito, R. Sal.

מְגַמְגֵּם *balbus*.

גִּמְגּוּם *balbuties*. בלא גמגום sine balbutie.

אִתְגַּמְגֵּם *insistere*: *disceptare*: *versari*. Guido ex Zohare.

גַּמְגִּימָא *nomen spiritus impuri*: Idem.

גַּמְמְטִיּוֹת *instrumenta dotalia*, *literae dotis et conjugii*. Sic legitur in Jalkut, in parascha Bereschit f. 12b. In Ar. scribitur גומסיות, monetque esse graecum. Erit ergo a γαμέω vel γαμίζω, γάμος, quo alia vox גמיסקון alludit.

גמן גִּימּוֹן *jugum vitulinum*[68] Sab. 4b. Parvum jugum est, quod capiti vitulorum imponitur, ut mature assuescant demittere caput et majori jugo, ubi adulti fuerint, submittere. In Ar. etiam exponitur de *ligno, quod ori vituli alligatur, ablactandi ejus causa, ne lac possit amplius sugere.* Cum hoc jugo vitulum die Sabbathi exire vetitum fuit. R. Sal. deducit ab אגמון, juxta illud: „an incurvare, כאגמון ut juncum, caput suum?“ Jes. 58, 5.

גִּימוֹנִיּוֹת[69] *fila*, *vincula proprie juncea*. Vicinum est גומא et אגמון juncus: שהיו אוגדין את לולביהן בגימוניות של זהב qui fuerunt ligantes sportulas suas filis aureis; nempe in festo tabernaculorum, Succa f. 36, 2 et 37, 1.

גמם גְּמִיסְקוֹן, quod possit esse a γαμίσκω vel גמיקום, i. e. γαμικος, *nuptialis*: *instrumentum dotale*, *literae dotis*. In Jalkut f. 58, 3 scribitur, כתב לה גמיקון

[67]) *Velociter* scil. *propereque*. Ita quidem notio volvendi atque glomerandi, quae radici גמם, arab. جم, inest ad omnia, quae cum velocitate festinationeque peraguntur, translata est. Habes nempe: גממית, ar. جم de fossa aquis abundante, in quam, sc. si exhaustae sunt, celeriter aquae influunt, item גמגם, arab. جمجم pro balbutire, verba quidem si tam celeriter inter se volvuntur, ut vix enumerari indeque intelligi possint.

[68]) Ita et Hesych. vocem κημός per εἶδος χαλινοῦ explicat. Nec et altera explicatio, quam autor Ar. habet apud Scholiastes deest. Vocem nempe per *fiscilla* explicant, quae imposito in eam hordeo, avena foenove equis et mulis circumponitur, ne in itinere quaerendi pabuli gratia tardentur.

[69]) جمان cingulum ex corio contextum diversi generis bullis sphaerulisve vitreis aut similibus ornatum rebus.

scripsit illi instrumentum dotale, literas conjugii, gl. גמיקון בלשון יון מהר.

גוּמְסִיוֹת *idem:* כתבו גומסיות לזכר ולנקבה scripserunt literas conjugii masculo et feminae, Vr. s. 23.

גמע גְּמַע [70] *absorbere, exsorbere,* ex significatione verbi hebr. הגמיאני sorbendum da mihi, Gen. 24, 17. Aleph et Ajin commutatis: אפרוחיהי גמען דמא pulli ejus absorbent sanguinem, Job. 39, v. 30 al. 33. Ti. החושש בשניו לא יגמע בהן את החומץ qui laborat dolore dentium, non sorbebit illis acetum, Sab. c. 14 in Misna. B. Ar. legit ינמא.

גְּמִיעָה *absorbitio.*

גמץ גְּמַץ *fodere, effodere:* שוח חפר וגמציה foveam fodit et effodit eam, Ps. 7, 16.

גוּמְצָא *fovea, fossa:* Eccl. 10, 8, ubi in hebr. גומץ [71]. In Regiis corrupte כוּמְצָא. Veneta habent שוחא, quod etiam foveam significat: גֻּמְצָא עמיקתא fovea profunda, Prov. 22, 14. Veneta גוּמְאצָא, sed adjectis vocalibus, א in medio redundat. V. et supra in גיץ.

גמיקון, גמיקום גמק vide supra in גמם.

גמר גְּמַר [72] primo, *perficere, absolvere, consummare, consumere: consummari, absolvi, finiri, deficere: absolute statuere, concludere:* Praet. וּגְמַרְתִּנּוּן et consumpsit eos, Job. 1, 16. מטול דְגְמִירוּ טביא propterea quod defecerunt boni, Ps. 12, 2. Part. עַד דְגָמְרִין donec decernant, concludant, Cant. 5, v. 12. ארי גְמִירָא הוא quod conclusum esset, I S. 20, 33. Fut. דְיִגְמַר ut perficeret, Ps. 57, 3. ושבטא דחרינה נִגְמוֹר et virga aestus irae ejus consumetur, Prov. 22, 8 ex forma syriaca cum נ loco י. Sic, וסכויך לא נִגְמַר et exspectatio tua non consumetur, Prov. 24, 14. ותגמר גדיש et consumptus fuerit acervus, Ex. 22, 5. Jon. ותגמרין et absolves, perficies, hoc est, perfecte exhauries, Ez. 23, 34. Pahel וְגַמַּר יתהון et consumpsit eos, hebr. ויחרם, Num. 21, 3. ומותרהון גַמְּרַת אשתא et reliquum ipsorum consumpsit ignis, hebr. אכלה Job. 22, 20. וְגַמְּרוּ דְגַמְּרֵיהּ זחיל quod consumpsit tinea, Job. 13, 28. יתה et consumpserunt eam, hebr. ויחרימו, Jud. 1, 17. Sic יתה גמירו I Sam. 15, v. 9. Infin. לְגַמָּרוּתְהוֹן anathemati devovere, consumere eos, I S. 15, 9. גַמָּרָא תְּגַמְּרִנּוּן consumendo consumes eos, Deut. 20, 17. Fut. וַאֲגַמַּר יח קרויהון et consumam civitates ipsorum, hebr. והחרמתי, Num. 21, 2. ושארהון יגמר et reliquum ipsorum absumet, Zach. 11, 16. יְגַמְּרִנּוּן יי consumet eos dominus, Ps. 94, 23. יגמרון בטבא יומיהון consument in bono dies, Job. 21, 13. ושארהון יגמרון et reliquias eorum consument, Zach. 9, 15. Ithp. Praet. אִתְגַּמְּרִית consumor, absumor, Ps. 109, 23. ארום לא אתגמרת quia non consumptus sum, Job. 23, 17. Part. ובגין כן כולי עלמא מִתְגַּמְּרִין et propterea totus mundus consumuntur, Eccl. 10, 12. Ap. Ros. *in materia matrimoniali:* גמר הביאה absolvere, plene, perfecte exercere venerem: הסכנים כל האבר הוא הנקרא גומר scribit Maim. in הלכות אסורי ביאה c. 1 בעל נפש לא יגמור ביאתו vir sanctus non perfecte exercet coitum suum. De fructibus usurpatum, est *maturescere,* ut: Est in arbore fructus, שיגמר היום qui maturescit hodie et est מה שיגמר, quod maturescit post aliquot dies.

Secundo in Ithp. est *suffumigari.* Part. מִתְגַּמְּרִין suffumigantur, Ps. 45, 9. מתגמרא מן קטרת בוסמין suffumigata ex suffitu aromatum, Cant. c. 3, 6.

Tertio, *discere, docere:* גמר כדון מפומיה אוריתא disce nunc ex ore ejus legem, Job. 22, v. 22. ותגמרנון לבנך et docebis ea filios tuos, Deut. 6, 7. in Jon. In hoc usu frequens est ap. Tos.: גמרינן discimus: גְּמִירְי edoctus sum ego, sc. per cabalam. Id dicunt alias etiam מקובלני ita accepi: ולגמר מנה discendum est inde: תא אגמרך מילי דעלמא veni, docebo te sermones mundi, i. e. vulgata proverbia, Pes. 113a. שכח מה שגמר מרבו oblitus est ejus, quod didicerat a preceptore suo. אגמריה לי doce me illud; ex Aphel: מִגְמַר בעתיקתא קשי מחדתא discere antiquum difficilius est quam novum, Joma 29a. Antiquum, i. e. a quo percepto quis destitit, quod per oblivionem transmisit. Nova oblectant et facilius capiuntur. Diligentia ergo in studiis continuanda, non intermittenda est: דלא גמירי מחד רבא לא נתקיימה תורה בידם qui non discunt ab uno praeceptore, in illorum manibus lex non est stabilis, Erubhin cap. 5. Hinc dixit R. Sira דרך לעג per jocum: יוסף בר חייא מכוליה עלמא גמיר Joseph bar Chaija a toto mundo discit, in Cholin cap. 1.

גָּמוּר *absolutum, perfectum:* סוד גמור secretum absolutissimum: צדיק גמור justus absolutus, i. e. שהיה רחוק מעבירה כל ימיו qui longe remotus fuit a transgressione omnibus diebus suis, ut scribit R. Sal. in Sanh. 99a.

גְּמִירָא, גְּמִיר *idem:* item, *totum, integrum: totaliter, universaliter, penitus, absolute:* item *holocaustum, sacrificium integrum comburendum:* Sic ponitur in Tg. pro hebr. כליל: ut גמיר תחסק totum cremabitur, Lev. 6, 22. וטעותא גמירא יסופן et idola penitus consumentur, Jes. 2, 18. גמיר הוא יקרי perfecta erat gloria mea, Ez. 16, 14. וגמיר לרעוא et holocaustum ad voluntatem, i. e. voluntarium, Deut. 33, 10. גמירא תגמר יתהון penitus consumes eos, Deut. 7, 2. Item גמירא, גמיר substantive, *consummatio, perfectio, absolutio: consumptio, perditio:* hebr. כלה: ut גמירא ושיצאה consumptionem et perditionem, Jes. 10, 23. Sic Jes. 28, 22. Tzeph. 1, 18. אעביד עמכון גמירא faciam vobiscum consummationem, Jer. 5, 18. גמירא את עביד consummationem tu facis, Ez. 11, v. 13. אעבד עמהון גמירא faciam cum ipsis consummationem, Gen. 18, 21. ואנטרנה עד גמירא et custodiam eam usque ad perfectionem, Ps. 119, 33. לבישי גמיר induti perfectione, i. e. perfectissime splendidis vestibus, Ez. 23, 6. Aut גְּמִיר est *hyacinthinum,* sic dictum a flammae aut prunarum candore. Nam in hebr. est תכלת, quod hyacinthum significat. Sic postea גְּמַר dicitur de *carbunculo.*

---

[70]) Vide supra in גמם.

[71]) Vocem ad ar. غمص *depressior fuit terra* vertit Schultensius in Cl. Dial. p. 199. Syr. est ܓܘܡܨܐ.

[72]) Arab. جمر, cujus origo teste Willmetio in *secandò* vel *praesecando.*

גּוּמְרָא [73] *pruna, carbo:* גומרא דאשא pruna ignis, Ex. 27, 5 in Jon. Pl. גּוּמְרִין דאשא prunae ignis, Lev. 22, 16. Sic Gen. 3, 24 in TgH. גומרין דנור idem, Ps. 18, v. 9 vel גּוּמְרֵי דנורא, Prov. 25, 22.

גומרתא *morbi cujusdam ardentis species*, TH. As. c. 2.

גְּמַר *carbunculus*, a luce prunarum sic dictus: לאבני גמר lapidibus prunae, Jes, 54, 12 hebr. אקדח, quomodo etiam carbunculus a luce carbonum sic dicitur: Item *perfectio*, לבושי גמר indutos perfectione, i. e. perfectissime, absolutissime, hebr. מכלול eodem sensu, Ez. 23, 12. בגמר מיני כל חשבחתא cum perfectione omnis generis rerum laudatissimarum, Ez. 27, 24.

גְּמָרָא *studium, doctrina, quae discitur:* unde *proverbium vulgare:* גמרא גמור זמורתא תהא Bez. 24a et Sab: 106b. Verto: doctrina absoluta et perfecta canticum est, h. e. famam longe lateque spargit.

גְּמָרָא *Gemara.* Sic vocatur altera pars juris talmudici, quasi dicas *supplementum*, *complementum*. Prima pars dicitur Mischnah משנה, et brevibus thesibus continet universum jus Hebraeorum, tam canonicum, quam civile. Gemara continet latiorem explicationem et decisiones Rabbinorum super Mischnajoth: לשון גמרא lingua Gemarae, vocabulum Gemarae, i. e. talmudicum, in Talmud usitatum.

[105]) „Proprie strinxit, destrinxit, et quidem vehementius *avulsit, detraxit:* ut folia de ramis aut velut decorticando rem". Verba sunt Willmetii ad rad. جرد, qua significatione primativa data quae sequuntur nomina etymologice explicari possunt. Vocem e linguis aramaeis in sermonem graecum traductam esse ipsa multiplicatio ...ificationum, quae huic radici in sermone chald. est, testatur, et superest, quod ars texendi, ut complures aliae Alii ab oriente in Graeciam adlata est simulque cum arte nomen artis migratum esse suspicandum.

גַּרְדִּינֵי נִימוּסִין *nomophylaces, custodes legum,* Guido ex Zohar c. 440. כמה גרדיני טהירין אודמנו לחברא רישיה legitur in Zohar f. 139, c. 3.

גַּרְדִּית *radius textorius:* מגרדית מחי prae radio textorius, Job. 7, 6.

גַּרְדָּן *scabiosus.* Hinc legitur, הוו לה בני גירדני erunt ei liberi scabiosi, Kethub. 60b. Glossa non explicat. B. Ar. in גרגרן legit גרגרני gulosi, voraces.

גַּרְדָּא *ruminatio.* Mendose legitur sic in Targ. hieros. Deut. 18, 6 pro גררא.

גִּירְדָּא, גּוּרְדָּא, גַּרְדָּא *cortex:* אגירדא דדיקלא ad corticem palmae, Pes. 111b. Lectio alia אגירדא ad succisionem, i. e. succidi caeptam, ut periculum sit de casu. Vide locum. גירדא דאגוזא cortex nucis arboris, Ketub. 77b. גורדא דאסנא cortex rubi, As. 28a.

גרדון[107] *ramus, palmes:* תלאן בגרדון suspendit eos in ramo arboris, MK. c. 3, v. 16, gl. זמורה של אילן.

גִּירְדָּא, גְּרִידָה, גְּרוּדָה *ramentum, scalptura.* גירדא דיבלא ramentum radicis יבלא, vel cortex, ex significatione praeced. As. 28a. Qui facit vasa מן הגרודות ex ramentis, scalpturis, Kel. c. 13.

גָּרִיד *siccum, siccus:* במקום הגריד in loco sicco, Pes. 55a. שדה גריד ager siccus: יבשה הארץ ונעשה גריד exsiccata est terra et facta siccum, in historia diluvii ap. Ros.: עת הגריד היה שהארץ חלולה ומנוקבת ככברה tempus siccum erat et terra hians ac perforata instar cribri, Aben Esra Gen. 48, 7. והיו אוכלין חרובין של גרודא et comedebant siliquas siccas, Br. s. 79. Sic Ar. Sed in Jalk. f. 40 scribitur in gl. marginali, esse hic nomen loci. חרוש עמי בגריד arato mecum in sicco, i. e. tempore siccitatis, Bm. 75b.

גְּרִידָא, גרידי *duntaxat, solummodo:* בשמא גרידא nomine duntaxat, simpliciter, h. e. nudo, sine titulo[108], quomodo loquitur autor Ar. in voce אביי. Reperitur frequenter in Halichoth olam, ut f. 7b. הני בתר נשים וקטנים גרידי illi post mulieres et parvulos duntaxat: הני בתר נפשייהו גרידי hi post animos suos duntaxat iverunt, Sanh. 112a.

גְּרִידָא *rasio:* גרידא דיבלא rasio, abrasio, ramentum radicis Jafla, As. 28a. Item *corbis, canistrum.* Usurpatur in adagio, quod legitur in Sota 10a. קמי דשתי חמרא חמרא קמי רפוקא גרידיא דובלא coram bibentibus vinum, vinum (ponitur:) coram fossore (agricola, hortulano) corbis olerum. Ut homo, ita ejus educatio. Delicate enutritis deliciae placent: olitores olera amant: asinus carduis vescitur: equus generosus foeno optimo. Ut labra, ita lactuca conveniens danda. In gl. pro דובלא legitur דִּיבְלֵי, quod rectius videtur. Nam יבלא est nomen herbae vel oleris certi. Et sic quoque legitur in Bem. rab. s. 8. Item in gl. R. Sal. in As. 29, 1, ad explicationem vocis יבלא: ubi et pro גרידא legitur גריוא, quod etiam melius videtur. Nam ita quoque scribitur in Beth Jacob f. 40 et explicatur in glossa סל מלא ירק.

גַּרְדִּין *peniculamenta, segmenta,* Germ. Fransen, *fila extrema longa telae.* Hebraei scribunt גִּירְדִּין, unde vel גַּרְדִּין vel גֻּרְדִּין pronuntiandum, non גַּרְדִּין, ut alii notant. Legitur in Suc. 9a. כרוכו לי מניה גרדי componite mihi inde fila et resarciam illud, Ber. 8b. In Tg. ולא מן גַּרְדַיָּא et non ex peniculamentis, Num. 15, 38. in Jon.

מְגָרֵד *pecten, strigilis:* מגרדת של עץ pecten ligneus.

מְגֶרֶדֶת *idem:* מגרדת של ברזל strigilis ferrea.

מְגָרְדוֹת *scalpra:* In Kel. c. 12 sumitur pro *pumice balneatorum, quo radunt et defricant pedes,* ein Reibstein. Sed olim habuerunt massas ferreas aut aeneas asperas.

גורדלי *gordelinum:* unde: ביין גורדלי או ביין חרדלי vinum gordelinum (quod album) aut vinum chardelinum (quod nigrum) Sab. 62b in fine. Leguntur eadem verba in Br. s. 98, quem locum citat Guido, et explicat pessime, *lupanaria,* putans legendum בורדלין. Locum talmudicum integrum vide in שחץ.

גַּרְדּוֹם *tribunal judiciale, in quo criminalia tantum aguntur, locus elevatus, ad quem per gradus*[109] *ascenditur, ut fuit tribunal Salomonis.* Hinc legitur apud Tos.: homo aegrotus ad moriendum, i. e. lethaliter, videatur sibi in oculis, כמי שהעלוהו לגרדום לדון similis illi, quem ascendere faciunt ad tribunal, ut condemnetur: quicunque ascendit ad tribunal judicii, ut judicetur, si sint ipsi advocati magni, liberari potest, sin minus, non liberatur. Advocati autem sunt poenitentia et opera bona etc. Sab. 32a, gl.: In loco גרדום non judicant, nisi ad necem et ob delicta gravissima, unde gravissimis quoque advocatis ibi opus. Autor Ar. *gradus* exponit *deferentes ad summum tribunal:* אין בונין עמהם גרדום non aedificant cum iis tribunal judiciale, As. 16a in Misna.

גרדון *idem.* Medr. Kohel. c. 3, 17.

גְּרַדַם *frangere, rumpere:* Ithp. praet. מסיית היך עמר דאתגרדים נשמיה liquescit, ut tinea, cujus ruptum est corpus, Ps. 39, 12 in Venetis. Ap. Tos. דאי איגרדם תכלת quod si ruptum est hyacinthinum: ואי איגרדם לבן si ruptum est album, in Menach. 38a. Perperam in aliis notatur cum Samech in fine.

גְּרְדּוֹם *fragmentum, frustum residuum:* Pl. אשתייר

---

106) Metaphorice pro *legislatoribus,* qui leges sc. (נמס νόμος) texunt

107) Arab. جريد ramus palmae (siccus) foliis nudatus. Vide Willmetii lex. ar. p. 133.

108) Hoc sensu quidem et Arabibus جريدة *omnibus bonis suis spoliatum* denotat.

109) Buxtorfius voce gradus explicandi tantum causa, minime vero, ut nonnulli putant, derivandi causa utitur, quasi dicere vellet, vocem גרדום derivatam s. formatam esse a lat. gradu. Aramaeae enim hoc nomen est originis, cui notio inest *stringendi* et *constringendi,* ipseque vir doctissimus adjutus citato loco talmudico e tract. As. „in quo criminalia tantum aguntur" dicit.

מניהו גרדומין reliqua sunt ex iis frusta, i. e. partes mutilae quantae quantae sint: גירדומי תכלת כשירין frusta hyacinthia recta sunt: גרדומי אזוב כשירין frusta hyssopi legitima sunt in Menach. 39 et 38. גרדומי דדהב vide supra in גרם[110].

גּוֹרְדְיָינִי, גּוֹרְדִיוֹן, גַּרְדִּיוֹן gordianus sc. nummus, a Caesare gordiano sic denominatus. In Vr. s. 7. כעובי דינר גרדיון היה בו crassitudinis denarii gordiani fuit. In Bem. rab. 247. Candelabrum sanctuarii superavit candelabrum Mosis משקל של דינר גורדייני pondere denarii gordijani. Et mox, דיקלטיינוס היה לו משקל דינר גורדייני Diocletianus habuit auri ductilis pondus denarii gordiani. In Jalk. f. 101b scribitur במשקל דינר זהב גורדיקני pondere denarii aurei gordiakani. In TH. Joma 41d. גורדינן. Hebraei putant esse monetam a loco sic dictam: Ego puto a persona, cujus imaginem referebat. Sic alibi, נירונית neroniana, טריינא trajana, הדריינא hadriana etc.

גִּירְדוֹנָא *mulus:* רכיב גירדונא זוטרא insidebat mulo parvo, Ned. 41a. Alia lectio גונדיתא, alia גינדרתא. Vide supra in גרד.

גּוּרְדְנָא *lignum,* קיסטפא דגורדנא frustum ligni, Zohar col. 446.

גַּרְדְּסָן Sic legitur in Venetis Judic. 16, 14 corrupte pro גרדאין.

גַּרְדִּיקֵי Adducit Elias ex TgH. pro hebr. גרר. *Gerar*, quod est nomen urbis, Gen. 26, 1. Sed ibi in nostris exemplaribus non habetur. Legitur autem in Br. s. 64, mox ab initio.

גְּרֵי גרה Pahel[111] *incitare, concitare, commovere aliquem in* vel *adversus alium.* Sic saepe in Tg. respondet verbis הפיח, כלה et שלח cum praep. ב constructis, quo postremo modo mittere, immitere explicatur. Praet. וְגָרֵי יי בעמא יח חיון קלן et concitavit dominus in populum serpentes ignitos, Num. 21, 6. וגרי יח דוד בהון et incitavit Davidem in eos, hebr. ויסת II S. 24, 1. וְגָרֵיתָ טימרי ביה et incitasti verbum meum in eum, Job. 2, 3. פילו באשתא דְגָרֵיתוּן cadite in ignem, quem concitastis, Jes. 50, 11. Part. מְגָרֵי תגרי excitat lites, Prov. 17, 14. Sic. c. 15, 18. מגרי יתך בנא incitat te contra nos, hebr. מסית, Jer. 43, 3. Infin. בְּגָרָיוּתִי יח מחח כפנא cum immisero plagam famis, Ez. 44, 6. Fut. וַאֲגָרֵי בכון יח חיח ברא et concitabo in vos bestiam agri, hebr. והשלחתי et immittam, Lev. 26, 22. Sic ibidem v. 25. מכחשי אֲגָרֵי בהון plagas meas immittam in eos, hebr. אכלה consummabo, i. e. omnes in universum immittam in eos, Deut. 32, 23. אֲגָרֵי מצרָאי במצראי concitabo Aegyptios contra Aegyptios, hebr. סכסכתי commiscebo, committam, Jes. 19, 2. די יגרנון יי בך quos excitavit dominus contra te, Deut. 28, 48. Ithpehal et Ithpahel אִתְגְּרִי ישראל concitavit Israelem, I S. 13, 4. ארי אתגריתא באבוך quod concitatus sis contra patrem tuum, II S. 16, v. 21. אם מן קדם יי אתגריח בי si a domino es incitatus contra me, I S. 26, 19. בעמא דיי אתגריח contra populum domini concitasti te, Jer. 50, 24. ארי אתגריאו בדוד quod concitati sint contra Davidem, II S 10, 6. אתגרינא דין על דין concitamur alter adversus alterum, Jes. 50, 11. Part. ולמא את מִתְגָּרֵי בנפשי et quorsum tu concitatus es contra me ad occidendum me, I S. 28, 9. מלכותא מִתְגַּרְיָא בנכסיהון דבני נשא regnum concitatur in facultates hominum, Ex. 20, 17 in Tg. Jon. Pl. מִתְגַּרְיָן בהון concitant se in eos, Prov. 28, v. 4. Infin. אִתְגְּרָאָה אתגרי concitando concitatus est, I S. 27, 11. Sic legendum Num. 31, 8 in Jon. אִתְגְּרָאָה, pro אִתְגְּרַתָא. Fut. וְתִתְגָּרֵי et concitabis te, Deut. 2, 24. Vide et תגר.

Ap. Tos. שגירה דובים בתינוקות quod incitavit ursos in pueros, Sanh. 107b de Elisaeo. Infin. talmudicus לְאִיגְּרוּיֵי ביה ut concitetur eo, Suc. 38a. דלמא אתי איגרויי ביה שטן fortassis venit, ut concitetur in eum Satan, Erub. 26a.

Secundo est *jaculari, ejaculari, jaculis* vel *sagittis petere aut conficere:* לְגָרָאָה במטרא דלא מום תכיף יגרון לה ejaculando occulte in (eum, in quo) nulla est macula: repente ejaculabuntur in eum, Ps. 64, 5. Sic apud Tos. דלמא גרויי גרי בהו ולא נגע בהו fortasse quod jaculando jaculatus est in eos, non quod percusserit eos in Nazir 4b. Haec significatio a גרד mutuata est.

גֵּרָה *pars animalis, guttur* sive *fistula cum hepate et corde,* Jom. 25 in Misna et in Gem., etsi in Misna legatur גרה per Daleth, corrupte.

גְּרִיוָא גרו *mensurae magnae genus, ad arida metienda, modius: corbis, canistrum:* apud Tos.: טחין חד גריוא קשייתא mole mensuram nucleorum dactyli, Sanh. 96a. לא תבדיחן ויהיבנא לך מ׳ גריוי חיטי ne facias me hilarem et dabo tibi quadraginta modios frumenti: כל גריוא דבעינא שקילנא quamcunque mensuram volo, accipio, Ned. 51a, i. e. כל מדה omnem mensuram: ליכיל לי מר ארבעין גריוי ut mensuret mihi dominus quadraginta mensuras, Ibid. נשלי לי גריוא coque mihi mensuram plenam, Ned. 9 in fine. Vide et supra in גרד, in גרידא.

גְּרִיזְמִתָא, גְּרִזְמִיתָא גרז *lupinum, genus leguminis, quod cum variis aliis speciebus praeparabatur et ad mensam secundam apponebatur.* In Vr. s. 9. הדא גרזמיתא אינה באה אלא באחרונה למה שיש בה מינים הרבה hoc lupinum non venit, nisi in fine (mensae, mensa secunda) eo quod sint in eo species multae. Glossa ex Ar. notat: *est cibus, qui venit postremo, quem vocant* לופינא *lupina.* Legitur in eodem libro et alibi. In TH. in Ber. 10c. Quando adest principale aliquid et cum eo aliquid accidentarium, tum benedicit super principale et relinquit minus principale: הדא גרזמתא hoc est lupinum vel hoc sunt bellaria. Glossa et hic autoris Ar. explicationem adducit, quod significet species ciborum varias, quae post sumptum cibum comeduntur. Guido explicat *pirides, scutellas, quibus dulciaria, confecturae et simi-*

---

110) Cf. et ea, quae scripturi sumus ad vocem גרדמא.

111) Convenit syr. ܓܪܐ, cujus usus in Pa. tantum pro *currere fecit* et *concitavit.* Arab. est جرى.

les deliciae ad mensam secundam apponuntur. In ME. in praef. legitur 51, 3. אמר הק"בה הלואי חשו אותי בני כגריסי הוו שהיא בא באחרונה dixit deus benedictus, utinam fecissent me filii mei aequalem lupino isti, qui venit postremo in mensam, in mensa scil. secunda, pro bellariis. In Midr. Esth. c. 1, v. 9. legitur כרסין per Kaph: לא עשאוני בני ככרסין הזה שבא באחרונה. Et in T. Beza 25, in simili loquutione pro hac voce adhibetur תורמוס lupinus: אפילו כתורמוס הזה ששולקין אותו שבע פעמים דאוכלין אותו בקינוח סעודה : לא עשאוני בני unde videntur esse synonima. In Ar. parvo explicatur vernacule קוציאו, quod non intelligo. In Ar. MS. dicitur esse מין דג *species piscis* [112].

גורזקי *cavea, quibus ferae includuntur, ut de cavea leonis* in Sab. 106b dicitur: Venans leonem in die sabbathi non est reus, nisi עד שיכניסהו לגורזקי שלו donec eum introduxerit in caveam suam. B. Ar. legit גריגזר.

גרוטים ,גרוטאות ,גרוטאות γρυτάρια, *scruta*, παλαιώματα, *veteramenta, detrita, fracta, mutila, ut aeris, ferri, ac aliarum rerum.* [113] In Sab. 123a. זורקה לבין הגרוטאות projecit eam (sc. acum fractam) inter scruta: שוקא דהגרוטאות forum scrutarium, der Grümpelmarkt: הלוקח גרוטאות מן הגוים ומצא בהן ע"ז qui accipit scruta aeris aut argenti a Christiano et invenit inter ea idolum aliquod, As. 71b. מן משברי כלים מן הגרוטים vasa ex fragmentis aliorum vasorum, vel ex scrutis, Kel. c. 13.

גרם גרם [114] *in causa esse, causam et occassionem dare* vel *praebere, ut aliquid sit, fiat, vel eveniat:* Praet. גרם שטותא להון causa fuit stultitiae ipsorum, Ps. 49, 14. את גרמתא לנא ית כל בישתא הדא tu causasti nobis omne malum hoc, Esth. 6, 1 in Ven. ארי אנא גרמית ego in causa fui, 1 S. 22, 22. גרמו דתיתי להון בישתא quia ipsi in causa fuerunt, ut eveneri ipsis malum, Jes. 3, 9. חוביכון גרמו לכון peccata vestra causam praebuerunt vobis, Hos. 3, 3. Sic Jer. 5, 25. אנון גרמו illi in causa fuerunt, Cant. 1, 6. כל דין גרמו ליה חובוהי omnia haec causantur ipsi peccata ejus, Eccl. 6, 2. וגרמו et causam praebuerunt Eccl. 7, 30. אתון גרמתון ית כל בישתא הדא vos causastis omne malum hoc, 1 S. 12, 20. אתון גרמתון דמית עמא דיי vos in causa estis, quod mortuus sit populus domini, Num. 17, 9. Part. למא את גרם מותא לנפשך forte causaris mortem tibi ipsi, Eccl. 7, 18. Infin. למגרם דין גהנם ad causandum judicium Gehennae, Eccl. 5, 5. Futur. דלמא יגרום ליה חובא ne causetur ipsi peccatum quodpiam, ut occidatur in bello, Deut. 20, 5 in Jon. Ap. Ros. הוא גרם לו כל הכבוד הזה ipse occasio fuit ei omnis hujus gloriae: יגרום לעצמו הכשלון causabitur sibi ipsi ruinam, Kabhvenaki Prov. 10, 10. מאי גרמא ליה quid permovit ipsum ad illud? quam causam habuit ejus rei? מצות שהזמן גרמא נשים פטורות מהן praecepta affirmativa sive factiva, quorum causa a tempore dependet, mulieres liberae sunt ab eis, Ber. 20b.

Secundo *conterere, atterere, comminuere: rodere, arrodere:* Infin. לגרמא ית בסרי ad comminuendum carnem meum, Ps. 27, 2. Sic et hebr. sumitur, Num. 24, 8, Ez. 23, 34. In Regiis, לגמרא ad consummandum, consumendum. Ap. Tos. ארמגרמיתו גרמי כי אביי חו כולו בישרא בי רבא dum roditis vos ossa in domo Abhaj, ite comedite carnem in domo Rabba, Bb. 22a, h. e. discitis in domo Abhaj sine fructu et satietate, venite et discite הלכות צהובות ומרווחות doctrinas illustres et utiles in domo Rabba, ut in gl. marginali explicatur. B. Ar. adducit hoc exemplum in גרם, et legit עד דמגרמיתו.

Tertio, *roborari, fortificari:* וברחמתא תגרם חדירא et in amore ejus roborabis te jugiter, Prov. 5, 19. Veneta תגרם, sed inconvenienter. Ex Aphel כד אוגרים ענני מלעיל cum roboraret nubes superiores, Prov. 8. v. 28, hebr. באמצו. Veneta habent Samech in fine, at גרם aliud significant. Interpres latinus, *condensabat.*

Quarto הגרים ap. Ros. et Tos. usurpatur *in ritibus mactationis, de certo quodam et illegitimo actu in mactando, qui rem mactatam facit illegitimam* [115]. V. infra in הגרמה.

גרם, גרמא primo est *os, ossis:* גרמא מגרמי os ex ossibus meis, Gen. 2, 23. גרמא דאנשא os hominis, Ez. 39, 15. מרדנא גרמא impinguat os, Prov. 15, 30. וגרמא לא תתברון ביה et os non frangetis in eo, Ex. 12, 45. או בגרמא דאנשא aut os hominis, Num. 19, v. 16. Cum aff. דבקת גרמי adhaesit os meum, Job. 19, 20. לא אתכסא גרמי non absconditum est os meum, Ps. 139, v. 15. וקריב לגרמיה et tange os ejus, Job. 2, 5. על גרמהון super ossibus ipsorum, Thr. 4, 7. Pl. לאפקא גרמיא ad educendum ossa e domo, Amos 6, 10. גרמיא יבשיא ossa arida, Ez. 37, 4. מליא גרמי אנשא plena ossibus hominis, ibid. v. 1. אסותא לגרמי sanitas ossibus, Prov. 16, 24. Cum aff. גרמי מתפקפקין ossa mea perforantur, Job. 30, v. 17. דאתבהילו גרמי quia perterrefacta sunt ossa mea, Ps. 6, 3. גרמנא ossa nostra, Ez. 37, 11. ודהנא לגרמיך et pinguedo ossibus tuis, Prov. 3, 8. ואבדר ית גרמיכון et dispergam ossa vestra, Ez. 6, v. 5. גרמיהון ossa eorum, Dan. 6, 23.

Secundo usurpatur etiam ut hebr. עצם pro *ipsemet* [116]: לגרמיה pro seipso, et לגרם אתתיה pro ipsamet uxore, Job. 1, 3. דעבדת גרמיך quod fecisti teipsam, Ruth. 3, 10. עבד גרמיה דמוך facit seipsum quasi dormiret, Esth. 6, 1. עבד צליבא לגרמיה fecit patibulum sibi ipsi, Esth. 1, 6 in Ven. et 5, 14. ארום

---

[112]) Γάρον, *garum* et ζῶμος, *liquor adjectis condimentis.* [113]) Item *limatura ferri, auri vel argenti,* Kel. c. 7.

[114]) Quasi *substantia alicujus casus.* Ceterum hoc vocabulum ad illa pertinet, quae rem atque contrarium (hinc significatio secunda) denotant. Vide supra p. 227, notam 65.

[115]) Vide in גרמה. [116]) Scilicet os *ossis, substantia rei.* Hinc metaphorice, ut est in גרם quarto, pro *causa* vel *occassione* sumitur, quasi substantia operis vel actionis.

חפים גרמה cum prophanaverit seipsam, Lev. 21, 9 in Tg. Jon. כד יסנעון גרמיהון cum cohibuerint seipsos, Gen. 27, 40 in TgH. הנון גרמיהון illi ipsemet, Ps. 62, 10. Sic ap. Tos. אספקלריא דלא נהרא לית לה מגרמא speculum, quod lucem non habet a seipso: סיהרא אוערת גרמא קדם שמשא בגין לנהרא לה luna minuebat seipsam coram sole, ut lucem praeberet ipsi. Citatur in praef. libri טעמי מצות ex Sohar: ר׳ תדאי מה עבר לגרמיה הוא דעבד R. Taddaeus quod fecit, pro seipso fecit, h. e. solus יחידי, propterea non deciditur sententia juxta ipsum, Sab. 38b. Sic in Taan. 14b.

Tertio גרם est *corpus, substantia:* גרמים השמימיים corpora coelestia. Occurrit saepe in R. Levi commentariis.

Quarto גרם, גְרַם, גַרְמָא, גֶרֶם *occasio, causa* [116]: דינא דגרמי lis sive actio datae occassionis, in Bk. 100a. Ut: Monetur vicinus de struenda sepe, ne damnum a bestiis in horto vel vinea fiat. Vicinus id negligit. Fit damnum a pecude. Convenit dominum pecudis. Hic defendit se בדינא דגרמי actione datae occasionis, quod sc. vicinus sepem non struens illati sibi damni ipsemet causa sit.

הַגְרָמָה unus ex quinque articulis, quos Judaei inter mactandum observant. Est autem *quando culter inter scindendum aberrat a mactationis vel scissionis linea:* ut cum gallinam mactaturus scissione colli, scissio sursum vel deorsum nimis aberrat, ut etiam propterea gallina vetita ad esum fiat. Illa *aberratio* dicitur הגרמה. V. Maim. par. 2 in הלכות שחיטה cap. 3, T. Chol. c. 1.

גִירוּם *auctarium ponderis, superpondium,* ἐπίμετρον: Pluraliter tantum reperi in Bb. 88. היה לו שוקל עין בעין נותן לו גירומין אחד לעשרה בלח ואחד לעשרים ביבש si ponderet ipsi oculo ad oculum (i. e. aequaliter, justo pondere, ut lanx non deprimatur,) dat ipsi superpondium, unum ad decem in humidis, et unum ad viginti in aridis.

גְרוּמָה In Ar. adducitur per ר [117] in medio, sed in Gem. legitur גדומה, de quo in גדם.

גַרְמִידָא [118] *cubitus, brachium:* גרמידא ארכה cubitus longitudo ejus, hebr. גֹמֶד, Jud. 3, 16. ואושיטת ית גרמידא et extendit brachium, Ex. 2, 5 in Tg. Jon. Ap. Tos.: כי רחמתין הוה עוזא אפותיא דספסירא שכיבן השתא דלא עוזא רחימתין פוריא בר שיתין גרמידי לא סגי לן: cum amor noster (mariti et uxoris) esset fortis, in latitudine ensis cubabamus: nunc cum non est fortis, lectus sex cubitorum latus non sufficit nobis, Sanh. 7a. Sententia proverbialis in concordiam maritalem, quae exiguo contenta, cum discordia ne magnis quidem spaciis contineri possit: לינשוף מדוכתה ארבעה גרמידי resilire debet de loco suo quatuor cubitos vel passus, Sanh. 94a. בני גרמידא filii cubiti, cubitalis mensurae, Bm. 64a.

גַרְמַמְיָא *Garmamia, provinciae aut regni nomen:* מדינת גרמסיא ex provincia Garmamjae, Ez. 27, 14. hebr. מבית תוגרמה. De Togarma vide Gen. 10, 3. In TgH. et Jon. Gen. 10, 2, legitur גַרְמַנְיָא Garmanja: גומר וכל משריתהא מדינת גרמסיא Gomer et omnes exercitus ejus, provincia Garmamjae etc., Ez. 38, 6. Ap. Tos. in Gen. 10, 2. גומר זה גרמסיא Gomer est Garmamja, Jom. 10a. Et alibi גרמסיא של ארום Garmamja Idumeae, Meg. 6b. ubi R. Sal. notat esse nomen regni ex Edom, i. e. regno Romano.

גרמני [119] *candidissimus*, h. e. לבן ביותר, in Neg. cap. 2. Glossator a גרמא *os*, deducit, quod proprie significet albedinem ossis sicci. בכל מקום גרמני מוכר כושי וכאן כושי מוכר גרמני ubique candidus vendit Aethiopem nigrum, hic autem Aethiops vendit candidum. Jalk. 44b.

גְרוּמְנֵי *fabri, fusores aeris ac ferri, qui magnas massas ponderis centenarii simul ponderant*, Bb. 89b. Sic explicatur in glossa. B. Ar. exponit *libras, bilances*, quibus ferrum et vitrum contusum ponderantur.

גַרְמַס [120] *species monetae parvae:* יתנו מחצית השקל דעביד שיתא גרמסים dabunt dimidium siclum, qui facit sex Garmasim, in Jelam. parascha כי תשא.

גַרְמַסְיוֹן Citat Aquinas ex Bam. rab. s. 12. et explicat illud כתיבה ושטר *scriptum instrumentum literarum et contractus.* Sed non reperi loco citato.

גרן גֹרֶן *horreum.* Rabbini כחצי גורן [121] sicut dimidia area. איזהו גרנן למעשרות quando horreatum, i. e. in horrea collectum, debet decimas? Maasr. c. 1.

---

[117]) Autorem B. Ar. Sachs in opusculo suo supra p. 9 commemorato recte intellexit dicens esse gr. γράμμα, *decempeda, qua agrimensores uti solent ad degrumandas vias.* Pergit autem idem et significationem *causare, in causa esse* huc referre, quasi diceres: conditio, quae in aliqua re momentum facit *majusque pondus dat*, h. e. causam et occasionem dat, qua etymologia absurda illam de voce גרומה vix laudatam multipliciter praeponderat. Verisimilius videretur, si huc videlicet ad gr. γράμμα vertere velis voces הגרים et הגרמא, quibus Talm. uti solent pro *mactare in lineam curvatam* seu *angulatam*, quoniam instrumenta metendi, ut est γράμμα, plerumque dirigendi *anguli* recti causa ad formam normali (Winkelbret) constructa sunt.

[118]) Idem quod גמד hebr. d. q. supra. Ita quidem permulta invenis vocabula, quibus liquidum ר inseritur, quod praecipue fieri solet, quum vocabulum ex altera orientali dialecto in alteram transfertur: ut heb. כסא *thronus*, syriace sonat כורסי; hebr. גוב *locusta*, chald. est גרדם; arab. צפרע *rana*, hebr. צפרדע et plura alia, quae vir doctissimus Bochartus in Phal. (p. 632) enumerat.

[119]) *Germanus, e stirpe humana caucasia* (kaukasische Menschenrace) *natus*, cui cutis est alba comparataque cum Aethiope (כושי äthiopische Menschenrace) candidissima, לבן ביותר ut habet interpres. Cf. an. nost. in גמד; nam idem error est, in quem interpretibus non satis intellectis vir illustris Buxtorfius ibi et illic incidit.

[120]) Γραμμάριον, *scrupulus*, qui quartadecima pars est unciae.

[121]) Vocem גרן ad gr. γυρὸν (acc. vocis γυρὸς) vertens autor libelli Hamaschbir חצי גרן per *semicirculum*, in

גָּרוֹן vide in radice גרר.

גַּרְנַק *ulcus corrodens*. Guido ex More par. 1, c. 72. Videtur esse vocabulum hispanicum. Nam ibi dicitur, מורסא vocari in lingua vernacula (interpretis sc. R. Aben Tybbon Hispani) גרנק. Forte est *cancer*.

גרם גְּרַם Primo *frangi*, *comminui*, ut hebraice: גְּרִים *fractum*, *comminutum*, *molitum*. Synecdochice, *faba fracta*, *faba fressa*, ut a Columella vocatur l. 2, c. 11. היה בו בהרת כגרים si in eo fuerit papula instar fabae fressae etc. והלך ממנה כחצי גרים et abscesserit ab ea quasi dimidia faba fressa, Maim. in hilch. טומאת צרעת c. 2. Sic גרים נגעים plaga instar fabae fressae, Kel. c. 17. מי גריסים aqua vel succus fabarum contusarum, Nid. c. 9 in Misna. Integre alias dicitur גרים של פולין *fractio*, *comminutio fabae*, i. e. *faba fracta*, *fressa*. Sic legitur in Br. s. 94, ad allud Gen. 45, 18. „Et dabo vobis את טוב bonum terrae Aegypti": את טוב bonum, זה גרים של פול שהן על עיקת נפש i. e. fabam fressam, quae prodest contra tristitiam vel moerorem animi; forte quia somnum inducit, et hominem ita paululum a curis liberum reddit, ut glossator hoc loco notat. Sic Plinius l. 18, c. 12, scribit; eam hebetare sensus et insomnia quoque facere. Pergit idem: Ob haec Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea. Qua de causa parentando utique assumitur. Varro et ob haec (quod sc. hebetet, et insomnia faciat) flaminem ea non vesci tradit. Festus quoque scribit: fabam nec tangere, nec nominare Diali flamini licet. Huic simile est, quod in veterum Hebraeorum monumentis legimus, sacerdoti magno vespera seu parasceve diei expiationum, praeter alios cibos, interdictum quoque fuisse esum fabarum fractarum seu fressarum; idque ideo etiam, quod sumnum inducat. In tractatu talmudico Jom. c. 1 in Misna: ערב יום הכיפורים לא היו מניחים אותו לאכול הרבה שהמאכל מביא את השינה h. e. vespera diei expiationum non sinebant eum (sc. sacerdotem summum) multum comedere: quia cibus somnum inducit. Ad hanc Mischnam legitur in Gemara TH.: Non sinebant eum comedere, neque lac, nec ova, nec vinum conditum, ולא גריסין של פול ושל עדשים neque denique fabas fressas, vel lentes. In Gemara Babylonica Joma 18a, idem reperitur.

גְּרוּסָה, גְּרוּסְיָא *idem*: Pl. גְּרוּסוֹת fabae fractae: ריחיים של גרוסות mola fabarum fressarum, in qua fabae leviter tantum fraguntur, Men. c. 6.

גרוסות qui fabas fressas vendunt vel faciunt, *molitores fabarum*, Mk. c. 2 in Misna.

Secundo גְּרַם *legere*, *discere*, *studere* [122]: גרסינן legimus, discimus. Hinc apud Eliam et in Regiis, וברחמותא תגרס תדירא et in amore ejus occupatus eris, studiose incumbes jugiter, Prov. 5, 19, quod nunc legitur per Mem in fine, ut supra in גרם adductum: לְמִגְרְסָא בהון ut studeant in eis, Deut. 11, 19 in Jon. Nota Prov. 18, v. 10 in Venetis legi נִגְרִים, quod pravum, pro נִתְּרִים.

גִּרְסָא, גֵּירְסָא [123] *lectio*, *doctrina*, *studium*, *explicatio*, Cant. 1, 2. גירסא דינקותא studium pueritiae: ואם לחת לב לגרסא si apponendus animus studiis, R. Sal. Eccl. 12, 12.

גִּירְסְנָא *occupatio*, *labor* i. e. עמל, יגיע: metonymice *opes*, *facultates*, *substantia labore parta*: היא אכלה לגירסנא דאמי ipsa devorabit loborem matris meae, i. e. haeres facultatum erit, in Jebam. 117a.

גְּרִיסָן. Legitur in Regiis Gen. 18, 6, sed prave pro גריצן, ut habent Veneta.

גרע גְּרַע *minuere*, *diminuere*, *detrahere*, *subtrahere*: *radere*, *abradere*: *minuere*, *detrahere sanguinem*, *secare venam*: וּגְרַעַת יַת שְׁבַע גדילת רישיה et abrasit septem cincinnos capitis ejus, Jud. 16, 19. Sic legit autor Ar. וּגְרַע יַת פלגות דקניהון et abrasit dimidium barbae ipsorum, II S. 10, 4. At in nostris exemplaribus legitur גְּרַע. Ap. Tos. גרעיתיה לארמאה ושפיר ליה אחלי ליה נורא בדקניה ולא שבעת חוכא מניה „ h. e. si ustulasti (capillos) Syro, et placuerit ei, injice ipsi ignem in barbam ejus, et non poteris saturari risu ab illo. Ut proverbiale adducitur in Sanh. 96a.

Deinde גרע *grana*, *botros producere*: הגפנים משיגרעו vites ex quo grana produxerint: gl. יעשו גרעינין בתוך הענבים ex quo produxerint grana in uvis, Schev. c. 4.

---

quo Synedrium magnum ad judicia sedebat, reddit. Quam etymologiam, etsi ab externo vocis sensu persuasa sit in sensumque unius loci talmudici aptissime quadrat, attamen pravam esse ex eo intelligendum, quod loco גרן, in Chol. quidem 5a in Midr. Cant. (vide supra p. 25 notam 56) אדר legitur, unde liquet גרן idem esse atque אדר, quod ex usu arabicae linguae confirmatur, quae pro *horreo* أَنْدَر et جُرْن, (אדר igitur et גרן) habet. Vides igitur quantopere cavendum sit, ne in enucleandis vocabulis talmudicis sonum externum sequentes in errorem incidamus. Valet hoc et de Mussafiae sententia, secundum quam אדר Graecorum est ἕδρα.

[122]) Proprie ut significatio primitiva *frangere*, *comminuere*, metaphorice *dissolvere*, *in articulos parvos disponere*, *doctrinam aliquam perscrutari et ad diversas sententias explicare*, nos a gr. ἀναλύω, analysiren. Hinc גירסא pro studio doctrinaque, quibus sc. particuli sententiae scrutantur et enucleantur.

[123]) Arab. جرس *submisse sonuit* vel *locutus fuit*, ut nonnulli volunt. At vero usus ejus nonnisi de scientiis literarum est studiisque praecipue sacrae Scripturae, minime vero de quolibet sermone locutioneque profana, pro quibus לחש vel שיחא habent, unde apparet huic voci magis inesse notionem *dissolvendi* et *exponendi* ut s. r. גרם diximus, quam notionem *sonandi* et *resonandi*. Neque desunt, qui imo etiam gr. esse γηρύσω *loquor*, *dico*, *sono* de voce גירסא putent. Nugae.

גָּרַע *venae sector*, Kidd. 82a. Non fit rex vel sacerdos. Decem de eo dicuntur: 1) מהלך על צידו incedit ad latus suum (sc. inclinando); 2) ורוחו גסה spiritus ejus est elatus; 3) נתלה יושב ואינו יושב dependet sedens, et non sedet, (h. e. inclinat se semper, vel retrorsum ad parietem, vel ad latus in cubitum, quando sedet, idque prae superbia); 4) ועינו צרה oculus ejus arctus est (i. e. parcus, avarus est); 5) ועינו רעה et oculus ejus malus est; 6. 7) אוכל הרבה ומוציא קמעא comedit multum et expendit parvum; 8) וחשוד על העריו׳ suspectus est de scortatione; 9) ועל הגזל et de rapina; 10) ועל שפיכות דמים et de effusione sanguinis, homicidio: ססטר הגרע *scalpellum chirurgi*, ein Laaßeisen, Fliet, Kel. c. 12.

גָּרוּעַ *granum:* גרוע שבפרי granum, quod in fructu.

גַּרְעִינָא *idem:* כוחבת בגרעינתה dactylus cum grano, nucleo, osse suo, Joma 78a.

גֵּירְעוֹן, גִּרְעוֹן *diminutio, subtractio.* Ap. Tos. servus hebraeus redimit seipsum in annis (in fine sexti) in jubilaeo (si is in sex annos incidat) ובגירעון כסף et diminutione pecuniae, ut sc. dominus ejus mercedem sex annorum detrahat de summa, qua servum emit, Kidd. f. 14b.

גֵּירוּעַ, גְּרִיעָה, גְּרִיעוּת, גְּרִיעוּתָא, *idem:* מפשר ליה לגריעותא explicabat illi (somnium) in diminutionem, i. e. in malum, Ber. 56a. מחמת גריעותן propter parvitatem, vilitatem ipsarum.

מִגְרַעַת *idem.*

גרף גְּרַף [124] *verrere, everrere, converrere:* וגרפין חמירא et converrunt fermentum, Esth. 3, 8 in Tg. sec. Ithpehal: היכדין דְמִתְגְּרִיף חמירא מן קדם פטירא sicuti detrahitur, everritur fermentum ab infermentato: היכדין תתגריף מלכותא דרשיעיא מן ביננא sic everretur regnum impiorum a nobis. Ibidem.

Ap. Tos.: עד שיגרוף donec converrerit, sc. carbones, Sab. c. 3 in Misna. גורפין מתחת רגלי הבהמה verrunt sub pedibus bestiae, Pes. c. 4. אין גורפין תנור non everrunt fornacem, Beza c. 4. לגרוף את הגרוגרות ad everrendas ficus, sc. ex dolio, ausscharren, Sab. c. 17. מים גרופין aquae extractae sc. ex flumine pro necessariis usibus, Pes. 42a. Sic Ar. Glossa explicat, aquae expressae quasi ex fundo ollae, putres, faetentes.

גָּרָף *matula, scaphium, trulla, vas domesticum exonerando ventri destinatum:* גרף של ריעי מותר להוציאו לאשפה trullam excrementi licitum est exportare in sterquilinum, nempe, die festo aut sabbatho, Beza 36b. גרף של רעי ועביט של מי רגלים אסור לקרות קרית שמע כנגדן ואע״פי שאין בהם כלום coram scaphio excrementorum, et matula urinae, non licet legere lectionem „Audi", etiamsi nihil sit in illis, Ber. 25b. Vide et Sab. 121b.

מַגְרֵיפָה, מַגְרוּפָה, מַגְרוּפִית [125], מַגְרוּף *everriculum scopae, pala, qua cinis removetur ab altari*, eine Feuerschaufel: Pl. in Tg. ית מַגְרוּפְיָתָ et palas, Ex. 38, v. 3. Sic I R. 7, 45. Cum pronom. מַגְרוּפְיָתֵיהּ scopas ejus, Ex. 27, 3. Ap. Ros. נטלו את המגרפות et acceperunt scopas, Tam. c. 2. מגריפה של טיט pala, qua calcem miscent et colligunt: והוה יהיב ליה מגרופי et dabat ipsi palam, Br. s. 38. מגריפה היתה במקדש pala fuit in sanctuario, Erach. 10b. Quidam tamen hic sumunt pro *instrumento musico*, ut mox.

מגריפה *cochlear, quo agitatur coctura in olla*, Kel. c. 13, juxta quosdam: Alii, *scopae foci et fornacis.*

מגריפה *instrumentum musicum cum decem foraminibus, unde sonus fortissimus exivit, adeo ut in urbe Jericho eam audirent, cum sonaret Hierosolymis.* Jericho distabat inde decem milliaribus, Tam. c. 3. et ibi Bartenora. V. quoque Erach. 10b et ibi glossam marginalem.

אֶגְרוֹף *pugnus*, hebr. בעלי אגרופין *domini pugnorum*, qui pugnis valent, i. e. fortes, pugnaces, qui lites cum pugnis subinde movent, ap. Ros.: אוי לי מאגרופן vae mihi a pugno eorum, Pes. 57a, i. e. a fortitudine et robore eorum: כמלא אגרוף גדול quasi magnum pugnum plenum, Kel. c. 17.

גְּרוּפִית *ramus, termes:* גרופית של זית ramus olivae, Kel. c. 12. Glossator notat, hoc vocabulum proprie dici de ramis olivarum, ut ייחור de ficubus, זמרה de vitibus. Item, חוץ מגרופיות של זית exceptis ramis olivae, Bk. 81a. At in Br. s. 40 et 64, et Jalk. f. 12a. שהיה שאול גרופית של שקמה quia Saul fuit ramus sycomori. Legitur in Midr. Schem. s. 28. Ar. legit היה שאול אוכל גרופית fuit Saul comedens ramos sycomori.

גריפים *scriptor, scriba.* Ex graeco γραφεὺς. In TH. Tan. 57a. א ר׳ לעזר פרא בסיליום או נמוס או גריפים [125a] rex, legislator, aut scriba. B. Ar. in litera א, in אגריפס, adducit hunc locum ex Vr., s. אם בחוקותי: Sed in loco illo non reperi. In adducto autem loco Talmudicis scribitur sine א ab initio, et recte, ut ex etymologia liquet.

גרץ גְּרִיצָא, גְּרִצְתָּא [126] *torta, placenta crassior:* היך גריצתא דלחמא sicut torta panis, Prov. 6, 26. Pl. ועבידי גְּרִיצָן et fac placentas, Gen. 18, 6. Rabbini etiam dicunt גְּרִיצִין. Significatur autem *placentae crassae*, quibus opponuntur רקיקין placentae tenues,

[124]) Syr. ܓܪܦ, arab. جرف *volvit*, volvendo convertit. Affines etiam sunt chald. et syr. radices arabo غرف *hausit* unde sequens:

[125]) Arab. مِغْرَفَة, syr. ܡܓܪܘܦܝܬܐ instrumentum, quo quid *hauritur*. [125a] Cf. an. nost. supra p. 16.

[126]) Nonnullis est gr. γυρίτης, panis e farina (γύρις) confectum. Non videtur; nam vocem aramaeae esse originis ipsa pronuntiatio docet, neque dubitari potest, quin, ut habet Willm., ad rad. جرص syr. ܓܪܨ referenda sit.

quales sint, quas Germani vocant gewählete Küchlein. Inde in Gem. לא היו אופין פתין גריצין אלא רקיקין non coquunt (die feriato) tortas crassas, sed tenues. Beza f. 21b.

גרק גּוּרְקֵי, גֻּרְקֵי *omphaces, fructus immaturi.* Pro *olea omphaca*, sive *oleis parvis immaturis* legitur in Pes. 25b, ubi tamen scribitur גוהרקי. Pro *uva omphaca*, sive *acinis parvis immaturis*, reperitur in Nasir 34b, ubi in gl. adducitur locus ex Pes. et scribitur גורקי. Ergo ה ex vitio videtur irrepsisse.

גרר גְּרַר *trahere, attrahere, distrahere, raptare, retrahere* [127]. Infin. Pahel וית כלביא לְגָרְרָא et canes ad raptandum, ut raptent eos tamquam cadaver, Jer. 15, 3. Fut. אם לא יְגָרְרוּן ויקטלון si non raptaverint et occiderint eos fortes populi, Jer. 49, 20. Ithpahel, Part. מִתְגָּרְרִין בספותהון distracti, distensi labiis suis, Ps. 8. Fut. יִתְגְּרַר וישתדי trahetur et projicietur ultra muros Hierusalem, Jer. 22, 19.

Ap. Ros. מצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבירה praeceptum trahit praeceptum, et transgressio trahit transgressionem. Celebre Hebraeorum praeceptum, quo volunt: Ut virtutes ex virtutibus, ita vitia ex vitiis nasci. Sunt enim utraque concatenata. Niphal עגלה אינה נגררת currus non trahitur, Beza 23b. גרים גרורים proselyti attracti, sc. a seipsis, qui sponte sua judaismum assumpserunt, As. 3b. Aliter: לא יכול ירקא משום הגריר non comedet olus (acetarium) eo quod attrahit, sc. cor, h. e. appetitum excitat, ut multum postea comedat, Sab. 40b. Sic in Ber. 35b. Rabba solebat bibere vinum singulis vesperis paschatis, כי היכי דנגרריה ללביה ut attraheret cor ejus, h. e. ut crastino die tanto majori cum appetitu comederet azymos. Idem legitur in Pes. 107b. Item ibidem חמרא מיגרר גריר vinum attrahendo attrahit, h. e. appetitum excitat. In Ar. haec scribuntur per Daleth in fine. Munsterus scribit גְּגַרַר. In commentariis Rabbinorum etiam esse, *imitari*, veluti *trahi post aliquem, est studio alicujus duci, eum imitari.*

Deinde גְּרַר ap. Tos. est *radere, eradere, abradere, defricare:* אין תקנה לגרור הדיו non est mos eradere atramentum: טיט שעל גבי מנעלו מגררו בגב סכין lutum, quod est super calceo suo, abradit illud dorso cultri, Sab. 141a. Vide et fol. 147b. רבי יהודה סבר הגריר Rabbi Jehuda putat quod eradat, gl. ממחק, Sab. 50b. Sic convenit, vel potius confunditur cum גרד, ob elementorum ר et ד similitudinem. Unde etiam in Ar. pleraque haec per Daleth in fine leguntur.

Tertio גְּרַר est *secare, dissecare, scindere, exscindere, serrare.* Part. גלפיהא גָּרְרִין sculpturas ejus exscindunt, Ps. 74, 6. Ap. Tos. מגירה לגור serra ad dissecandum, Sab. c. 17 in principio. Sic hebraice מגוררות במגרה serrati serra, I R. 7, 9. Sic ex Niphal הַנִּגְרַר במגירה dissectus serra, Bk. c. 10 in fine.

Quarto גרר *trahere*, quod concise etiam dicitur pro *jaculari, ejaculari, sagittis petere.* Infin. לְמִיגַּר בקשתא ad jaculandum arcu, I S. 31, 3 in Venetis. Ithpahel Part. ויהון מִתְגּוֹרְרִין et erunt jaculis confecti, Ps. 58, 8 in Venetis. Vide et supra in גרה.

Quinto גְּרַר *adurere*, sengen. Proverbium antiquum, גרירתיה לארמאה באפיה שפיר ליה אחלי ליה נורא בדקניה ולא שבעת חוכא מניה si adusseris nonnihil Syrum in facie ejus, et ipsi hoc placeat, injice ipsi ignem in barbam ejus, et non poteris satiari risu, Sanh. 96a.

Sexto גְּרַר *fricare strigili:* אין גוררין במגררת בשבת non fricant strigili in sabbatho, Sab. 147b.

Septimo גַּרְגֵּר *grana singula colligere vel auferre:* מגרגר ואוכל grana singula colligit et edit, Maaser. c. 2, nempe, integram uvam decerpere et comedere vetitum est: at grana singula totius uvae comedere licitum est, si scapum non evellat. Sic המניח זיתיו בגג לגרגרם relinquens oleas suas in tecto, ut singulatim colligat eas, nempe, quamque baccam seorsim. Ibidem f. 122, 1. Item: Triplicis baccae olivarum sunt, et in iis trina olea: זית הראשון מגרגרו בראש הזית baccas primas singulatim colligit in summitate olivae etc. ubi scilicet citius calore solis maturescunt, in Menach. 86a. Et contraria significatione *granescere, granosum fieri, grana concipere,* מגרגר ומצלח granescit et proficit, Ps. 1, v. 3.

Octavo גַּרְגֵּר *comessari, epulari:* אכלה בשוק גורגרה בשוק comedit in foro, comessatur in foro, Git. 89a. Item *sorbere, gutture per canalem attrahere,* Parah cap. 9.

גִּירָא, גִּרְרָא *sagitta, jaculum:* מן גררא דמלאך מותא a sagitta angeli mortis, Ps. 91, 5. Pl. גִּרְרִין דגברין שנינין sagittae robustorum acutae sunt, Ps. 120, 4. תלתא גירין בקשת tria jacula in arcu, I S. 20, 20. איתי ית גרריא adducite jacula, Ibid. ver. seq. Cum aff. גִּרְרוֹהִי כגבר מתכל sagittae ejus sicut potens orbans, Jer. 50, v. 9. יחזרון עלי גררוי circumdant me sagittae ejus, Jobi 16, 13.

גִּרְרָא *rumen, cibus ruminis,* sic dictus, quod retrahatur ad ruminationem, hebr. גֵּרָה, ab incidendo quia denuo inciditur: מסקן גררא ascendere facientes rumen, Deut. 14, 6 in TgH. Item *attractio, consequentia,* qua unum trahitur ex alio: *Occasio,* quae trahit hominem ad aliquid agendum: אגב גררא *propter, per occasionem.*

גְּרוֹן, גָּרוֹן *guttur*, ab attrahendo, vel ab intersectionibus sic dictum: אכלי בגרונך clama gutture tuo, Jes. 58, 1.

גְּרוֹנִי *gutturalis:* אות גרונית litera gutturalis. Pl. אותיות גרוניות literae gutturales.

מְגִירָה *serra.* Pl. במגיריא serris, Jes. 7, 20.

מְגַרֶּרֶת *strigilis, pecten:* מגררתא דכספא strigilis argentea, Sab. 147b. Erant pectines fricatorii, ad defricandas sordes corporis.

גרגר מלח גַּרְגִּיר, גַּרְגַּר *granum* [128], *bacca, acinus:*

---

[127]) Inest haec significatio huic radici et in arab. et in syr. lingua.

[128]) De parvitate dictum quasi *sorbitio, deglutitio,* quod una sc. deglutitione glutiri potest.

granum salis: חרין תלתא גרגרין duae tresve baccae, Jes. 17, 6. Const. גַּרְגִּירֵי חטיהון grana tritici ipsorum, Deut. 32, 14 in Jon. Ap. Tos. שני גרגרין פרט duo grana uvarum sunt particulare, Peah c. 6. גרגר יחידי granum (uvae) unicum, singulare, c. 7. Aliquando, ר mutatur in ל, ut in aliis: בפילפל ובגלגל מלח cum pipere aut grano salis, Sab. c. 6 in Misna. In gl. scribitur idem esse quod גרגיר. Item *cumulus, acervus:* גרגיר של צרורות acervus lapillorum, Schev. c. 3. Sic in glos. Barten. et Maim. per גל explicatur.

גַּרְגִּיר, גַּרְגֵּר herbae nomen, quam glossator talmudicus passim appellat אורוגא, vel ארוגא *eruca, herba salax et amara:* בזרא דגרגירא semen erucae, גרגר של אפר eruca juncetorum vel pratorum, Schev. c. 3. Maser. c. 4. Pro eo etiam dicitur גלגילא. Vide supra.

גַּרְגְּרַיִין *putens*[129], hebr. באר: ut, גרגריין דעאן puteus gregis, Esth. 1, 3 in Tg. sec. ex significatione גרגותא, de quo sup. in ordine גרג.

גַּרְגְּרָן *gulosus, vorax, epulo, comessator*[130]: גרגרן בבשרא vorax carnis, Deut. 21, 20 in Tg. Jon. Id hebraice dicitur זולל בשר, Prov. 23, 20. Ap. Ros.: השותה כוסו בבת אחת הרי זה גרגרן וכו׳ ebibens calicem suum vice una, est gulosus: duabus, via terrae est, i. e. civile, politicum: tribus, eorum est, qui crassi sunt spiritus, i. e. rusticum, Pes. c. 7 in fine. Fem. גַּרְגְּרָנִיתָא *epulatrix, voratrix, luxuriosa, gulosa:* ארום הויתי גרגרניתא nam eram luxuriosa, hebr. זוללה, Thr. 1, 11. Pl. גַּרְגְּרָנִיּוֹת gulosae: Una ex quatuor proprietatibus mulierum, juxta illud, „et accepit de fructu ejus et comedit", Gen. 3, 6. Br. s. 45. Vide in עצל.

גַּרְגֶּרֶת *fistula gutturis, guttur, fauces*, Chol. c. 2 in Misna. Pl. גַּרְגְּרוֹת.

גרוּגרות vide supra in גרג.

גרש גָּרַשׁ *expulit, ejecit: repudiavit.* גרושה mulier expulsa, repudiata: מגורשת idem.

גֵּירוּשׁ vel גֵּרוּשׁ *dimissio, ejectio: repudium.* Pl. גרושין repudia.

גּוּרִישָׁא[131] *crista galli:* והיא מנקרא ליה גורישיה et perforat cristam ejus, gl. כרבלתו, Jalk. Jobi f. 154b.

גרת גֵּירוּתָא *nomen avis immundae*, Nid. 50b. Chol. 62, 2. Ibid. f. 109 b. In Ar. scribitur גוריתא.

גַּרְתִּיקוֹן *pulvis argentariorum, quo defricant et dealbant argentum: tartarus, lapis crescens in doliis vini.* Sab. 50a. Quidam *resinam* interpretantur, quae argento illita, idem praestat, ut autor Aruch notat. Vide קרטיקן.

גשם גֶּשֶׁם גּוּשְׁמָא[132] Σῶμα, *corpus quantum et tractabile, suis dimensionibus constans.* Vide Aben Esram Jes. 44, 41. רתח לבי בגושמי ebulit cor meum in corpore meo, Ps. 39, v. 4. עד מה דיגמר בשרך וגושמך donec consumatur caro tua et corpus tuum, Prov. 5, 11. דמוביד גושמיה נכוראה qui perdit corpus suum crudelis est, Prov. 11, 17. בגושמיה לא ישתזיב corpore suo non liberabitur vel evadet, Jobi 20, 20. גושמהון בלא נשמתהון corpus illorum sine anima ipsorum, Job. 38, 14. לגושמהון דסכלי corpori stultorum, hebr. לגו tergo, Prov. 26, 3. Pl. emph. גּוּשְׁמַיָּא דאתמסיאו corpora, quae contabuerunt, Ps. 88, 11. Ap. Ros. גשם חי corpus vivum, sentiens: גשם נזון corpus vegetabile: הגשם החמישי essentia quinta: גשם המדבר corpus rationale: הצומח vegetans: הדומם silens, i. e. insensibile, inanimatum.

נִתְגַּשֵּׁם *incorporari, incarnari:* שנתגשם בבטן העלמה qui incorporatus, incarnatus est in utero virginis, Abarbenel Jes. 52, 13. התגשם האל incarnatio dei.

גַּשְׁמִי *corporalis:* ענשים גשמיים poenae corporales: אורך חיים הגשמיים בעולם הזה longitudo vitae corporalis in mundo hoc.

גַּשְׁמוּת, גַּשְׁמוּת *corporeitas.* Sic Judaei in quadam precatione dicunt de deo, אין לו דמות הגוף non est ei figura aliqua corporis, nempe, להרחיק ממנו הגשמות ad removendum ab illo corporeitatem. Sic dicunt בהסתלק הגשמות יסתלק המקום sublata corporeitate, tollitur locus. ביטול הגשמות abolitio corporeitatis: הרחקת הגשמות remotio, rejectio corporeitatis. Et Elias in rad. שכן: Quando hoc verbum ad deum refertur, transfertur, ut alias communiter, per שָׁרָה, sed adjicitur ipsi nomen שכינתא majestas, praesentia divina, ut Num. 5, 3 et 35, 34, nempe, להרחיק הגשמות ממנו ut removeatur corporeitas ab eo, ne, scilicet, putetur deus habitare in coelo, ut homo corporalis in sua domo.

הַגְשָׁמָה *incorporatio:* כי מאמין הגשמה nam credit incorporationem, More l. 1, c. 76.

גַּשְׁמָה Ap. Tos. etiam sumitur pro *poste januae:* דלת דלית לה גשמה janua quae non habet postem, Erub. 101. Gl. בית קיבול לציר הדלת שהוא כמלבין.

---

[129]) Quasi trahens ad se, post se, vel secum, uti Arabum جرار, quod pro nubibus, quasi molem aquarum *trahentes*, adhibetur, item جرة *aqualis hydria* ferendae aquae proprium, ad quam vocem et autor B. Ar. supra s. v. גרגתני spectare videtur.

[130]) A repetitis et multiplicibus motibus, quibus spiritus huc illuc trahitur atque iteratur, ut Arabum غرغر, Latinorum gargarizo, Germanorumque gurgeln.

[131]) Rectius per ש, גורישא legeres, ut Latinorum sit crista קְרִישְׁתָא mutata litera ק in ג elisaque ת, ut in voce sq. גשטנקא d. q. paulo post.

[132]) Syr. ܓܘܫܡܐ, arab. جسم, cujus origo observante Willmetio in premendo constipandoque, (arab. جسم), ut rem compactam densamque denotet.

גְּשׁוּם *pluviosus*, ex significatione heb. גשם *pluvia*. Hinc שנה שחונה וגשומה annus calidus et pluviosus, Joma 53b.

גשף Hinc adducitur in Ar. אתשפא, sed in Gem. legitur איכשפא. V. ergo כשף.

גוּשְׁפַּנְקָא [133] *annulus, annulus signatorius:* ומתחתם בגושפנקא דמלכא et signatum annulo regis, Esth. 3, 12. ואעדי מלכא ית גושפנקיה et removit rex annulum suum, Esth. 3, 10. Ap. Tos. וליחתמי בשיתין גושפנקי et ad obsignandum sexaginta sigillis, Sab. f. 66b.

גוּשְׁפַּקִי *gausape, gausapina, pallium aut vestimentum pluvioso tempori conveniens.* Sic citatur in Ar. ex Gitt. 70b. Sed ibi in T. legitur גלופקרי, de quo supra.

גשקן גוּשְׁקְרָא [134] *stupa serici*, Sab. c. 2, ab initio: item, *furfur, panis furfuraceus:* חיוורתא ליכא גושקרא איכא albus panis non adest, furfuraceus adest, Gitt. 56a. Jalk. 302c. Gl. הבינוני מן הקמח. Ar. scribit, arabice vocari כושקר.

גשר גְּשַׁר, גִּשְׁרָא [135] *pons:* גשר רעוע pons ruinosus sive fractus: בנו ליך ית כל גשרך exstruxerunt tibi omnes pontes tuos, Ez. 27, 5. גשרי נהרותא pontes fluviorum ipsorum, Nah. 2, 6. Sic Ti. אגישרא דשביסתנא juxta pontem Schevistanae.

גְּשׁוּרָא Sic adducitur hic ab aliis. Sed in Gem. legitur כשורא: Vide כשר.

גשש גְּשַׁשׁ et in Pihel גַּשֵּׁשׁ [136] *palpare, contrectare explorandi causa, explorare:* וגששה et contrectavit ipsum, Gen. 27, v. 22 in Tg. Jon.

Deinde גושש *impingere:* בזמן שהספינה גוששת quando navis impingit; quasi dicas, terram attingit vel contingit, Challa c. 2. Tale videtur esse, וגששת אלפא et incidit, impegit navis in locum bimarem, Actor. 27. Hebr. explicant נגעה בגושי העפר.

גַּשּׁוֹשׁ, גַּשּׁוֹשָׁא *explorator.* Apud Tos. והאידנא דשכיחי גששאי nunc vero, cum inveniuntur exploratores, non potest abscondi argentum in terra, Bm. f. 42, 1. גשוש של ספינה lignum exploratorium navis, quo scilicet explorant nautae profunditatem aquae, an navis transire possit, in Sab. 125b.

גְּשִׁישׁ In Savim c. 3. גשיש של מטה Autor Ar. scribit: Quidam est גשיש? *omnis lectus, qui juncturas habet et divulsus est a se invicem*, habet certa quaedam ligna oblonga, quae continent lectum, horumque lignorum unum *contingit* alterum et vocantur גשישין. Sic etiam, scribit idem, vocantur ligna, quibus utuntur chirurgi, quando quis crus fregit aut brachium, quae fracturae imponunt aut quibus membra fracta includunt et constrigunt.

גְּשָׁתָא *palpatio, palpabile*, Sab. 107b. Videtur sumi illic pro cute crassa, quae facile palpari potest. Vide et Chol. 122b. B. Ar. scribit גשתא הוא משמוש העור אם הוא רך או אשון gischta est *palpatio cutis, num mollis sit an dura.*

גשת גִּשְׁתָּא *siphon, fistula*, qua vinum e dolio, exhausto spiritu ore, extrahitur, quomodo totum vas exhauriri potest, si altera pars fistulae fundum petat, *instrumentum aurigis et victoribus notum.* Nostri homines appellant einen Weindieb. Ap. Tos. ההוא גברא דאסיק חמרא בגישתא בת גשתא אתא אנח ידיה אגישתא אסירא לכוליה חמרא quidam vir ascendere fecit (e dolio) vinum per fistulam filiam fistulae, (h. e. siphonem ejusmodi, duplici fistula constantem, quarum una est in illo vase e quo vinum hauritur, altera in eo, in quod immittitur.) Advenit Christianus et contigit manu sua fistulam: prohibitum redditum est totum vinum (quod sc. in utroque dolio erat) As. 72b. Vide et in praecedenti radice.

גת גַּת *torcular:* Pl. גִּתּוֹת torcularia, בשעת הגתות tempore torcularium, h. e. vindemiae, בעת הבציר, Chag. c. ultimo in Misna.

Deinde גת *strues lignea, quae refert formam torcularis.* Sic in specie ap. Tos. vocatur *locus sive strues illa lignea, in qua olim comburebatur vacca rufa*, de qua Num. 19, quia formam torcularis referebat, juxta Rambam et Bartenoram, Sebach. c. 13, ab initio in Misna B. Ar. explicat: גומא היא בקרקע צורת גת fossa est in terra, formae torcularis, quae destinata erat ad combustionem vaccae.

Tertio גת est *nomen proprium loci.*

גַּתִּיּוֹת *mulieres calcatrices, torculariae:* אף הגתיות מאחורי קורים etiam calcatrices post trabes (torcularium scil.), Br. s. 71, ab initio. Gl. הגתיות כו' נשים הדורכות בגת אחורי הקורות של בית הבד gattijoth *sunt mulieres, quae calcant in torculari, post trabes torcularis.*

גִּית *pecus*, vide suo loco.

גִּיתִי *vis, violentia, superbia.* Sic adducunt hoc loco et certe in Gem. Bk. 114, 1, legitur בגיתי, sed in gl. בְּגֵיוְתָא, quod rectum. Nempe דדייני בגיותא qui judicant cum superbia, i. e. superbe, arroganter, pro libitu, non secundum justitiam, quod est a גאה.

---

[133]) Per metathesin vocis σφράγις ortum, ut nonnulli volunt. Magis autem eorum placet sententia, qui vocem ex Persarum انگشتبانه ortam putant elisa litera ن, ut in arab. voce كُشْتُبان, neglectaque litera ה, ut saepe.

[134]) Persarum est خشكار *choskar*, panis furfuraceus.

[135]) Arab. جِسْر a verbo جَسَرَ vel جَسُرَ *durus, asper fuit*, ut nonnulli putant. Ego ad verbum قسر *ligavit, colligavit* vocem referre malim, ut pontem littora fluminis colligantem denotet.

[136]) Arab. جَسَّ, syr. ܓܫ *tetigit, attigit; tangendo inquisivit, tactu exploravit.*

Abbreviaturae literae ג*.

ג'*: 1) גבורה *potentia, robur*. 2) גדולה *magnitudo, excelentia*. 3) גזירה *edictum persecutionis*. 4) שלשה *tres*. 5) גאולה redemtio. 6) גדול grossus Polonicus.

ג"א*: 1) גור אריה et 2) גנת אגוז *tituli librorum*. 3) גאולה אחרונה *liberatio postrema*. 4) גזירת אלהים *praedestinatio divina*. 5) גבורה אלהים *omnipotentia divina*. 6) ג' אמות *tres ulnae*. 7) ג' אלפים *tres millia*. 8) גלות אדום *captivitas inter Christianos*.

ג"ב*: גלות בבל *captivitas Babylonica*.

גב"ם*: מי גריסין בשר שמן מורייס *aqua fabarum, caro pinguis, salmuria*.

גב"ר*: גומלי חסדים, בישנים, רחמנים *benefactores, verecundi, misericordes*.

דחה דְחָה [36] *impellere, depellere, expellere, propellere,* in Tg. Ap. Ros. latius est *confutare, refutare, rejicere, arguendo alterius opinionem depellere:* item *violare de sabbatho, cum ejus sanctitas operando depellitur et impellitur.* Praet. cum infin. מִדְחֵי דחית יתי impellendo impulisti me, Ps. 118, 13. ואם בדבבו דְחָהִי et si per inimicitiam impulerit eum, Num. 35, 20. Part. דָחֵי impellens, Ps. 35, 5. Infin. לְמִדְחֵי ית כל בעלי דבבך ad expellendum omnes inimicos tuos, Deut. 6, 19 in Jon. Fut. אֶדְחִנָּךְ מסקומך expellam te de loco tuo, Jes. 22, 19. כד יִדְחֵי יי אלהכון יתהון cum expulerit dominus deus vester illos, Deut. 9, 4 in Jon. Pass. Ithpe. infin. ית רגלי מִלְאִדְּחָיָא et pedes meos ab impellendo, ne impellantur, ut cadant, h. e. a lapsu, Ps. 116, 8. Fut. יִדַּחְיָן ולא יוסיפון למקם impellentur et non pergent surgere, Ps. 36, 13. Sic enim legendum pro יִדְחַיָן.

Ap. Ros. זה מדחה קושיא של זה hic repellit, i. e. refutat objectionem istius: דוחה את השבת pellit sabbathum: לא דוחה שבת non pellit sabbathum. Sic sunt quaedam opera in sabbatho licita, quibus sabbathum non impellitur, vide Kimchium I S. 21, 6. דחויה היא שבת אצל סכנת נפשות כשאר כל המצות pulsum est sabbathum juxta periculum vitae, ut reliqua omnia praecepta, Maim. par. 1 in statutis de Sab. c. 2. Veluti aegrotus periculose aegrotans curari potest juxta praeceptum medici vel chirurgi: ספק נפשות דוחה את השבת dubium vitae pellit sabbathum, ibid. אין דוחין נפש מפני נפש non pellunt animam propter animam, Ohol. c. 7 in fine. Non interimitur infans propter matrem, sc. in partu, ut ipsa in vita conservetur: אידחה אבן projectus est lapis, Erch. 30b. Videtur proverbialiter ibi sumi, fere sicut apud Latinos: jacta est alea: כל המדחה מטתו חריו זה משובח quicunque expellit lectum mortui sui, is recte facit, i. e. qui festinat efferre et sepelire mortuum suum. Excipiunt tamen ibi patrem et matrem, Mk. 22a. Maim. in hilch. Abhel c. 4.

דְחִיַּת, דִיחוּי, דְחִיָּה *depulsio, propulsio, impulsio:* דחית האויר propulsio aëris: דחיה המולד depulsio novilunii i. e. translatio ejus in sequentum diem. Sic דחיה apud astronomos est ὑπέρθεσις, ὑπέρβασις, *translatio unius diei in alium,* ut diei festi in sabbathum, ne duo festi dies concurrant etc. יש דיחוי לענין השבת est depulsio in re sabbathi, i. e. licet pellere sabbathum.

דַחֲוָן *cantiones* aut *instrumenta musica:* vel *musici,* Dan. 6, 18 sic dicti, quod tristitiam *depellant,* aut quod *exhilarent* animos, a חדה, per transpositionem literarum, ut R. Saadias notat.

דַחֲוָן *mensa:* Pl. דַחֲוָנוּת *mensae,* ap. Ros.

דחד idem quod חֲדָה *laetari:* מַדְחְדָא תְּדַחְדוּן לֵיהּ exhilarando exhilarabitis eum, Deut. 15, 14 in Jon. juxta scholiasten quendam hebraeum.

דחך דְחַךְ *irridere, subsannare.* Fut. יִדְחַךְ ridebit, Job. 9, 23. ידחך להון subsannabit eos, Job. 22, 19. Idem quod supra דחק.

דוּחֲכָא *irrisio, subsannatio:* דשתי דוחכא היך מיא qui bibunt subsannationem veluti aquam, Job. 34, 7. Elias דהכא.

דחל דְחֵל [37] *timere, metuere, vereri, pavere.* Respondet in Tg. hebraeis ירא, פחד. Praet. ארי דְחִיל למיתב בצער nam timebat habitare in Tzoar, Gen. 19, 30. ארעא דעממי דחילת terra populorum timebat, Ps. 76, 9. ארי דחילת quia timebat, Gen. 18, 15. אינדין לא דחילתא quomodo non timuisti? II S. 1, 14. ארי דחילית quia timui, Gen. 31, 31. ולא דחלו מן קדם אלהא et non timuerunt deum, Ps. 55, 20. כד דחילא cum illae timerent, Ex. 1, 17. ומה דין לא דחלתון et quare non timuistis? Num. 12, 8. לא דחלנא מן קדם יי non timemus dominum, Hos. 10, 3. Part. מן דָחֵל ותע quisquis timens et pavidus est, Jud. 7, 3. גבר דחיל חטאין vir timens peccata, I R. 2, 2. Sic I R. 1, 42. 52 i. e. pius, reverens dei: eum enim quisquis reveretur, is quoque peccare vereretur. V. Kimch. I R. 2, 2. לב דחיל cor timens, pavidum, Deut. 28, 65. ודדחל מפוקדנא et qui timet a praecepto, Prov. 13, 13. Pl. דְדָחֲלִין מנך qui timent te, Ps. 119, 63. דָחֲלַיָא דיי timentes domini, Ps. 135, 20. Constr. דָחֲלֵי חטאה timentes peccatum, Jes. 55, 13. Cum aff. לְדָחֲלוֹי timentibus ipsum, Ps. 111, 5. Fem. אתתא דָחֲלַת חטאין mulier timens peccata, II R. 4, 8, hebr. אשה גדולה. Infin. ואוסיף שאול לְמִדְחַל et perrexit Saul timere, I S. 18, 29. דלא למדחל מן קדם יי ut non timeant dominum, Jos. 22, 25. Imper. דְחַל מן אלהא time deum, Pr. 3, 7. דְחִילוּ מן קדם יי timete dominum, Ps. 34, 10. Fut. לא אֶדְחַל מטצותא דעם non timebo a contentione populi, Ps. 3, 7. לא אדחל מבישתא non timebo a malo, Ps. 23, 4. לא תדחל אברם ne timeto Abram, Gen. 15, 1. לא תִדְחֲלִי idem fem. Gen. 21, 17. לא ידחל non timebit, 112, 7. מן לא ידחל מן קדמך quis non timeat te? Jer. 10, 7. תחזי אשקלון ותדחל videbit Aschkalon et timebit, Zach. 9, 5. מטול היכנא לא נדחל propterea non timebimus, Ps. 46, 3. לא תדחלון ne timeatis, Deut, 20, 3. ידחלון מן קדם יי timebunt a deo, Ps. 33, 8. ידחלון מנך timebunt te, Ps. 72, 5. Pahel דַחֵל *terrere, exterrere, perterrefacere:* וידחלנני et exterruit me, Dan. 4, 2.

דְחִילָא, דְחִיל *terribilis, formidabilis, timendus, reverendus,* hebr. נורא: ut, מה דחיל ומשבח אתרא הדין quam terribilis et laudabilis est locus iste? Gen. 28, 17.

[36]) Arab. دحا (ult. و et ى).

[37]) Hebr. זחל, syr. ܕܚܠ.

in Jon. יי עלאה דחילא dominus excelsus formidabilis est, Ps. 47, 3. אלהא רבא ודחילא deus magnus et formidabilis, Deut. 7, 21. Pl. למעבד דְּחִילָן ad faciendum terribilia, Ps. 45, 5.

דְּחִילָה, דְּחִילָא substantive *timor*, *tremor*, *metus*, *pavor:* ודחילו גבריא דחילא רבא et timuerunt viri isti timore magno, Jon. 1, 10.

דְּחַלְתָּא, דַּחֲלָא *idem:* דחלתא ורתיתא אתין לי timor et tremor veniunt mihi, Ps. 55, 6. אין חפש דחלתא si multiplicasses timorem, Job. 15, 4. פלחו קדם יי בדחלא colite dominum in timore, Ps. 2, 11. לית דחלתא דיי באתרא הדין non est timor domini in loco isto, Gen. 20, 1. Cum aff. דַּחַלְתֵּיהּ דאלהא timor domini, Pr. 10, 27. וית דחלתי אתן בלבהון et timorem meum dabo in cor eorum, Jer. 32, 40. אתרחק מדחלתך elongatum est a timore meo, והוה דחלתהון et est timor eorum, Jes. 29, 13. Pl. דַּחֲלָתָא דמותא terrores mortis, Ps. 55, 5.

דְּחִילוּ *idem:* מה דחילו אתרא הדין quantus terror est (in) loco isto, Gen. 28, 17. Sic exponendum notat R. Sal., etsi in hebr. sit מה נורא quam terribilis.

דַּחֲלָא[38] *idolum, deus falsus*, sic dictus, quod homines illum seu verum deum timeant: דחלא דלית בה צרוך הוא idolum, in quo nullo est utilitas, Hos. 8, 6. At Deut. 32, 15 in TgH. sumitur pro deo vero, וכפרו בדחלא תקיפא דיפרק יתהון et abnegarunt deum fortem, qui redemit eos. In Jon. abest דחלא. Pl. דַּחֲלָן דכסף ודחלן דדהב idola argentea aut idola aurea, Ex. 20, 23 hebr. אלהי כסף deos argenteos: דחלן דמתכא deos conflatiles, Lev. 19, 4.

דְּחִילִין *lecticae, pilenta*, Jes. 66, 20. Sic adducit id hoc loco Elias, sed nostra exemplaria habent ר ab initio.

דַּחֲלוּלִין *terricula, terriculamenta*, quae forma humana in agris vel arboribus ponuntur ad abigendas aves, Bb. c. 2 in fine.

דחן דֹּחַן[39] *milium*, Ez. 4, 9 et Chald.

דוּחֲנָא *idem*, Num. 15, 19 in Jon.

דחם דְּחַם *arctare, premere, comprimere, imprimere, figere, firmiter ponere.* R. Sal. per לחץ exponit in Jevam. 42a et alibi per דחף, ibid. 103. מה הדס וה דחום בעלים quid est myrtus? ipsa est pressa foliis. Sic Jacob patriarcha fuit דחום בבנים pressus filiis, i. e. multos liberos habuit, Vr. s. 30. דכרעא עליה דחים quod pes ipsi firmiter impressus sit, incumbat, Jev. 102a. מאן דחליץ צריך למדחסיה לכרעיה qui est exutus calceo (levir sc., qui non vult ducere uxorem fratris defuncti) cum oportet premere pedem suum in terram, Jev. 103a. Hinc legendum judico, וְיִדְחַם רגליה בארעא et figet pedem suum in terra, Deut. 25, 9 in Jon. pro וְיָחֵם. Scribitur et per ש aliquando. Exemplum vide in TH. Bm. c. 9 mox ab initio.

דְּחָסָה, דִּיחוּם *compressio*, *pressio*, *pressura:* משום דחסה propter pressuram, Jev. fol. 42, 1.

דחף דְּחַף *depellere, deturbare*, ut hebr. ותדחף אידיה et impellat manum suam, Deut. 19, 5 in Jon. Sic citatur in Ar. ex TgH. Deut. 6, 19. לְמִדְחַף ית בעלי דבבך ad depellendum inimicos tuos. Sed in nostris libris legitur לְמִדְרֵי.

דְּחִיפִין *impulsi* i. e. *festinantes*, Esth. 3, 15 et 8, 14 in Tg. sc. hebr. דחופים.

דחק דְּחַק[40] *premere, urgere, festinare: repellere, depellere:* Praet. ולא דְחַק למיעל neque festinavit occumbere, hebr. ולא אץ, Jos. 10, 13. וּדְחַקַת ית ריגל בלעם et pressit pedem Bileami, Num. 22, 25 in Jon. ארי דְּחַקְתֵּיהּ quia premebat eum, Jud. 14, 17. ודחקת מעיקי et pressi inimicos meos, Ps. 7, 5. ודחיקו מלאכיא בלוט et presserunt, urserunt angeli Lothum, Gen. 19, 15. מימר קדישא דישראל דחיקו sermonem sancti Israëlis repulerunt, Jes. 5, 24, heb. נאצו. Hinc alias respondet hebr. רחק: et inde רְחִקוּ in Regiis: דחקו ושעבדו presserunt et subegerunt Israëlitas, Jud. 10, 8, hebr. וירעצו. Part. דמצראי דָּחֲקִין יתהון qua Aegyptii premunt ipsos, Ex. 3, 9. Ithpe. ארי אִדְּחֵיק עמא quod oppressus esset populus, I S. 13, 6. Sic legendum וְאִדְּחֲקַת et compressit se, pro אִדְּחַקַת, Num. 22, 25 in Jon. ארחיק ביומא ההוא pressus fuit eo die, I S. 14, 22.

דְּחִיק *pressum, angustum:* דחיק מלסוברא angustius erat, quam ut sustineret, I R. 8, 64 hebr. קטון minus. Pl. fem. ולשכתא עליתא דְּחִיקָן et conclavia superiora angusta erant, Ez. 42, 5, hebr. קצרות. Ri. לשון דחוק sermo pressus, concisus.

דוֹחַק *angustia, coarctatio.* Est *signum* quoque *virginitatis*, vide Maim. in Hilch. Ischut c. 11 et Schulchan Aruch: בדוחק arcte, stricte.

דְּחִיקוּ, דְּחִיקוּת *pressio, oppressio, pressura, angustia.*

דְּחוּק, דּוּחֲקָא, דְּחוּק *idem*, hebr. לחץ Ex. 3, 9. בדחוק בעיל דבבא in oppressione inimici, Ps. 43, 2. מגו דחוק פולחן דמצראי ex medio pressurae servitutis

---

[38]) Proprie *timor*, *deus*, *qui timetur* juxta illud poëtae: „Primus in orbe deos fecit timor“. (Vide in אנש et רבבא). Ita et Jacobus Labanum allocutus Deum verum in sententiam illius פחד *timorem* vocat (Gen. 31, 42. 48), et in Psalmis (76. 12), ubi de gentilibus Deo dona ferentibus agitur, in illorum sententiam pro Deo nomen מורא adhibetur. Imo ipsum nomen Dei veri יה, quod veterrimum omnium Dei nominum existimo, elisa litera ל, ex hebr. ילה arab. ولہ *tremuit, stupuit, pavore percussus fuit*, ortum, ut *numen tremendum*, ὁ Θεός, denotet, unde fit, ut hoc nomen nonnisi in carminibus solemnibusque orationibus, in ceteris autem scripturis ibi tantum adhibeatur, ubi de exstinguente Dei vi atque potentia delente (Ex. 12) est sermo.

[39]) Ita quidem Kimchius vocem per מי"ל i. e. milium reddit. Rectior autem sententia R. Salomonis videtur, quae vocem per פנ"ץ i. e. *panicum* explicat, ut sit Arabum دخن, quod idem significat.

[40]) Arab. دحق, syr. ܕܚܩ, *pressit, ursit, vexavit* aliquem.

aegyptiacae, Ex. 6, 6. גלי קדמי ית דוחקא manifesta est coram me pressura, Ex. 3, 9. Ri. שעת דחק hora pressionis, afflictionis, calamitatis. T. משום דוחקא דציבורא propter pressionem coetus ecclesiae, Gitt. 45a.

דטג דִיטַגְמָאָה vide infra in ליט.

דטל דְטוֹלְמוֹסִין in Br. s. 40. עלו דטולמוסין למקרב למסאנא דמטרנא ingressi sunt *Detolmosim*, ut tangerent calceum matronae (nempe Sarae). In gl. scribitur, autorem Ar. explicare טולמוס per איש בליעל ורשע *virum nequam et impium*. Sectione 52, ubi eadem verba leguntur circa finem, monet glossator, R. Salomonem in c. 1, Keth. adducere aliam lectionem, nempe, טודמיסין, quod idem sit ac אנשים רקים *homines nauci*. In TH. in Keth. c. 7, circa finem leguntur haec verba sic: עלו דטלמסן למגע לסמה דמטרונא. In Jalk. 26 legitur דְטוֹלְמוֹסָא ex forma syriaca. Quidam explicant *libidinosi*. Videtur esse factum ex gr. τολμήεις vel τολμηρὸς, *audax, temerarius*, ac proinde ד esse servile.

די דִי *qui, quae, quod: utriusque generis et numeri*, respondens heb. אשר. Item *quod conjunctionaliter:* די הן quod si, Dan. 2, 9. Indicat et *genitivum casum:* די דהב auri, ibid. v. 23. די ליה ejus v. 20. עד די usque dum (hebr. עד אשר diceres) v. 9. די לא ut non, v. 18. על די supra vel magisquam. Compositum כְּדִי *quum*, Dan. 3, 7. הא כדי perinde ac, Dan. 2, 43. וכדי et quum Dan. 5, 20. Cum pron. et aliis vocibus initio conjungitur: ברקיעא דשמיא in firmamento coeli, Gen. 1, 15. כל אילנא דבה אבא omnem arborem, in qua est fructus arboris, ibid. v. 29. דִּידִי i. e. אשר לי vel שלי qui mihi, h. e. *meum, mei*. Sic, דִּילִי Ps. 35, 14. דִּידָךְ *tuum*, דִּילֵיהּ *ejus:* טרידיה לדידיה inter se invicem: דִּילָנָא, דִּילָן *nostrum*, דִּלְכוֹן *vestrum*, דִּלְהוֹן vel דִּידְהוֹן, et per apocopam דידהו *illorum* et sic deinceps.

כְּדִי vide in litera Kaph.

די דֵּי *sufficientia, sufficiens, satis:* Cum aff. דיו sufficientia ejus, sua: דַּיָּם sufficientia ipsorum. די למבין intelligenti satis, Ri. יותר מדי plus quam satis, plus aequo, nimium: כְּדַי quantum satis est; דיינו sufficientia nostra: לא דיינו non satis est nobis.

דיב דִּיבָא *lupus:* contractum est hebr. זאב, cui respondet et ex quo ז in ד mutatum est: ידור דיבא עם אמרא habitabit lupus cum agno, Jes. 11, 6, ubi Regia habent דובא, quod ursum significat. Pl. כְּדִיבֵי רמשא sicut lupi vesperarum, Jer. 5, 6. Soph. 3, 3. כדיבי חטפי חטוף sicut lupi rapientes praedam, Ez. 22, 27.

דיג דיגון vel potius דִּיגּוֹן διάγων, *diagon, diagonum, duorum angulorum*, Bb. 164b. Sic טריגון τρίγωνον, טטריגון τετράγωνον, פנטיגון πεντάγωνον quinquangulum. V. et Nas. 8b*.

דיה דַּיְיתָא, דַּיָא, דַּיָה *milvus*, aut juxta quosdam, *vultur*, ut hebr. Deut. 14, 13. Sed et hebr. חסידה *ciconia*, a Jon. transfertur דייתא חורתא milvus albus, Lev. 11, 19. Sic in TgH. Deut. 14, 18. Et ap. Tos. in Ketub. 50a. Chol. 63.

בַּר הַדְיָא itidem *nomen avis*. Citat B. Ar. ex Chol. 63. Sed ibi legitur nunc בר חיריא. In Vr. s. 5. דדין בר הדיא הוא צופה מאכלו מי״ח מיל. Gl. scribit esse *speciem accipitris*.

דִּיהִי idem videtur esse quod דיכי: ut, כיום דיהי sicut die hoc, Gen. 25, 33 in Jon.

דיו דְּיו דְּיוֹתָא[41] *atramentum*, Jer. 36, 18. כתב בדיו si scripserit atramento, Sab. 104b. כדיותא טרפא si pulmo fuerit niger, sicut atramentum, vetitus est, Chol. 47b. In capitulis patrum c. 4. הלומד ילד למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר חדש: והלומד זקן למה הוא דומה לדיו כתובה על נייר מחוק: qui discit puer, cui similis est? Atramento scripto in charta nova: qui vero discit senex, cui similis est? atramento scripto in charta rasa. Pl. כמה דיואות משתפכות quot atramenta, i. e. quantum atramenti effusum est, MS. s. 27.

דַּיֵּית *atramentare*, id est, *atramento maculare:*. מדיית ליה בדיו atramento maculavit, vel conspersit illud, Bb. 163a, ubi perperam scribitur מטייט, similiter טיוטא per ט ubique, aut sic patitur permutatio harum literarum ד, ט et ת. In Ar. explicatur *atramento interpungere*.

Deinde דיו *milvus, vultur*, idem quod דיה supra, Metzia f. 24b.

Tertio, דיו *duo*, gr. est δύο, unde melius legeretur דִּיו: דיו זוגי duo paria: אותה שבת של דיו זוגי היתה illa requies duorum parium fuit duplex, Sab. 13b. In Ar. citatur tamquam una vox, דיוזגי. דיו פרצוף duplex facies, bifrons, quomodo Judaei fingunt Adamum primo fuisse conditum, Erub. 18a.

דְּיוֹטָא, דְּיוֹטָה *tabulatum, conclave, coenaculum*, T. דיוטה העליונה שלי tabulatum superius meum, Bb. 63a et 148. היו שתיהן בדיוטא אחת si ambae fuerint in tabulato uno, Sab. c. 11 in Misna. ואלה שלא יקיצו הם עתבי יי׳ אשר ירדו לדיוטה התחתונה של גיהנם et illi, qui non expergiscentur sunt derelinquentes dominum, qui descendunt in conclave infimum, gehennae, R. Saadias Dan. 12, 2. Sic in MT. Ps. 9, 18, ad haec verba, ישובו רשעים לשאולה notatur: לדיוטי התחתונה שבשאול in conclave infimum quod est in sepulchro. Adducit haec eadem Kimch. quoque in suis comm. Pro דיוטי in Br. s. 68 est לאמבטה התחתונה, et alibi לבוטי, in Br. s. 86. Pl. שתי דיוטאות זו כנגד זו duo tabulata, unum oppositum alteri, Erub. 88a. ארבע דיוטות זו למעלה מזו quatuor tabulata, unum altius altero, in Jalk. Num. 15.

דיוטגמא vide infra in ליט.

דְּיוֹטְרוֹן *gemina spelunca*, hebr. מכפלה, quomodo

*) דיאביטיס, διαβήτης, *morbus, quem diabeten mellitum vocant*, vel, ut alii volunt, *homo, qui eo morbo laborat*. V. Michlal Jofi s. v. *) דיאו *dies* a. q. etiam nomen trahit. Legitur in TH. As.

[41]) Arab. دَوَاةٌ, ut putat Willmetius s. v. دوى.

vocata, quae Sarae in sepulchrum cessit. Videtur esse gr. ex δύο et ἄντρον, quasi *duplex antrum:* vel ex δεύτερον, q. d. *secunda vel altera*, sc. *spelunca.* וקברו אותה בדיוטרין שלו et sepeliverunt eam in gemina spelunca ejus, Br. s. 62.

דְיוֹמְדִין *duae columnae.* In Gem.: quid est דיומדין? R. Jeremias respondit, דיו עמודין duae columnae, Erub. c. 2 init.: sic ergo vox contracta est ex duabus. V. et in Suc. 4b.

דְיוֹמָן. Sic citatur in Ar. et aliis et explicatur *sufficientia.* Error est. Nam legendum דמיון i. e. *similitudo, simile.* Verba autoris hebraei, ביקש ליתן לישראל דמיון לנחל quaesivit dare Israëlitis similitudinem fluminis, Num. 24, 6, quod citatum in Jalk. ex Tanchuma.

דְיוֹמָס *nomen fluvii* vel *fontis, cujus aquae salsae et utiles ad balnea.* In Gem.: אסור לעמוד בקרקעיתה של דיומס מפני שמעלת ומרפא prohibitum est stare (in sabbatho) in fundo Dejomas: propterea quod calefacit et sanat. Et paulo post: כל ימיה של דיומסת omnes dies fontis Diomasith sunt undecim, i. e. tot diebus in iis balneandum, ut sanitatem producant, Item, חמרא דפרוגייתא ומים דיומסת קיפחו עשרת חשבטים מישראל vinum prugiathinum et aquae (i. e. thermae) Diomasith absciderunt decem tribus ab Israëlitis, Sab. 147b. Hoc est voluptates et deliciae perdiderunt decem tribus. R. D. Kimchi et R. Sal. legunt ad Jes. 28, 1. חמרא דפרוגיתא ומיא דדורמסקית. In Ar. scribitur דומסית, et explicatur, *thermae, aquae calidae e terra prodeuntes.* Sic est idem cum דימוסין, דימוסיאות, de quo infra in דמס. Citatur in Ar. etiam, אלך לדומסית למקום נאה ומים יפים ex Avoth Rabbi Nathan. Sed in nostris libris haec vox non adest.

דיוסטוסו *creditor, foenerator, mutuo dans aliis pecunias pro foenore:* משל לאחד שלווה מן דיוסטוסו simile hoc est ei, qui mutuo accipit a foeneratore, in Sr. s. 31 ab initio. Est ex gr. δανείστης, unde scribendum דניסטוסו. Hoc est, quod Munst. et Guido ponunt: דיוסטרוס *pronus:* impertinenter plane et prave.

דְיוֹסְטַר *bilaterale, bilaterum, duorum laterum.* Compositum ex דיו δύο et סטר latus: היך סיפא דיוסטרא sicut gladius duorum laterum, i. e. anceps, qui utrinque scindit, hebr. חרב פיפיות gladius duorum orum, Ps. 149, 8. Alibi iste dicitur סיפא דתרין פומין gladius duorum orum, δίστομος, Pr. 5, 4. במפסלת דיוסטר ascia ancipiti, Ps. 74, 6. Ap. Tos. הדיוסטר instrumentum bilaterum, Kel. c. 20. Sumitur ibi pro instrumento certo textorum, quale est *panus.* Vide interpretes.

דְיוֹסְקְיָא, vel potius דיוסקיא *bisaccus, duplex, geminus saccus, mantica, pera.* Gallice *besace, bissac*, italice *bisaccia.* Est ex דיו duo, et סק, סקא saccus. Sic autem scribitur in Ar.: in Gem. autem et alibi apud Hebraeos scribitur varie, דסקיא, דייסקי, דיסקיא. Ap. Tos.: qui ossa (mortuorum) defert ex uno loco in alium, לא יתנם בדסקיא non ponet ea in bisaccum etc., Ber. 18a. In gl. exponitur מרצוף saccus coriaceus utrinque dependens, quali pecuniae in equis ferri solent: דייסקי מליאה ספרים mantica plena libris, TH. Ber. c. 3. אשכחו דיסקיא מליאה מיעות invenerunt bisaccum plenum nummis, Sab. 142b. כשהיתה דיסקייא מופקדה ביד אחרים cum sarcina patris ejus (in quo sc. pecunia ipsius erat) deposita fuerit penes alios, Bk. 105a. מחלוקת בשק ודיסקיא dissensio est de sacco et bisacco, Bb. 78a. Hinc patet, differre a simplici sacco. In Tg. מלי ית דיסקיי גובריא עיבורא reple bisaccos virorum istorum frumento, Gen. 44, 1 in Jon. hebr. אמתחות. Sic כד אנון מריקין דיסקייהון cum illi evacuarent bisaccos suos, (hebr. שקיהם saccos suos): והא גבר קטר כספיה בדיסקייה et ecce quisque loculum pecuniae suae reperiebat in bisacco suo, Gen. 42, 35 in Jon. B. Ar. scribit arabice vocari אלכרג. V. aliter infra in דסק.

דיוסקוס vide in דסק.

דְיוֹפִי *uter vinarius, per quem vinum ex uno vase in aliud traducitur:* vel, *instrumentum illud victorum, quo vinum ex orificio vasis educunt, quando aere ore extracto, vinum sponte effluit, quamdiu altera pars vinum contingit.* Compos. ex דיו et פי, quasi שתי פיות *duo habens ora, vas duorum orum*, Erub. 104a. In TH. in fine Erub. legitur pro eo דיובט, quod videtur esse compositum ex דיו et חבית elisa gutturali.

דיופוטא *amphitapa, stragulum utrinque formam unam referens, tapes, tapetum.* Citat sic B. Ar. ex Vr. s. 30, sed pro eo in nostris libris legitur טפיטא.

דיופיטון *pellucidus, translucidus.* In Jalk. 259b. כשאתם נכנסים לארץ אין אתם צריכין כלי זיין לא קובע דיופיטון ומחלק quando ingressuri estis terram, non indigebitis armis, non galea lucida et tersa seu laevigata. In gl. marginali explicatur ב׳ נרות בכל צד duo lumina in unoquoque latere. Est gr. vel ex δύο et φῶς, φωτός: vel ex διαφαίνω, vel διόπτομαι etc.

דְיוֹפוֹלִין *duo principes* vel *praefecti urbis, duumviri.* In T. Tan. 18b. לא זזו משם עד שבאו דיופוליה מן העיר non recesserunt inde, donec venerunt duumviri de civitate et cerebrum ejus baculis colliserunt; gl.: שני שרים. B. Ar. explicat, שני שלוחים duo legati, q. d. דיו duo, פולין legati.

דיופלוסטון *duplex palatium, amphitheatrum.* Sic Ar., juxta quem videtur esse corruptum ex δύο et παλάτιον: מי שלא ראה דיופלוסטון של אלכסנדריאה של מצרים לא ראה בכבודן של ישראל quicunque non vidit amphitheatrum Alexandriae Aegypti, non vidit gloriam Israëlis, TB. Suc. 51b. Pro eo melius, ut opinor, legitur in TH. Suc. cap. 5. כל שלא ראה דיפלי איסטבא של אלכסנדריאה quicunque non vidit duplicem stoam seu porticum Alexandriae etc. Sic esset compositum ex διπλόος et στόα, q. d. διπλόστοαν. Et haec etymologia melius arridet.

דְיוֹפְרָא, דוּפְרָה, דִיפְרָא *arbor bifera*, quae bis in anno fert fructum, gr. δίφορος, Dem. c. 1. Schevi. c. 9. In Gem.: מאי דיופרא quid est דיופרא? אילן

עושה דיו פירות בשנה arbor ferens duos fructus in anno, Erub. 18a.

דיוקן ,דְּיוּקְנָא ,דְּיוּקְנֵי *effigies*, *imago*. Videtur esse ex δύο et εἰκών, q. *duplex imago*, per se et alterius rei quam refert: בדיוקנא דיי מהלך גבר in imagine dei ambulat homo, Ps. 39. 7. hebr. בצלם. In Jon. נעביד אדם בצלמנא בדיוקננא faciamus hominem in imagine in similitudine nostra, hebr. כדמותנו Gen. 1. 26. et mox v. 27. בדיוקניה in imagine sua. Plur. בְּצִיּוּרִין וּדְיוּקְנִין cum figuris et imaginibus, Levit. 26. 1. in Jon. Ap. Tos. דמות דיוקני נתתי בהן similitudinem imaginis meae indidi eis, Mk. 15b. נסתכלת בדמות דיוקני בדיוקני עצמה לא תסתכל vidisti similitudinem imaginis meae, imaginem meam ipsam non videbis, Bb. 58a. דיוקנו אני רואה imaginem ejus ego video, Jom. 69b. Pl. דְּיוּקְנָאוֹת: unde illa juris constitutio: כתב המהלך תחת הצורה ותחת הדיוקנאות אסור לקרותו בשבת דיוקנה עצמה אף בחול אסור להסתכל בה: scriptum procedens sub figura, aut sub imaginibus (personarum, aut rerum gestarum) vetitum est legere illud in sabbatho: imaginem autem ipsam etiam in die profano vetitum intueri, Sab. 148a.

דְּיוּתָא vide supra in דיו.

דְּיוּתְקָא *familia*, *genus*, *cognatio*, Bm. 59b. in proverbio quod in זקף.

דיט דייט ,דייטי. Sic adducitur in Ar. et aliis, sed in Gem. ubique legitur דיוטא, de quo paulo ante in ordine דיו.

דְּיָטַגְמָא ,דְּיָאטַגְמַת ,דְּיָאטַגְמָא ,דְּיוֹטַגְמָא διάταγμα, *exemplar*, *descriptum*, *copia vel dupla alicujus scripti*, *exemplum: edictum*, *mandatum*. Legitur in Tg. Esth. pro voce פתשגן. Forma fem. דיטגמאה דכתבא לאתיהבא exemplum literarum ut detur, Esth. 8. 13. qua forma quandoque uti solent Judaei in inscriptionibus suarum epistolarum. Sic cap. 4. 8. דיטגמא דכתבא למהוא מתיהיבא exemplum epistolae ut detur, cap. 3. 14. Ri. scribunt etiam דְּיוֹטַגְמָא, ut apud R. Salom. דיוטגמא ישנה exemplar antiquatum, Deut. 6. 9, ubi amplius R. Salom. דיוטגמא מצות המלך שבאה במכתב diatagma est mandatum regium oblatum scripto. דיאטגמה כתובה ומחותמת diploma scriptum et obsignatum.

דְּיָאטְרֵיטִין ,דְּיָאטְרֵטָא διάτρητον, *diatretum*. Id, juxta quosdam, Graecis dicitur *calix caelatus et tornatilis*, Latinis *toreuma*, quod similiter a Graecis mutuatum est. Stephanus mavult, *calices pertusi et fracti*. Hebraei exponunt, *vasa vitrea pretiosa*, *pocula crystallina*. In Sr. s. 27. שמרו לי ב׳ כוסות הללו דיאטריטה custodite mihi duo ista pocula diatreta. In Br. s. 25. et 19. משל לזגג שהיה בידו קופה מלאה כוסות ודיטריטין simile est vitriario, coram quo erat cista plena poculis et diatretis. In ME. c. 1. V. 7. אלו כוסות דיוטריטא של כלי זכוכית שרואין על פניהם בהם ישן יקירין ככלי זהב ista pocula diatreta vitrea, in quibus vident umbram faciei suae, sunt aeque elegantia et pretiosa, ac vasa aurea. Sic dicunt Graeci διάτρητοι κύλικες. Apparet ergo Hebraeos per diatreta intelligere *vasa vitrea pretiosa*, *pocula crystallina*. Unde mirum, cur Munst. et Guido posuerint, דיו רושין *mendici*.

* דיך Vide mox in דך.

דיל דִּילָא ,דיילא (δοῦλος) *famulus*, *minister*, *qui ad mensam ministrat*, Pes. 86b. אמר ליה רב יהודה לאדא דיילא dixit R. Jehuda ad Adam famulum, As. 40b. Bk. 119a. Gl. explicat per שמש *minister*, *famulus*. Hujus Adae mentio quoque in Juchasin fol. 31. 2, ubi itidem דיילא dicitur esse idem quod שמש דרבנן. Item *telonarius*, *praefectus telonio vel tributis exigendis*. Hoc sensu legitur in proverbio quodam; אי בר אחתיך הוה דיילא הוי בשוקא קמיה לא תחליף si filius sororis tuae exactor tributorum fuerit, cavene in platea coram ipso transeas, in Jom. 18a. gl. שוטר המלך.

דין דין vide mox in דן. Alia hujus formae vide supra in דון.

דים דְּיְסָא *triticum contritum* vel *contusum*: item *pulmentum triticeum aut simile*: הדין דיסא היכדין מעלי למיכלה istud pulmentum quomodo est comedendum? Ned. 49b. דיסא דחיטי pulmentum ex tritico: דשער ex hordeo. Gl. Rabbenu Nissim, דייסא מאכל של חטים מבושלים, h. e. דייסא est *cibus ex tritico cocto*. In Ber. 36b. explicatur in R. Sal. *triticum contusum in mortario*: דייסא גרידא triticum contusum, siccum, absque mixtione sc. mellis, vel alius liquoris, ibid. איתי ליה דייסא ולא אכל attulit ipsi triticum contusum (vel pulmentum ex tritico contuso), sed non comedit, Bez. 14b. V. et As. 38a.

דְּיִיסְפַּק sic adducitur hic, sed perperam. Nam legendum ריספק, de quo in ordine רסף.

דייסקי vide in ordine דיו.

דיץ דִּיצָא *caprea*, *pygargus*, *capreae silvestris species*, Deut. 14. 5. pro Hebr. דישן. Vide et supra in דוץ: דִּיצְתָא דחסדא caprea gratiae, hebr. יעלת חן, Prov. 5. 19.

Secundo est *scutum*: דיצת הערביים scutum arabicum, Kel. c. 24. In gl. dicitur esse parvum admodum et cor, sive pectus tantum obtegens.

דִּיצְפִּי. Mendose hic adducitur ab aliis. In Gemara est דאצפי, quod vide in דצף.

דיק דִּיקָא δέκα *decem*, Ber. 56b. V. in קפא.

דיקולוגוס *causidicus*, *advocatus*. Est gr. δικολόγος: שני דיקולוגין duo causidici stabant coram Adriano, Jalk. in Legem, f. 221c.

דיוקנא vide supra in דיו.

דייקינתוס *nomen lapidis pretiosi*. Forte *hyacinthus*, Br. s. 79. in fine.

דייקלרא. Legitur in TH. Ber. c. 3. ובלבד דלא יעביד בהדין דיוקלרא modo ne faciat sicut iste דיוקלרא. In glossa explicatur, מכר שלשלאות שתולין בהם הנטיפות ושאר תכשיטין והוא מלשון קולר.

דִּיקוֹמְנִין *imagines*, *figurae sculptae vel pictae*, Jalk. f. 169. Forte est corruptum pro איקונין *icones* ex graeco.

דיר דִּירָה *vermiculus frumenti*, Parah c. 9.

דִּירָא ,דִּיר vide supra in דור.

דִּיר *limbus*, *lorica*, *labium*, Exo. 25. II. 24. in Onk. et Jon., pro hebr. זר, quod vulgo *coronam* ver-

tunt: דיר דדהב limbus aureus. Veneta quoque habent דָּיר et interdum זָיר, minus recte cum Chirek.

דית דָּיַת [42] *sudare, transsudare, exsudare, quomodo vas sorbet humorem et extrinsecus exsudat:* חזינא להו דמדייתי video ea (vasa), quod transsudant, i. e. humorem extrinsecus emittunt, Pes. 30b. Hinc videtur esse, תחותוי דָּיְתִין רשיעיא sub eo sudant improbi, Job. 9, 13. Legendum שָׁיְחִין curvantur, vel שְׁחַיִן. Vide et supra in דיו.

דִּיתְא vide supra in דיה.

דְּיָתִיקִי διαθήκη, *testamentum, tabulae extremae voluntatis de haereditate.* Gl. talmudica explicat: שטר צואה שכיב מרע *literae praeceptionis sive mandati*, sc. ultimi, quibus homo praecipit, quid post mortem suam de bonis relictis fieri velit, ex locutione, צו לביתך „praecipe domui tuae" II R. 20, 1, vide et II S. 17, 23. Ap. Tos. דייתיקי מתנה testamentum donationis, Mk. 18b in Misna, Bm. 13a et 18a. איזהו דייתיקי quare dicitur דייתיקי? quasi דא תהי קיים hoc (quod sc. hic scriptum est) erit ratum et firmum ab hoc tempore et post mortem meam, Bm. 19a. Bb. 135b. משה עשה דייתיקי Moses fecit testamentum: דייתיקי מבטלת דייתיקי testamentum (posterius) irritum reddit testamentum (prius), Bb. 152b et 135b. Pl. אידי ואידי דייתקאות utrumque est testamentum, Bm. f. 19b.

דיותקא vide supra in דיו.

דך דֵּךְ ,דֵּיךְ ,דֵּיכִי ,דִּיכִי *hic, is, iste.* Ponitur in Tg. pro hebr. זה: ut, בית אלהא דך domum dei hanc, Esr. 5, 17 et 6, 7. 8. מרי חלמיא דיכי אתא dominus somniorum iste venit, Gen. 37, 19. לכיפא דיכי in petra ista, Jud. 6, 20. עם עולמא דיכי cum puero isto, Zachar. 2, 4. מן הוא דיכי quis est ille? Zach. 4, 10. והאן דיכי סברי et ubi est ista spes mea, Job. 17, 15. אין לא דיכי מן הוא si non est hic, quis est, Job. 9, 24. דִּכֵּן *idem, et generis communis:* צלמא דכן רב imago ista magna, Dan. 2, 31. קרנא דכן עבדא קרב cornu istud gerebat bellum, Dan. 7, 21. Fem. דָּךְ *haec, ista:* קריתא דך urbs ista, Esr. 4, 13. Assumit א ab initio, ut alia similia: אִידָךְ *ista, illa:* כאידך לשנא sicut ista locutio: תניא אידך traditio ista vel alia: פתח אידך incepit aliud: ואידך פירושה et alterum est explicatio ejus.

דכא דְּכָא ,דְּכָה ,דְּכֵי , *purum, mundum esse, purum, mundum habere* vel *judicari.* Idem quod hebr. זכה, commutatis pro more ז et ד. Respondet et hebr. טהר, quod idem est. Part. cum aff. דְּכֵינָא מנך purior sum te, Jes. 65, 5 pro דְּכֵי אֲנָא. Fut. וְיִדְכֵּי et mundus erit, Lev. 11, 32. אם מן דעבדיה ידכי גבר num prae eo, qui fecit ipsum, mundior est quisquam? Job. 4, 17. ותדכי מסואבת דמהא et mundabitur ab immunditate sanguinis sui, Lev. 12, 7. לא תדכין non eris munda, Jer. 13, 27. קדם יי תדכון coram domino mundi eritis, Lev. 16, 30. וידכון et mundi erunt, Num. 8, 7. Pahel דַּכֵּי *mundare, purificare, purum habere* vel *pronunciare:* חלף דדַכֵּיתִיךְ pro eo quod mundavi te, Ez. 24, 13. Part. infin. et fut. לְדַכָּאָה כגבר דמצרף ומדכי כספא וידכי בני לוי ad mundandum, sicut vir, qui conflat et purificat argentum, purificabit vos, Mal. 3, 3. Alia forma infiniti לְדַכָּיוּתֵהּ ad mundandum eum, Lev. 13, 7. לדכיותהון ad mundandum eos, Num. 8, 7. לדכותיה ad mundum pronunciandum illud, Lev. 13, 59. לדכיותה ad mundandum eam, Ez. 39, 14. Fut. אֲדַכֵּי יתכון mundabo vos, Ez. 36, 25. תדכי יתי mundato me, Ps. 51, 4. במא ידכי טליא ית אורחתיה quonam mundabit puer vias suas? Ps. 119, 9. Ex Aphel fut. וְאַדְכֵּי יתהון et emundabo eos, Ez. 37, 23. Ithpahel וְאִדַּכִּיית מחובתי et purus sum a peccato meo, Prov. 20, 9. דלא אדכינא מניה quod non mundati sumus ab eo, Jos. 22, 17. Part. דְּמִדַּכֵּי quae emundatur, Lev. 14, 28. ארעא לא מדכיא terra non mundata est, Ez. 22, 24. והיא מתדכיא מסובתה et mundata est ab immunditia sua, II S. 11, 4. Imper. fem. הִדַּכֵּי immunis esto, hebr. הנקי, Num. 5, 19 in TgH. Futur. וְאֶדְכֵּי et mundabor, Ps. 51, 9. ותדכון et mundabimini, Ez. 36, 25.

דְּכֵי ,דְּכֵי *purus, mundus,* Lev. 13. דהב דכי auro puro, Ex. 25, 11. כל עופא דכי תיכלון omnem avem mundam comedetis, Deut. 14, 20. Emph. בין מסאבא לְדַכְיָא inter immundum et mundum, Ez. 22, 26. Constr. וּדְכֵי אידיה et purus manibus suis, Job. 17, 9. Fem. בעירא דַּכְיָא bestia munda, Gen. 7, 2. וית מנרתא דמחילה דַּכְיְתָא et candelabrum purum, Ex. 31, 8. ליונתא דַּכְיְתָא quae similis es columbae mundae, Cant. 2, 14. Melius legeretur דַּכִּיתָא attritae, a radice דכך. Pl. תרתין צפרין חיין דַּכְיָן duos passeres vivos mundos, Lev. 14, 4. Emph. דַּכְיָתָא mundas, Gen. 27, 15.

דְּכוּ ,דְּכוּת ,דְּכוּתָא *purgatio, purificatio, mundatio:* תתיב בדם דכו sedebit in sanguine purificationis, Lev. 12, 4. Cum aff. יומי דכותה dies purificationis ejus, ibidem. בדכותיה in emundatione sua, Lev. 14, 32. לדכותיה ad emundationem sui, ibid. v. 23.

מַדְכּוּתָא *idem,* Esth. 3, 8 in Tg. sec.

דִּכְוָן *caulae,* Num. 32, 24 in Jon. est דירין, unde alterum mendosum videtur pro דִּירָן.

דכך דְּכַךְ unde geminatum דכדך *conterere, contundere:* דכדך לארעא חיתי atterit in terram vitam meam, Ps. 143, 3. Fut. יְדַכְדֵּךְ conteret, Ps. 10, 10, hebr. ידכה. Ex Ithp. וּמִדַּכְּכִין et conteruntur, Job. 34, 25.

דְּכִיךְ *contritum, attritum:* Fem. רוחא דְּכִיכְתָא spiritus contritus, Prov. 17, 22, hebr. נכאה attritus.

דכן דוכן [43] *suggestum, suggestus,* ἀκροατήριον, *locus excelsior in templo aut synagoga vel scholis, unde peroratur, legitur, aut publica sacra et solennia peraguntur:* במפרסהון ידיהון על דוּכְנָא cum extendunt manus suas super suggesto, Num. 6, 23 in Jon. קדם דוכן לואי ante suggestum Levitarum, Ez. 42, 12. על דוכן קודשא super suggesto sancto, Ps.

---

[42]) Nonnulli ad gr. διαῤῥέω, *perfluo*, vertunt.

[43]) Persice دکان, quod idem significat.

134, 2. Ex hoc Levitae benedicebant populo, ut ex illo apparet: וקימין על דוכניהון ומברכין לעמא et stant in suggesto suo ac benedicunt populo, Cant. 3, 7. Ap.Tos. כל כהן שאינו עולה לדוכן עובר בשלשה עשה omnis sacerdos, qui non conscendit suggestum (quando sc. benedicit populo), transgreditur tria praecepta affirmativa, Sot. 38b. ריש דוכנא caput suggesti, in Bb. 21a. Sic appellatus fuit secundarius praeceptor in scholis, qui diligentius observabat primarii doctoris aut professoris publici doctrinam eamque ab auditoribus reposcebat et secundo inculcabat. Capiebat autem pro eo labore mercedem a singulis, nec eligebatur, nisi auditores essent quadraginta et amplius. In Ar. scribitur esse arabicum: הלויים משוררים על הדוכן Levitae canebant super suggesto, Am. 5, 23 in Raschi.

דכון *locus elevatus in foco et cavus, cui ollae imponuntur subjecto igne:* דכון שיש בו בית קבול קדירות focus, in quo est locus receptionis ollarum, Kel. c. 7. In gl. scribitur sic dici, quod sit elevatus locus instar דוכן suggesti.

דַכַּן vide supra in דך.

דוכוס דכס *dux.* Pl. תמנין דוּכְסִין octoginta duces, Cant. 6, 7. עם דוּכְסֵי מלכא cum ducibus regis, Esth. 5, 11. Ap. Tos. תנו לי דוכוס אחד date mihi ducem quendam, gl. שופט *judicem*, Sanh. 39a. מפיק דוכסין ומעייל דוכסין ejicit duces et introducit duces, h. e. deponit veteres et novos in eorum locum assumit, Br. s. 67 f. 53b et MK. 112a.

דוּכְסוּת *ducatus.*

דְכְסָמֵינֵי *receptaculum, conceptaculum,* sc. *aquarum.* Est gr. δεξαμένη. B. Ar. sic citat ex Jelam.: „accipe baculum", Num. 20, 8, „ad aquas lenes deducit me", Ps. 23. Quia puteus factus erat unicuique tentorio דכסומני in conceptaculum aquarum, ne opus haberet quisquam se fatigare et aliunde aquam petere. Addit B. Ar. explicationis loco: שביל היה עושה המים והיה הולך עד אהלו semitam faciebat aqua et ibat ad tentorium uniuscujusque. Hinc ponunt Munst. et Guido, דכסמן *limes, semita, via.* Sed nec B. Ar. nec illi originem vocis intellexerunt. In meo tamen exemplari verba ista h. l. non reperio.

דוכסן. Hinc citat iterum B. Aruch ex Jelam.; ואברהם זקן „et Abraham erat senex", Gen. 24, 1. וכן שלמה כיון שהוקין חולי דוכסן [44] שנאמר ויהי לעת זקנת שלמה נשיו הטו את לבבו et sic Salomon, cum consenuisset, morbo affectus visus est, sicut dicitur: et fuit tempore senectutis Salomonis, uxores ejus inclinaverunt cor ejus, IR. 11, 4. Nec istud exemplum reperio in meo exemplari. Guido explicat, *petulans, lascivus, effeminatus* *.

דוכסוסטוס *pergamenum, membrana, vel certa membranae species.* Tres enim numerant Hebraei species pergameni, גויל קלף דוכסוסטוס, de quibus sic scribit Rabbi Moses ben Majemon in הלכות תפילין c. 1. שלש עורות הן גויל וקלף ודוכסוסטוס tres sunt pelles, nempe גויל et קלף, et דוכסוסטוס. Quomodo? accipiunt pellem bestiae aut animalis alicujus, et auferunt primo ab ea pilos, deinde saliunt eam sale, postea aptant eam cum farina, galla et similibus rebus pellem contrahentibus et indurantibus. Et haec species vocatur גויל. Deinde accipiunt pellem postquam pilos sustulerunt divíduntque eam secundum crassitudinem ejus in duo, (pro more coriariorum) ita ut fiant ex ea duae pelles, una tenuis, quae videlicet est versus pilos et altera crassior, quae est versus carnem, hasque similiter aptant sale, farina, galla et similibus; vocaturque tum ea pars, quae versus pilos erat קלף, altera vero, quae versus carnem, דוכסוסטוס. Haec Majemon. Idem scribitur plane in Schulchan Aruch p. 1, num. 32, s. 7. Tephillin scribebant super קלף, et Mesusos super דוכסוסטוס. V. autores citatos et T. Sab. 79b. Men. 32a. Vocabulum est peregrinum. Potest deduci a gr. διχάζω *in duo divido,* quasi διχαστὸς, διχαστὸν, *pellis divisa in duo,* secundum definitionem Hebraeorum: vel ex δύο et ξεστὸς vel ξυστὸς, quasi dicas, *bis rasus* vel *utrinque rasus,* ut sic fere idem sit quod παλίνξεστος vel παλίμψηστος.

דכסוסיא [45] *eques urbis, conductitius publicus, qui nomine magistratus huc illuc mittitur, cum necesse est.* In Gemara מאי דכסוסיא פרשא דמתא quid est דכסוסיא? eques urbis: in Meg. 27a.

דכר דְכַר *recordari, meminisse, memorem esse,* idem quod זכר hebr. Praet. ית צדקוי דְכַר justorum suorum recordatus est, Ps. 9, 13. יי דכר יתנא לטב dominus recordatus est nostri in bonum, Ps. 115, 12. Fem. ex forma Pehil ולא דְכִירַת et non recordata est, Thr. 1, 9. דלא דְכַרְתִּנּוּן quorum non recordaris amplius, Ps. 88, 6 in Neb. et Regiis: ואן דְכָרִית et si recorder, Job. 21, 6. Part. cum aff. וְדָכַרְנָא ית קימי et recordor ego foederis mei, Gen. 9, 15. Plur. כד הוינא דָכְרִין ית ציון cum essemus memores Tzijonis Ps. 137, 1. Const. וּלְדָכְרֵי פקודוי et iis, qui recordantur praeceptorum ejus, Ps. 103, 18. Pass. דְכִיר קדמוי memoratur coram eo, ibid. v. 14. הוו דְכִירִין fuerunt memores, Zach. 10, 9. Fem. הות דְכִירָא ירושלם memor fuit Hierusalem, Thr. 1, 7. Infin. מִדְכַּר תדכר recordando recordabitur, Thr. 3, 20. Fut. אֶדְכַּר recordabor, Ps. 77, 4. אדכר עובדי אלהא recordabor operum dei, ibid. v. 12. בדיל דתדכר ut recorderis, Deut. 16, 3. Cum aff. וְתִדְכְּרִנַּנִי et recorderis mei, Job. 14, v. 13. לא הדכרין עוד non recordaberis amplius, Jes. 54, 4. ידכר כען מלכא recordetur nunc

[44]) Gr. διξὸς (jonice pro δισσὸς) *duplex*, ut haec vox in Jelam. Gen. 21, legitur, i. e. duplici morbo Salomo affectus est, senectute videlicet ac petulantia.

*) Item vox דוכסן in TH. Bm. c. 3, pro *honore* atque *gloria* sumitur ad gr. δόξα spectans.

[45]) Vox composita, ut nonnulli volunt, ex דך heb. זה *hic* et סוסיא *equus*, quasi diceres, *equus semper paratus, si eo opus esset.*

rex, II S. 14, 11. בדיל דתדכרון ut recordemini, Num. 15, 40. ידכרון נסוי recordabuntur miraculorum ejus, Ps. 22, 28. Ithpehal praet. וְאִדְּכַר שמשון ית אתתיה et recordatus est Samson uxoris suae, Jud. 15, 1. לא אִדְּכַרְתְּ non es recordata, Jes. 17, 10. אדכרית דינך recordatus sum judiciorum tuorum, Ps. 119, 52. אין אִדְּכַרְתִּיךְ על דרגשי si recordatus sum tui super strato meo, Ps. 63, 7. ולא אדכרו בני ישראל et non recordati sunt filii Israel, Jud. 8, 34. ולא אדכרו ית נסא דידיה non recordati sunt miraculi manus ipsius, Ps. 78, 42. Imper. אִדְּכַר כען memento quaeso, II R. 20, 3. אדכר עני נפשי memento afflictionis animae meae, Thr. 3, 19. אִדְּכַר רחמך recordare misericordiae tuae, Ps. 25, 6. Fut. לא יִדְּכַר עוד non memorabitur amplius, Jer. 11, 19. לא ידכרון עוד non memorabuntur amplius, Jerem. 31, 34. Aphel praet. אַדְכַּר שמי recordatus est nominis mei, Jes. 49, 1. Part. ית סורחני אנא מַדְכַּר peccatum meum ego commemoro, Gen. 41, 9. Et ex forma Pahel, מְדַכַּר חובי אבהת רשיען recordans peccatorum parentum impiorum, Ex. 20, 5 in Jon. Infin. בדיל לְאַדְכָּרָא שמי ut memoret nomen meum, II S. 18, 18.

Apud Tos. רחמנא ידכרינך לשלם deus misericors recordetur tui ad pacem. Sic olim alloquebantur et salutabant aegrotantes, hebr. השם יפקדך לשלום dominus visitet te ad pacem, Sab. 12b. ואתא ר' עקיבא לאדכוריה et venit Rabbi Akivah, ut eam (doctrinam) ipsi in memoriam revocaret, As. 46b.

דְּכַר *mas, masculus:* דכר ונוקבא masculum et feminam, Gen. 1, 27. דילדתא לדכר parientis masculum, Lev. 12, 7. Pl. דִּכְרִין תקדיש קדם יי masculos sanctificabis coram domino, Ex. 13, 12.

Deinde דכר est *aries:* ית בשר דִּכְרָא carnem arietis, Ex. 29, 32. Pl. דִּכְרִין arietes, Esr. 4, 15. עלות דכרין holocausta arietum, Jes. 1, 11. קרבן דכרין sacrificium arietum, Ps. 66, 15. חופאה דמשכי דִּכְרֵי tegumentum ex pellibus arietum, Ex. 39, 34. טוריא טפוו היך דכרין montes salierunt sicut arietes, Psal. 114, 4.

דְּכוּר *masculus:* ית כל דכורה omnem masculum ipsius, Deut. 20, 13. Pl. דְּכוּרַיָּא Lev. 21, 1 in Jon. Cum aff. כל דְּכוּרָךְ omnes masculi tui, Ex. 23, 17. למרמי דכוריכון בנהרא ad projiciendum masculos vestros in fluvium, Jer. 2, 18. Ez. 16, 5. In Zohar, בסטרא דכורא in latere masculi, col. 152 in Gen.

דְּכוּרוּ *ariolus*, Lev. 20, 27, pro hebr. ידעוני in Onkelo. At Jon. habet זכורו. Male Guido pro hebr. אוב positum notaverat. Id enim transferri solet בידין.

דִּכְרָנָא, דּוּכְרָנָא, דּוּכְרָן, דִּכְרָן *memoria, memoriale, monumentum, historia memoriae causa notata:* דוכרנא דצדיקי ברכתא memoria justorum benedictio, Pr. 10, 7. לדוכרן עלם יהי זכי in memoria perpetua erit justus, Ps. 112, 6. לדוכרן קים עלם in memoriam pacti sempiterni, Gen. 9, 17. Cum aff. ויעול דִּכְרָנִי קדמך et veniat memoria mei coram te, I S. 1, 11. יהוה דכרנה dominus memoriale ejus, Hos. 12, 5. הובדת דכרנהון perdidisti memoriam eorum, Ps. 9, 7. Pl. דִּכְרָנַיָּא res memorabiles, Esr. 4, 5. חתים בספר דכרניא מרודי obsignata est in libro memoriarum defectio mea, Job. 4, 17. ארבעה לילן בספר דוכרניא quatuor noctes scriptae sunt in libro historiarum, Gen. 12, 42 in Jon. et TgH. דממנא על דכרניא qui praefectus est monimentis, i. e. qui est a commentariis rerum memorabilium, hebr. המזכיר, graece ὁ ἀναμιμνήσκων, II R. 18, 18.

דִּכְרוֹנָה *memoriale*, Esth. 6, 2.

דּוּכְרָנִיתָא *femina.*

אַדְכָּרוּת *memoria*, Ps. 30, 5.

אַדְכָּרָה *memoriale, suffimentum*, Lev. 2, 2. Masorethae sic vocant nomen divinum יהוה, eo quod *memoriale est divinae essentiae* et quia deus ipsemet Mosi dixit, זה שמי לעלם וזה זכרי לדר ודר hoc est nomen meum in perpetuum et hoc est memoriale mei in quamque generationem, Ex. 3, 15. V. Clavem nostram masorethicam, et infra in זכר.

דכר[46] *vermiculosum:* ענבין דכרין uvae vermiculosae, gl. ענבים שהתליעו Nasir 34b.

דלא דְּלָא, דְּלֵה, דְּלֵי[47] *haurire, exhaurire, extrahere: levare, elevare, efferre, evehere, tollere, sustollere*, ut hebr. Praet. cum infin. מִדְלָא דְלָא לנא hauriendo hausit nobis, Ex. 2, 19. דְּלִיתֵיהּ extuli, extraxi eum, Ex. 2, 10 in TgH. דדלו אבנא ומשקי מיא hauriunt, i. e. hauriendo evehunt lapidem et potat sive elicit aquam, Esth. 1, 3 in Tg. sec. Part. דָּלַיִן עלויי אונקלון דכסף elevatae super uncinis argenteis, Esth. 1, 6. Fut. גברא דמתבין נִדְלֵיהּ vir, qui intelligens est exhauriet illud, Pr. 20, 5.

Ap. Tos.: לא ידלה מן התחתונה וישקה את העליונה non hauriet ex area superiori, ut irriget superiorem, Mk. 4a. מדלין לירקות כדי לאוכלן hauriunt (aquas) pro oleribus, ut comedant ea, ibid. לא הוה לן לדלויי לן רישא מניה non poteramus attolere caput coram ipso, Mk. 25a. Prov. אי דלית דורא דלינא ואי לא לא דלינא si portaveris onus, portabo et ego: si vero non, nec portabo ego, Bk. 92b. Sensus: si socius operae vel negotii fueris, aequas vires jungemus: sin minus, solus periculum aut damnum non subibo vel tua causa laborabo. Aliud: אי לאו דלינא חספא לא משכחת מרגניתא תותיה si non elevassem ego testam, non invenisses tu margaritam sub ea. Hoc in TH. Maser. in fine sic effertur: מן דגלייח לך חספא אשכחת מרגניתא posteaquam tibi revelata vel monstrata est testa, invenisti margaritam. Usurpari potest de eo, qui laborem aliquem sustinet, cujus fructum percipiunt

[46]) Convenit germanico „wurmstichig". Omnino Vir doctissimus Fuerst radicem דכר, heb. זכר arab. ذكر et syr. ܕܟܪ ad originem *pungendi* vertit (vide Concord. ejus), quae sententia ex hac significatione talmudica firmatur. Dummodo primitivam significationem praebentem rectius hanc talmudicam vocem in initio radicis דכר poneres.

[47]) Affine est τῷ דלל, ut arab. دَلَا et دَلَّ.

alii: vel etiam de eo, qui primus glaciem aliqua in re fraugit vel quippiam invenit. Ex Pahel דַּלְיִנְהוּ למניה elevavit eas (vestes) super se, i. e. super humeros, Tan. 23b. המדלה את הגפן על האילן qui elevat vitem super arborem, Kil. c. 6. Imper. דל דפנות tolle tabulas, Suc. in princip. Item דל מנייהו עשרים ותרתין ופשו להון תלתין tolle, aufer ab eis viginti duo: et remanebunt ipsis triginta tres, Sanh. 103a. דל חד קרא לגופיה ופשו להו ג׳ aufer unum versum pro substantia ejus et remanebunt ipsis tria. Ithpehal אִדְּלִי, cujus usus in Adagio talmudico, ארלי יומא ארלי קצירא quum attollitur dies, tollitur morbus Bb. 16b. Sensus: oriente sole miniuntur morbus aut dolor, ubi alterum ארלי sensum habet a דלל, attenuatur, minuitur. Causa ibidem redditur ex R. Simeonis Jochaidis sententia, qui dixerat: lapis pretiosus suspensus fuit in collo Abrahami patriarchae, quem cum aspiceret aegrotus, mox sanabatur. Cum autem ex hoc mundo discederet Abrahamus patriarcha, suspendit deus lapidem istum in sphaera solis. Haec ibi. Inde ergo ortum fuit Adagium istud, quod aegrotus solem aspiciens, vel sanetur, vel leviores dolores experiatur et sole decumbente, morbus et dolores augeantur. Hic autem forte est iste lapis, quem quidam tam anxie quaerunt, alii se habere gloriantur, quo sanari possunt omnes morbi. Aphel הדלה עליה את הגפן si suspenderit super illud vitem, Suc. 9b.

דְּלִי *urna, situla*, hebr. Pro eo in Tg. est דול, ut supra suo loco notatum. Apud astronomos porro est *aquarius, signum coeleste*.

דָּלִית *vitis arbustiva* sive *pergulana*, *in altum suspensa*, ap. Tos. Talis formae in scriptura sunt, שְׁבִית בְּרִית, חֲנִית et similia. Perperam alii notarunt דָּלֶת: nam cum Joth semper in Gem. legitur et est a דלה. Unde et דָּלִיּוֹת *propagines*, hebr. Jer. 11, 16. Ti. בדלית ובדקל מוריד ומחלק לעניים de vite arbustiva et palma paterfamilias decerpit et distribuit pauperibus, loco sc. פאה, Pea c. 4. דלית המודלית על תאינה vitis elevata vel suspensa super ficum, Ker. 15a. אין מביאין מן הדליות non adducunt uvas ex vitibus jugatis, Kil. c. 7.

דַּלָּאִין *haustores, qui aquas hauriunt ad potandum gregem et irrigandos agros:* אריתא דדלאי fossa, rivus haustorum, Bk. 61b, unde sc. aquam hauriebant ad irrigandum agros: דלאי דדלו דולא haustores, qui hauriunt aquas, Jev. 97b.

דְּלוּי *elevatio, sublatio: haustus:* Proverb. אגרא דהספרא דלוי merces planctus est elevatio, sc. vocis, juxta illud decantatum in Scriptura: „et sustulit vocem suam et flevit“, Ber. 6b. Scribitur illic דְּלוּיֵי, quod formam habet infiniti talmudici in hoc verborum genere דְּלוּיֵי. Infinitum autem pro nomine sumi, usitatum: כולי עלמא דלו תלתא דְּלוֹתָא omnes hauriunt tres haustus: quomodo sc. hauritur aqua ad irrigandos agros, ut olim in usu, Gitt. 74b.

מַדְלָא *erectio, elevatio,* Ti. דרגא דמדלא לא ליתחיה איניש אדיקלא scalam erectionis, i. e. longam et gravem, non ponet homo ad arborem, Sab. 155a. Facile enim labascunt tales scalae. In Aruch in litera Aleph legitur דרגא דאמדלא, ex quo Munst. prave interpretatur אמדלא *scalam*.

דלב דּוּלְבָּא, דְּלוֹב *castanea arbor*, juxta Hebraeos recentiores, quos secutus Fagius, Gen. 30, 37, pro hebr. ערמון. Drusius vult *platanum* significare, idque probat ex lingua arabica, in qua D u l b[48] platanum significat. Vide eum in Gen. c. 81. Consentiunt cum ipso LXX. Legitur in T. in Rh. 23a, ubi in gl. explicatur *castanea*, et in Suc. 32b. In Ketub. Hier. 31d, explicatur hebr. ערמונים, per דּוּלְבֵי.

דולבקי vide infra in דלק.

דלג דְּלַג [49] *transsiliit, subsiliit, exsiliit, saltavit.* Rabbini ajunt, esse *saltare, uno pede terrae imposito, altero elevato*, קפץ utroque pede sublato saltare: וְדַלְגֵיהּ et exsilire fecit eum ex carcere, eduxit eum, Gen. 41, 14 in Jon.

דִּלּוּג *transitus, transsilitio, exsilitio, saltatio.* Usum hujus vocis in Masora vide in Clave Masorae c. 5.

דלח דְּלַח *pavere, expavescere, formidare*, idem quod דחל, de quo supra. Usurpatur autem in Tg. pro hebr. פחד. Praet. דלוחא דְּלָחִית pavor, quo expaveram: מה דִּדְלָחִית ייתי לי quod formidaveram obvenit mihi. Job. 3, 25. דְּלַחוּ דלוחא timuerunt timore. Infin. דלית בהון צרך לְמִדְלַח in quibus nulla erat necessitas ad timendum, Ps. 53, 6. Vide etiam infra in זלח. Fut. ממן אֶדְלַח a quo formidabo? Ps. 27, 1. In Pahel סגעי אברי דַּלְּחֵיהּ multitudinem membrorum meorum pavere fecit, Job. 4, 14. Aphel דְּמַדְלַח לביה תדירא qui pavere facit cor suum jugiter, Pr. 28, 14.

דְּלוֹחָא, דְּלוּחְיָא *pavor, formido:* יחדי לדלוחא gaudet ad pavorem, Job. 39, 25. Regia דְּלוֹחָא, et

[48]) Mirum mihi videtur, quod in epitome Buxtorfii adjuvante Fleischer a theologo quodam hebraeo nuper in lucem prolata in hujusce nominę quasi recens sententia legitur, vocem דלב arabicum esse دلب dulb, quum hanc sententiam veterrimam in nomine Drusii ibi legamur. Quo magis de ipso viro modesto mirandum, quod, quum recenseret illum libellum, talem sibi non caveret adulationem. Nihilo minus magis sententia Relandi arridet, talmudicam vocem e Persia, ubi arbor דלב frequentissima, migrasse. Nam ut absit plura a vicina Persia ad Talmudicos migrasse vocabula quam a remota Arabia, etiam hoc superest, quod in syr. lingua talm. דלב ܕܘܠܒܐ, et per ר, ܪܘܠܒܐ, scribitur convenienter susui Persarum, qui pro eo دلب et دلبر habent.

[49]) Vocem cum arab دلج, cui, ut putat, notio insit vibrandi, refert Willmetius. Alii eam eandem habent atque دلق *prosilire cum impetu* (in conj. VII), heb. דלק.

nisi nomen ejus fuisset Dalilah, digna tamen eo fuisset: nam debilitavit robur ejus, (Samsonis) debilitavit cor ejus, debilitavit opera ejus: In Aphel אַדֵּל *attenuare:* vel, *extrahere, evellere,* ut sic conveniat cum דלה supra. Hinc est, חַמֵּדֵל בגפנים qui attenuat in vitibus, vel, qui extrahit vites, Peah. c. 3 et 7. Sic המדל בזיתים qui extrahit oleas, Schevi. cap. 4. Quando nempe vites vel oleae aut aliae arbores nimis stipantur et condensantur, tum solent inter medias vel viliores extrahi, eradicari, vel abscindi, ut ceterae tanto melius et commodius crescere queant. Et qui hoc facit vocatur hic חמדל *attenuator, attenuans:* vel *extractor, extrahens, evellens.* In quibusdam libris scribitur המידל, cum Jod, sed sine ratione. Munst., Guido et alii מ faciunt radicale et ponunt, מרל extraxit, evulsit.

דִּלְדּוּלִין *tori, partes corporis torosae et pendulae:* בעלי הדלדולין פסולין באדם וכשרין בבהמה torosi vel torosae partes in homine deformes sunt, in bestia rectae sive pulchrae, Bech. 45b.

הַלֵּל *laudatio: hymnus:* Ita κατ᾽ ἐξοχὴν appellant Judaei *hymnum quendam, qui complectitur Psalmum* 113. 114. 115. 116. 117. et 118. uti videre est in libris precum et ritualibus ipsorum. Dicunt autem hymnum istum in ראש חדש principio mensis, בחנוכה in festo dedicationis, et בשלש רגלים in tribus festis majoribus, nempe שבועות septimanarum, סוכות tabernaculorum, ופסח et Paschatis, sicut iterum annotatur in libris precum, in vestibulo hujus hymni. Hymni hujus duas constituunt partes; prima continet Ps. 113. et Ps. 114. usque ad למעינו מים, quae sunt verba ultima illius Psalmi; altera continet Psalmos reliquos. Primam partem in festo Paschatis recitare solent antequam accumbant et cibum sumant: alteram post sumptum cibum, quando quartum et ultimum poculum biberunt addita alia benedictione, quam ברכת שיר benedictionem cantici vocant, et incipit יהללוך יי׳ כל מעשיך וכו׳, solenni item illa benedictionis formula, ברוך בורא פרי הגפן benedictus sit, qui creat fructum vitis etc. Et sic coenam paschalem claudunt. Consuetudinem hanc esse antiquam inde patet, quod ejus mentio fiat in Talmud in Pes. f. 117a. et seqq., ubi varia de eo disputantur: quis nempe ejus autor fuerit? de quo variae sunt doctorum sententiae. Concludunt tamen, a Prophetis hoc Israëlitis praescriptum esse. Cur et quas ob causas hunc hymnum potius quam alios recitent? etc. Videri potest quoque de his Abarbenel in libro זבח פסח folio 51. etc. Hymnum hunc quoque vocant הלל מצרי hymnum aegyptium, propterea quod dicatur propter egressum ex Aegypto, Abarbenel dicto loco. Paulus Episcopus Burgensis vult hunc hymnum ex consuetudine Judaeorum recitasse Apostolos post coenam Paschalem, et de eo intelligendum, quod Matth. 26, 30 ait: Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Quod omnino est probabile. Nam cum in caeteris constet Christum cum Apostolis Judaeorum ritum in comedendo Paschate observasse, probabile est, illum et hic eos secutum fuisse. Et quia poculum illud, cujus v. 27. fit mentio, procul dubio fuit quartum et ultimum, forte etiam, ut supra dictum, de altera duntaxat parte accipiendum erit. Verba Pauli ad Psal. 113. sunt haec: Iste Psalmus cum quinque sequentibus, usque ad Psalmum *beati immaculati* exclusive, vocatur ab Hebraeis hallelujah magnum, i. e., hymnus magnus, de quo singularem faciunt solennitatem. Nam in tribus praecipuis festis et in neomeniis stantes istum hymnum cum majore cantant solennitate, quam caeteros Psalmos totius Psalterii. Insuper in nocte Paschae, quum agnus paschalis comedebatur, post ejus comestionem recumbentes ad mensam istum hymnum solenniter dicebant. Unde de hoc hymno, ex istis sex Psalmis composito, intelligi debet illud, quod in imminente Passione Matth. 26. capite legitur, hymno dicto etc. eo quod Christus post agni paschalis comestionem, hujusmodi ritum consuetum servans, hymnum praedictum cum Apostolis recitavit: quia etiam Hebraei hodie, agno paschali carentes, in illa nocte, scil. Paschae istum hymnum cum azymis solenniter, prout possunt, cantant. Hactenus ille. De re ipsa nil dico. Certum est, ut ostensum, Judaeos hoc hymno in festo paschatis uti. Verisimile omnino, Christum ipsorum consuetudinem observasse; sed quod dicit, illos hymnum istum, qui dictos Psalmos continet, vocare hallelujah magnum, illud apud Hebraeos non reperio. Sed ubique tam in ipso Tal-

---

[40a]) السورة Surata, i. e. pars vel sectio Corani.

[41]) Ar. هل *illuxit, splenduit,* syr. ܗܠ, cujus usus in Pa. tantum ܗܠܠ.

mud, quam in ritualibus et libris precum הלל absolute vocatur. Mentio tamen quoque fit הלל הגדול **hallel** sive hymni magni. Sed aliter ab Hebraeis de**finitur.** Nam in T. Pes. 118a. ab initio ita legitur: חנו רבנן רביעי גומר עליו את ההלל ואומר הלל הגדול דברי ר׳ טרפון ויש אומרים רועי לא אחסר h. e., tradiderunt **Rabbini** nostri, ad quartum (sc. poculum) absolvit **τὸ** halel, et dicit hallel sive hymnum magnum, juxta **verba** Tarphonis. Quidam dicunt; „pastor meus, non **egebo.**" In R. Alphes scribitur; ad quintum pocu**lum** dici hymnum magnum. Et sic in Maim. in hil**chos** חמץ ומצה c. 8. s. 10. et eundem hymnum, ut **sequitur,** definit. Quintum autem poculum dicit esse **arbitrarium,** non חובה debitum. Sequitur in Talm.: מהיכן הלל הגדול ר׳ יהודה אומר מהודו עד על נהרות בבל ורבי יוחנן אומר משיר המעלות עד נהרות בבל רב אחא בר יעקוב אמר מכיח יעקוב בחר לו יה עד נהרות בבל h. e., **unde** autem incipit hallel haggadol, h. e., hymnus **magnus?** R. Jehuda dixit, a „laudate" (Ps. 118, 1.) **usque** ad: ad flumina Babelis (Ps, 137.) R. Jochanan **dicit:** a canticum graduum (Ps. 120.) usque ad: flu**mina** Babel. Iterum: ולמה נקרא שמו הלל הגדול אמר ר׳ יוחנן מפני שהק״בה יושב ברומו של עולם ומחלק מזונות לכל בריה: h. e. quare autem vocatur nomen ejus **haggadol:** hymnus magnus? Dixit R. Jochanan, pro**pterea** quod deus benedictus sedet in altitudine, h. **e.** altissimo loco mundi et distribuit alimenta om**nibus** et singulis creaturis; והיינו דבר גדול et hoc est **res** magna, ut in gl. additur. Sic legitur in Orach Chajim num. 480. In poculo quarto incipit; „non nobis domine" (Ps. 115.) etc. et absolvit in eo (sc. poculo) τὸ hallel, et non dicit יהללוך, sed posteaquam absolvit hallel, dicit hallel haggadol, hymnum magnum, qui est a „laudate" Ps. 118. usque „ad flumina Babel" etc. Mentio hallel haggadol hymni magni quoque fit in tract. talmudico Taanijoth c. 3. in fine Misnae: Accidit aliquando, ut indixerint jejunium (pro pluvia sc.) in Lud sive Lydda, et descenderunt ipsis pluviae ante meridiem: Dixit ipsis R. Tarfon, ite, edite, bibite et facite diem bonum. Exierunt itaque et ederunt et biberunt et fecerunt diem bonum et venerunt inter duas vesperas et legerunt hallel haggadol, hymnum magnum. Hic Maim. aliter definit, in suis Comment. hymnum magnum, quam supra. Scribit enim: hallel haggadol est ab הודו ליי (Ps. 118.) usque ad שיר המעלות (Ps. 120). Quod autem injunxit eis, ne legerent hymnum magnum, donec comedissent et bibissent, ideo fecit, quia immotum h. e. ap. nos principium: non dicendum esse hymnum magnum, אלא בנפש שבעה וכרס מלאה nisi anima satura et ventre pleno. Idem scribit Batenora. In TH. in verbis Misnae additur; איזהו הלל הגדול quodnam est hallel haggadol? הודו לאלהי האלהים כי לעולם חסדו והודו לאדני האדונים וגומר laudate deum deorum, quia in saeculum benignitas ejus: et laudate dominum dominorum etc. Causa diversitatis hujus forte consistit in diversitate festorum: ita ut pro illorum aut beneficiorum diversitate, diversi quoque sint hymni, qui magni vocantur. In hoc tamen ulterius adhuc est inquirendum. Ex allegatis testimoniis hoc videtur liquere, in festo Paschatis hymnum magnum non vocari ab Hebraeis eum, quem voluit Burgensis, cum Talmudici aperte distinguant: sed hallel simpliciter. Josephus Scaliger in de Emend. Temporum f. 537. citat quoque ex Canone Talmudico quodam: אסור לאכול כלום אחר כוס הלל vetitum est quodquam comedere post poculum hymni. Ego כוס הלל nullibi reperio: sensus tamen hic est Talmudicorum: Nam Rambam in Hilchos Chametz umazzah scribit in descriptione mixtionis et benedictionis poculi parti: אינו טועם אחר כך כלום non gustat postea quicquam amplius. Porro in transitu dua alia, quae mihi, dum haec inquirerem, inciderunt, monebo. Quod Christus illic de poculo dicit: „bibite ex eo omnes," videtur et in eo respexisse ad consuetudinem Judaeorum. Expressa enim lex est apud ipsos, ut ex illis quatuor poculis omnes praesentes in coena paschali bibant, sive sint viri, sive mulieres, sive adulti sive parvuli, praesertim de poculo quarto et ultimo. Vide Aberbenelem in זבח פסח f. 60a. et Orach Chajim sub num. 472. Deinde, quod tradito discipulis poculo, dixit „non bibam ab hoc tempore ex fructu vitis," etc. ejus quoque occasionem sumpsisse videtur ex Judaeorum consuetudine, qua vititum erat, exhausto poculo, plus vini ea nocte gustare: Ita enim expresse traditur in Orach Chajim num. 481. אחר ארבעה כוסות אינו רשאי לשתות יין אלא מים post quatuor pocula non licet bibere vinum, sed aquam. Dicit ergo Christus, se et in hoc nil contra ipsorum traditionis facturum; sed ita, ut non solum non ea nocte nullum amplius vinum sit gustaturus, sed toto eo tempore, quo adhuc in mundo sit futurus etc. Haec occasione vocis הלל.

הִלּוּלָא, הִלּוּל *laus, laudatio:* synecdochice *epithalamium, carmen nuptiale* et inde *nuptiae,* quod הלולים sive epithalamia in illis canerentur: לטפוא דהלולא ad ducendum choreas cum laetitia, Eccl. 3, 4. גנתא דהלולא thalamus nuptialis, Exo. 2, 1. in Jon. בית הלולא domus nuptialis, vel laudum nuptialium. Notatum id a Kimchio, ad Ps. 78, 63. Ap. Tos. הטוף ואכול חטוף ואישתי דעלמא דאזלינן מניה כהילולא דמי celeriter cape et ede, celeriter cape et bibe; nam mundus hic, ex quo imus nuptiali festo similis est, Erub. 54a. Hoc est, si habes opes, unde possis tibi benefacere, noli id in crastinum differre: quia mundus hic festo nuptiali similis est, quod hodie durat, crastino die non. Sic tu hodie vivis, cras forte morieris. In eum sensum sequitur ibi אם יש לך היטב לך שאין בשאול תענוג mi fili, si sit tibi, benefac tibi: nam in sepulchro nulla voluptas, ואין למות התמהמה neque ullam largitur mors dilationem. Sic Eccl, c. 14. v. 11. iisdem fere verbis dicitur; fili pro eo quod habes, benefac tibi ipsi: et v. 12. memento mortem moram non facere.

תְּהִלָּה *laus, laudatio:* Pl. תְּהִלִּים et תְּהִלּוֹת. Hinc ספר תהלים liber laudum, Psalmorum Davidis. Id

etiam contracte dicunt תִּלִּים: ut, ואיתו חלים et attulerunt Psalmos, As. 19a. המתפרש בתלים quae explicatur in Tillim, R. Sal. Lev. 1, 1. כדאיתא בתלים sicut est in Psalmis.

הִילֵּל *Hillel*, olim *Hellel*, ut Emmanuel et Immanuel, de qua scriptione vide Drus. Observ. l. 9. c. 1. Princeps fuit Pharisaeorum suo tempore, certae sectae, familiae sive scholae caput, quae ab illo nomen ducebat et appelabatur בית הילל Hillel babylonius, ut legitur in T. Pes. 66a. אדם אחד יש שעלה מבבל והילל בבלי שמו homo quidam est, qui venit ex Babylonia; unde Hillel babylonius vocatur. Habebat adversarium Schammai, qui et ipse sectae caput fuit, quae vocata fuit בית שמאי domus Schammai. Inter Hillelistas et Schammaistas perpetuum fuit dissidium in doctrina, ut ex toto Talmud videre est. Vixerunt tempore Caesaris Augusti et Herodis, annis quadraginta circiter ante natum Christum, juxta Chronicon Hebraeum Tzemach David. Attigit aetatem centum viginti annorum, unde appellatus fuit הלל הזקן Hillel senex. Princeps fuit et principatus in ejus familia mansit per decem generationes, i. e., quadringentos fere annos, usque ad alium Hillelem, qui vocatus fuit Hillel hannasi, i. e. princeps. Principium principatus ejus fuit annis centum ante vastationem templi secundi, ut scribitur in Talmud, lib. de Sabbatho c. 1. et meminit Elias in praefatione libri Methurgeman. De ejus discipulis in Gemara legitur: Octoginta discipuli fuerunt Hilleli seni: triginta ex illis digni fuerunt divinae majestatis praesentia, uti Moses Propheta. Triginta alii digni fuerunt, quorum causa consisteret sol, ut propter Jehosuam filium Nun. Viginti medii sive mediocres fuere, quorum maximus fuit Jonathan Uzielis filius; minimus, Rabbi Jochanan Zachaei filius. De hoc traditum est, quod nihil magnum aut parvum, in lege, in Talmud, traditionibus, ritibus, subtilitatibus scribarum et omnis generis doctrinae ipsum fugerit. Quod si minimus talis fuit, quanto major scientia in maximis? De Jonathane quoque tradiderunt, quod quo tempore operam legi daret, omnes aves supervolantes ipsum, momento exustae sint. Legitur in Suc. 28a. et Bb. 134a. Vide quoque, quae de Hillele scribit Epiphanius l. 1 contra Haereses.

הלם הֲלַם *contundere, obtundere*, Heb. Ap. Ros. est *retundere, refellere, refutare:* והדעה הזה קשה עלי מאד להולמו sententia haec difficilis admodum est mihi ad refutandum, vel convellendum.

הוֹלְמוּת *refutatio, discussio:* סתירה הצריכה להולמות repugnantia, quae opus habet refutatione vel discussione, Meor enajim 69a.

Deinde הֲלַם *congruere, convenire, quadrare:* הוֹלֶמֶת *congruum, aptum, conveniens*. In. T. As. 44a. disputant in Gem., quomodo intelligendum sit, quod 2 S. 12, 30. legitur; „tulit autem (David) coronam regis eorum (Ammonitarum) de capite ejus, cujus pondus talentum auri et lapis pretiosus et fuit super caput Davidis;“ quaerunt itaque, quomodo David eam gestarit, cum tanti ponderis fuerit, et quomodo capiti Davidis convenerit et congruerit? Ibi inter caetera, quae hic non necesse est commemorare, dicitur,[42] דוה מניחה במקום תפילין והולמתו posuit eam in locum tephillin et apte congruit ei: et mox: עֵדוּת הוא זה לבית דוד שכל הראוי למלכות הולמתו וכל שאינו ראוי למלכות אין הולמתו testimonium hoc est domui Davidis, ut omni, qui regno dignus est, congruat (sc. corona) et omni ad regnum inepto non coveniat. Gl., הולמת, יושבת לראשו יפה ומכוונת למידת ראשו i. e., הולמת idem est quod יושבת insidet pulchre capiti ejus, et quadrat mensurae capitis ipsius. Sic in gl. altera מיושבת ומכוונת לראשו. Ita dicitur ibidem de Adonijah: אדניה בן חגית מתנשא לאמר אני אמלוך א״ר יהודה אמר רב שביקש להולמו ולא הולמתו „et Adonijah filius Haggith efferebat sese dicendo: ego regnabo,“ 1 R. 1, 5. Rabbi Jehuda dixit, Raf dixit, illum voluisse eam sibi adaptare, sed non congruisse ipsi. Idem legitur in Sanh. 21b. B. Ar. sic exponit; quaesivit ut concavitatem coronae caput suum impleret, et cavitas coronae firmiter resideret super capite suo, sed non quadravit ei etc. Hinc patet, Munsterum et Guidonem minime assecutos esse mentem Aruch, qui hic posuerunt הֲלַמְתָּא *ineptum: incongruum*. In Aruch in radice חלם, idem hic locus adducitur per Cheth, ad explicationem vocis חלים, quae lectio forte melior.

הַלְמָא, הִלְמֵי, הֲלָמֵי *salsugo, sasilago, aqua salita ad pisces vel carnes conservandas, muria*. Hanc sabbato facere prohibitum: unde אין עושין הילמי בשבת, Sab 108b. Legitur et in Erub. 14b. Guido putavit esse compositum ex gr. ἅλς sal, et hebr. מי aqua. Sed est mere graecum ἅλμη, gallice *saulmure*, quod R. Sal. scribit שלמויירא.[43]

הַלְמוֹן. Adducitur hic in Ar., sed in Tag., et ap. Tos. legitur חלמון. Vide ibid.

הלן לְהַלָּן, הֲלֵין vide supra in הל.

הֵילֵינִי *Helena, regina* לויר *Lydiae*, Suc. 2b.

הלניא vide in מלן.

הלק הֵילֵק *nom. propr.*, Sanh. 98b. In Chol. 19b. scribitur חילק, et sic in Ar.

הִלְקוּט, הִלְקְטִי, הִלֵּקֵט vide in לקט.

הם הֵם *ipsi*. Chald. הִמּוֹ, cum נ paragogico הִמּוֹן: ut, ונשא המון רוחא et abstulit eos ventus, Dan. 2. 34. Alio usu ab הם est הֵימֶנּוּ ab ipso, pro ממנו unde mirum quomodo מ in ה transierit. הֵימָךְ a te, idem quod המך.

המה הָמָה *tumultari, strepere, perstrepere, sonare, resonare*, ut in hebr.: Part.[1] הָמֵי לי לבי perstrepit mihi cor meum, Jer. 4, 19. ככנרא הָמָן sicut

[42]) Commutatis liquidis ל et ρ gr. est ἁρμάζω, ut nonnulli volunt.

[43]) Item in TH. Kilaim c. 5 pro *genere fruticis* sumitur, ubi vero per ה in fine, הילמה, scribitur, quod gr. videtur ἅλιμος.

[1]) הַמְּדוּר. Citat Cast. vocemque per *ducem* explicat.

cithara sonabunt, Jes. 16, 11. המן מסגי אנשא tumultuantes prae multitudine hominum, Mich. 2, 12. והמן גלודי et perstrepunt fluctus ejus, Jer. 5, 22. Ex Aphel Partic. כמהמי ימא המן sicut sonitum edunt maria, resonabunt, Jes. 17, 12.

המון, המונא *strepitus, tumultus: multitudo, copia*, ut hebr.: המון משרית פלשתאי turba castrorum Philistaeorum, 1S. 14, 16. קל המון בטוריא vox multitudinis in montibus, Jes. 13, 4. מקל המון a voce multitudinis, Jes. 33, 3. ככל המונא דישראל quasi tota multitudo Israelis, IIR. 7, 13. והמונא דבמשריתא et multitudo quae in castris, IIR. 7, 13.

מהומתא *idem:* דמחמני על מהומתא qui praefectus est tumultibus, Esth. 1, 10.

המיא, המיה *idem:* שמעו המיה של מדינה audiverunt tumultum urbis.

המין, המינה[44] *balteus, cingulum*, hebr. אבנט, Ex. 28, 8. et 39, 29. Pl. חריז יתהון המינין et cinxit eos balteis, Lev. 8, 13. Usurpatur pro hebr. אבנט et חשב. Ap. Tos. כוהן מוציאו בהמיינו sacerdos educit illud balteo suo, Erub. 104b.

המי המיונוס ἡμίονος, *mulus, mula*, In TH. Ber. 12b. מהו ימים quid sunt ימים? R. Jehudah bar Simon dixit המיונים ἡμίονοι muli. Graec. est. Sic in Br. s. 82.

הומלון *fruticis odoratae species.* In Gem. vocatur כשות, Ket. 60b. Erub. 28a, Git. 69a. Videtur *lupulus* esse, quia cerevisae inserviebat, etsi etiam comedi solita.

הימלטא vide in מלט.

המלתא[45] *electuarium, barbare* ליטווריינה ליטואריו secundum R. Sal. האי הימלתא דאתי מבי הנדואי istud electuarium quod venit ex India, Ber. 36b. Scribitur ab initio inserto Joth הימלתא Jom. 81b. unde ה per Pathach efferri non debet, ut Guido notaverat. quidam *cingiber* explicant. Forte est *cingiber conditum.*

המם *turmatim coire et congregari, tumultarie concurrere;* saepius, *incidere se*[46] *caesuras sibi induceie.* Usus ejus est in Hitph. et respondet hebr. התגודד. Praet. ואתהממו בסיפין et incidebant se gladiis, IR, 18, 28. Part. על כל סיען מתהממין in omnibus turbis concurrebant, Jer. 48, 37. vel, incidebant se: ומתהממין et turmatim concurrentes; interpres latinus, *scissa* (facic) i. e., inciderant sibi faciem, Jer. 41, 5. Imper. ואתהממו בסיען et incidite vos in turbis, Jer. 49, 3. Fut. אימתי תתהממון quousque incidetis vos? Jer. 47, 2.

Secundo est *verrere, everrere:* In Pah., ואהממנה כמא דמהממין במבינא et everram eam sicut everrunt scopis, Jes. 14, 23.

מהומהם *inveteratum, consumptum, detritum.* Vide in מהה.

המם, הממא *purgamentum, quisquiliae, excretum, res quae everri meretur:* והממת עיבורא נזבן et quisquilias frumenti vendamus, Am. 8, 6. heb. מפל

הימום. Hinc, הימום היא צריכה רפואה in Br. s. 45. gl. medicina opus habet, Ar. in litera ם legit et citat סיימם, et eodem modo explicat. Forte est ex gr. ἴαμα.

המן הימין, המין. Contracte sic dicitur pro האמין. Vide אמן.

המון, הימנו vide paulo ante in הם.

הומניא *nomen urbis*, Kidd. 72a.

אומוניאה, הומוניה *concordia, unanimitas*, gr. ὁμόνοια: נעשו כולם הומוניה אחת facti sunt omnes ὁμόνοοι, unanimes, concordes, ME. in praef. f. 53b. et 56c. Huc refert B. Ar.: Cum fuistis in terra vestra, facti estis הומניות המניות לע"ז concordes ad idololatriam exercendam, vel turbae, turbae, h. e. turmatim concurristis ad idola, sicut dicitur, וקול המון שלו בה Ez. 24, 42. in Vr. s. 33. In Medr. Esth. 1, 9. cum א ab initio: עשו ישראל אומוניאה fecerunt Israëlitae similiter (ut illi) et coluerunt ea (sc. idola.)

המנון[*] Ὕμνος *hymnus:* ובאו הבריות לומר לו הימנון venerunt homines, ut dicerent ei hymnum, in Medr. Tanch. והיו בני המדינה מבקשין לומר לו הימנון et voluerunt incolae urbis ei dicere hymnum, Br. s. 16. MK. f. 103d.

המינון ἡμίνα *hemina, cotyla, dimidia pars sextarii:* כסא רבא דהוה לכיר ארבעא חמשא המינון poculum magnum, quod continebat quatuor aut quinque heminas, Esth. 1, 8. in secundo Targum.

המנק[*] *furcula mensalis:* אבל נסדק ועביר כהמנק פסול sed fissum et factum ut furcula, illegitimum est. Autor Ar. scribit, apud Persas in usu esse, ut furcinula ferrea cibum capiant et ori admoveant, honestatis et puritatis causa. Legitur ap. Tos. et scribitur inserto י ab initio, ut in Suc. 32a. In Bm. 25b. scribitur המניק, unde apparet, in fine legendum

---

[44]) Vox pers. هميان *hamjan cingulum, zona.*

[*]) המנון. Citat Cast. ex Talm. Sab. 54 vocemque graecam habet ἄμαθος *arena, sabulum.*

[45]) Videtur esse lat. *mellitus* praefixo ה, ut in vocabulo praecedente המלטא, quod gr. est μάλαθρον.

[46]) Nonnulli ad gr. αἱματόω *cruento, cruore s. sanguine inficio, sanguinolentum reddo*, vocem vertunt.

[*]) המניכא (Dan. 5, 7) syr. ܗܡܢܝܟܐ *torques, spira, muraenula* gr. μανιάκης.

[*]) חמיסו ἥμισυ, *dimidius* Ms. c. I. Men. c. 10. Huc spectare videtur locus ille in s. Br. 82, ubi vocem הימים (Gen. 36, 24), quae mulos significat, per חצי חמור חצי סוס h. e. *dimidius asinus et dimidius equus* (i. e. mulus, ut Graeci ἡμίονος dimidius asinus pro eo uti solent) explicant. Item ad locum illum כקדוח אש המסים „sicut exustio ignis tabescunt aquae, (Jes. 58, 1) in Br. s, 4 dicunt אימתי חצה *quando dividit?* etc., quem locum alio modo explicare nequis, nisi vocem המסים a Talmudicis ad gr. ἡμίζω, cui significatio illa dividendi inest, versam esse, dicas. Omnino enim Talmudici vocabulis hebr. graecas significationes apposuerunt. Ita quidem voces הן *sic, ita est* et אבל *attamen* a Talmudicis multis locis per graeca ἕν et ἄφες (a. v. ἀφίημι) restitutae sunt. Item vox

per Tzere, propter י ibi additum. In Talmud videtur etiam esse *scalprum scribarum*.

המם הַמְסֵם, המסימא vide מסם.

המסין המסיין[47] *nomen lapidis pretiosi*, forte *haematites*, Schemoth rabba sect. 38.

המין הימצא. Sic adducitur in Ar., sed in Gem. legitur חימצא. Vide ergo illic. Sic in Ar. המיצחא, quod etiam in Gem. scriptum legitur per ח. V. ibid.

המר הומר. Sic adducuntur hic, sed in Gem. scribuntur per ח ab initio. B. Ar. tamen praefert lectionem per ה, et scribit, in Aramaea lingua אהמרא[48] idem esse quod מעשה: Unde cum duo sibi invicem fiunt obvii, solere dicere אמי אהמרך hoc est; quaenam sunt actiones tuae, quid agis? omniane tibi ex voto succedunt?

מַהֲמֹרִין[49] hebr. *scrobes, foveae*: בניצין דמהמורין in foveas scrobium, juxta Regia, Ps. 140, 11. Veneta, דמחמרין, quasi a חמר lutum, bitumen.

המת הַמְתִּין *musculus*, Schaare dura f. 83b. Sic in gl. R. Sal. in Chol. 93a. תחת הראש המתן[50] sub capite musculi שקורין לונביל quem vocant Lummel. Forte ה est servile.

הֵן *si*, idem quod אם: הן איתיכון עתידין si estis vos parati, Dan. 3, 15. Vel interrogative, *num, an, estis vos? estisne vos?* ut in hebr. הן היתה כזאת num fuit sicut hoc? Jer. 2, 10. Inde demum inseparabile ה quod interrogandi est: די הֵן *quod si*, Esr. 4, 13. הֵן לָא *si non, nisi*: וְהֵן *etsi, tametsi*: Item *ecce*, ut in hebraeo. Repetitum in continua sententia, est *sive*, ut, הן איתי הן לא sive futurum est, sive non, Dan. 3, 17. 18: הן למות הן לשרשי הן לענש נכסין sive ad eradicationem, sive ad mulctam facultatum, Esr. 7, 26. הן רב הן מעט sive multum sive parum ap. Ros.

Secundo est *affirmantis, sic, ita, etiam*, idem quod כן, ναί, idque autoritate loci Gen. 30, 34. ויאמר לבן הן dixitque Laban הן ita, etiam. R. Sal. לשון הן קבלה דברים i. e., vocabulum הן significat *acceptionem verborum, affirmationem*. Hinc, לא רצו לומר לו לא הן ולא לאו לפי שהיו מסופקים בדבר noluerunt ei dicere, neque ita, neque non, eo quod dubii fuerint, IR. 18, 21. in Kimchi. Sic legitur Ex. 20, 1. ad vocem לאמר in R. Sal. מלמד שהיו עונין על הן הן ועל לאו לאו i. e., docet, quod responderint ad ita, ita: et ad non, non, vel, ad est, est: nam eo in affirmando Latini sic utuntur, ut in illo; sit sermo vester est, est, non, non. Et apud Ausonium:

— — quum multa loquaces
Ambiguis sererent verbis, contra omnia solum
Est respondebat vel non.

Ap. Tos.: יש הן שהוא כלאו ויש לאו שהוא כהן i. e., est ita, quod est sicut non, et est non, quod est sicut ita, Bk. c. 8. in fine, nempe, per ironiam: הצדיקים הן שלהם הן ולאו שלהם לאו justorum ita est ita, et non ipsorum est non: In Tanch., in Parascha האזינו in fine: אתה המלאך שבאת לבקש נפש אישי אמר לה הן i. e., tune es angulus qui vinisti ad quaerendam animam viri mei? respondit ipsi, ita: ר׳ רצונך שנקבל פני פילוסופוס חבירנו אמר לו לאו rabbi, estne voluntas tua, ut excipiamus philosophum collegam nostrum? respondit ipsi, non. Mane rursus dixit ipsi: Rabbi, placetne tibi, ut excipiamus philosophum collegam nostrum? אמר לו הן respondit ipsi, ita, in tractu talmudico דרך ארץ c. 4. Scribitur et cum inserto Joth, הִין: ut, הוא דאמר הין הין והוא דאמר לאו לאו estque is qui dicit, ita ita, et est is qui dicit, non non, i. e., responsum geminat, Meg. c. 4. in fine. Hinc, commutata litera aspirata in lenem, natum est אִין pro eodem, ut suo loco videre est: אם אמר על לאו לאו ועל

שה (Gen. 22, 7), quae *agnum* significat, in Br. s. 29 juxta sonum per gr. σέ redditur. Porro vox אלון Gen. 35.) quae *arborem* innuit, Talmudicis est (in Br. s. 81) gr. ἄλλον, *aliud*. Quod si duas hebraicas voces in unam contraxerunt vel unicam in duas disposuerunt et tum demum quasi graeca vocabula tractavere. Habes enim voces אי נקי (Job. 30, 22), quas in Br. s. 29 per unam gr. vocem οὐχγία explicant et rursus vocem מאחיך (Exod. 22, 24) quam quasi μὴ אחיך legunt. Quod praeterea notandum a verbo ἡμίζω neglecta litera ἡ (heb. ה) a Talmudicis formatum est verbum מס pro *crepere, dissilire* vel *rumpi*, ut dicerent הרמונים משימא malogranati de eo tempore, quo crepunt, rumpuntur, quasi *dividuntur*. Vide Mathnath kehuna ad sect. IV. in Br. Item ex eo verbo graeco nomen מס pro *specie*, qua uti solent homines ad *concrescendum coagulandumve* lac, i. e. ad separandum s. *dividendum* butyrum de sero lactis.

[47]) Gr. αἱματίτης. *haematites*.

[48]) Vocem, ni fallor, ad radicem מור *mutavit, commutavit* refert, quasi nomen sit ex forma Hiphil formatum significans *eventum labori convenientem operique pretium praebentem*. Itaque latius quam solitus est autor Ar. locutionem per מאי אגרך מאי טובך מאוי מעשך explicat, quasi ea salutatione dicere velit salutans: num praemium tuum (אגרך) et salus tua (טובך) labori atque operi (מעשך) respondent, i. e. estne *compensatio* laboris tibi bona, convenitne effectus operi, ut sorte tua contentus esse possis. Hinc illi Talmudicorum, qui poenam *compensationem* peccati indeque ei *convenientem* habent, חרש המורה, vocantur. De illorum sententia multa leguntur in tract. Chol. 114b. Sota 15a. Kid. 22b. Pesach. 54a q. v. At vero verbum המר *pignore contendere*, quod in tract. Sab. 31a invenitur, gr. est ὁμηρεύειν s. ὁμηρεῦν *pignori esse*, uti syr. ܗܡܪܐ, quod gr. ὅμηρον *pignus, obses*.

[*]) חמרד. Citat B. Ar. ex Br. sect. 54 vocemque non explicat. Pro המרד Muss. הבחר legit, quod per הנבחר i. e. electus explicat. At ego neque hoc ne illud l. c. reperio.

[49]) Propr. *effusio*, ut nonnulli volunt, ab ar. همرة *effusio pluviae* a fluxu exundante et effuso dictae.

[50]) Commutatis gutturalibus ح et ה ac dentalibus ڽ et ה idem esse videtur atque pers. vox حمدان quod *membrum virile* significat. Vide Cast. lex. pers. p. 225.

הן הן si dicat de non, non; et de ita, ita, Git. c. 7. in princ. רצונך לשתות כיום יין והוא אומר הן estne voluntas tua bibere poculum vini? Et ipse dicit, ita, in Talm. Hier.

Tertio הֵן *unum*, ἓν: Unde ad אחהן eas, Lev. 20, 14. ומהו אחהן את אחת מהן ובלשון יוני הוא הן אחת quid est אחהן? unam ex eis: nam in lingua graeca הן est unum, in R. Sal. Sic הינא ἓνα *unus*, in Bb. 164b.

Quarto הֵן, הָהֵן, ארהן, *is ille*, singulariter: ההן מדליקין בההן איכומא: דמקבל כתבייא is qui accipit literas: accedunt cum (naphta) illa nigra: בההן חיורא cum illa alba, TH. Sab. c. 2. חמינן ההן סבא vidimus illum senem.

Quinto הִנּוּן idem quod אנון *pronomen plurale masculinum, ipsi, isti, illi:* הנון ליתיהון עמי illi non sunt mecum, Ps. 38, 11. הנון יהובדון illi peribunt, Ps. 102, 25. הנון מחשבין illi cogitant, Jobi 6, 7. Fem. אִינִּין, הִנִּין *istae, illae:* ארום לקישן הינין quia serotinae ipsae, Ex. 9, 32. in Targ. Jon. Est et ubi הָהֵן pro eodem legas. Ti. dicunt הָנֵי *isti, ista:* הני מלי ista verba, istae res: הני הך ista ipsa, ista sunt: הני הוא illud est, *nempe, scilicet,* quod Rabbini communiter dicunt הַיְינוּ הך היינו, de quo supra in הין. In Tg. להני שבעא רבנייא istos septem magnetas, Esth. 1, 10.

הֵן vide supra in האן.[51]

הֲנָא, הֲנָה, הֲנֵי[52] *commodum, utilitatem afferre, proficere, prodesse, utile esse, commodum, utilitatem, voluptatem percipere ex aliqua re: lucrari, quaestum facere.* Praet. ושנתי הֲנָתְנִי et somnus meus profuit mihi, hebr. ערבה לי suavis, jucundus fuit mihi, Jer. 31, 26. Infin. מאים תכלין לְהַנְאָה si forte possis proficere, heb. להועיל, Jes, 47, 12. בדיל דלא להנאה ut non prosit, Jes. 44, 10. Fut. מה יְהֲנֵי לך quid proderit tibi? Hebr. יסכן, Job. 35, 3. דלא יְהֲנוּן להון quae non proderunt ipsis, hebr. יועילו, Jes. 44, 9. Ithpeh. מה ממון נִתְהֲנֵי לנא quid divitiarum lucrabimur nobis? Gen. 37, 26. Alii habent אתהני in Praet. דְאִתְהֲנִיאוּ מן סעודתיה quod fructum cepissent ex prandio ejus, Esth. 4, 1. Part. דְמִתְהֲנְיָא באגרא quae utilitatem vel voluptatem capit ex mercede, Ez. 16, 31. Infin. לְמִתְהֲנְיָא מנה ad voluptatem capiendam ab ea, Lev. 20, 16. Jon. et 18, 23. Futur. וְיִתְהֲנֵי מן קודשיא et utilitatem ceperit ex rebus sanctis, Lev. 5, 15 in Jon. דלא יתהנון מנהון ut non capiant utilitatem ex illis homines, Eccl. 11, 3. Et contraria significatione, *exitiale esse, perditionem afferre:* Fut. דילמא יִתְהֲנֵי למלכא ne forte perditio afferatur regi, ne regi pereundum sit, IIS. 17, 16. Kimchi scribit, se nescire, quid Jonathan sibi velit. Sic autem exponendum esse hebraeus textus indicat. Aphel, מה אַהֲנֵי צלמא quid prodest sculptile? Hab. 2, 18. ואת אהנית ית אגריך et tu in quaestum dedisti mercedem tuam omnibus amicis tuis, Ez. 16, 33. ואהנית רחימך באונסא et facis ut quaestum habeant amici tui ex rapinis, bonis direptis, Ez. 22, 12. vel quaestum praebuisti, profuisti. Part. לא מַהֲנֵי non prodest, Pr. 11, 5.

Ap. Ros.: כל הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה כאלו גזל להקבה quicunque utilitatem percipit ex hoc mundo absque benedictione, perinde facit, ac si depraedaretur deum, Ber. 35b. Sanh. 102a. Voluut hoc dicto, nulla dona et beneficia dei sine praecedenti consecratione et gratiarum actione sumenda esse: sed deum omnibus laudandum, unde et Rabbini quibuslibet rebus certas precum et gratiarum actionis formas instituerunt. Sic Paulus Apost. 1. ad Tim. 4, 3. ait; Deus condidit cibos ad participandum cum gratiarum actione etc. שמא מינות בא לידך והנאך forte haeresin audivisti, et volupe fuit tibi, placuit tibi, As. 17a. Et mox, והנאני הדבר et placuit mihi illud, מאי אהנו לן רבנן quid prosunt nobis Rabbini?

הֲנָיָה, הֲנָאָה, *utilitas, commodum, lucrum, commoditas, amoenitas:* מה הנאה אית לגבר quid utilitatis inde est viro? Eccl. 2, 2. ומה הנאה אית למרהא et quae est utilitas domino ejus? Eccl. 5, 10. לית בהון הנאה non est in eis utilitas, Jer. 16, 19. Eccl. 9, 6.

Ri. הנמשכים אחר הנאות עולם qui trahuntur post commoditates mundanas, i. e. qui sequuntur voluptates mundi.

הַנְיָה, *idem:* בְהַנְיַת דתאין in commoditatibus herbarum, i. e., in locis commodis et amoenis, herbidis, Ps. 23, 2. בהנית נפש cum commoditate animae, sive vitae, Eccl. 4, 6. Interpres latinus: in quiete animae. Alii legunt, מן הַנְיַת מוי: בְּהַנְיוֹת ab amoenitate aquarum, Jubi 14, 9. מן הנית בני ab usu balneorum. Lev. 23, 27. in Jon. quomodo etiam legendum c. 16, 29. pro חוית.

הנג הוּנְגָרִי *Ungaria:* הוּנְגָרִי *ungarus.* Plur. הוּנְגְרָאֵי *ungari,* hebr. הגרים hagrim, hagareni, Ps. 83, 7. De hagarenis istis 1. Paral. 5. Rabbini Ungariae nomen inde deducunt, quasi et ipsi ab Hagar descenderint. Sed Ismaëlitae sive Turcae ab Hagar originem ducunt.

הנד הִינְדָא *vicia, leguminis genus.* Bech. 37b. Scribitur cum inserto Jod, unde non per Pathach ab initio legendum, ut alii scripserunt. Peregrinum vocabulum est.

---

[51]) Sexto הן, in TH. saepissime pro אן *unde* legitur. Item sumitur in Tg. pro gr. ἀνιάω *molestia afficio, moerore afficio, contristo.* דלמא איתהני למלכא fortasse moerore afficit regem, hebr. פן יבולע למלך 2S. 17, 16. Huc autor Ar. spectare videtur citans illum locum ex Tg. Samuelis in הן secundo; etiamsi ad illius verba Kimchius scribat, se eorum sensum non satis intelligere (ולא ידעתי דעתו) videlicet quae significatio insit voci איתהני et quomodo eam ad radicem הן vertat. Vocabula graeca a Talmudicis atque Paraphrastibus prout hebraica et chaldaica tractata indeque in forma heb. et chald. adhibita esse satis notum.

[52]) Arab. هنا, syr. ܗܢܐ *voluptatem, utilitatem cepit* alquis ex alqua re, *laetatus, delectatus est* alqua re.

הַנְדִיָא *India:* מן הנדיא רבא ועד כוש ab India magna usque ad Aethiopiam, quae est, מן מדנחא דהנדיא ab oriente Indiae, Esth. 1, 1.

הִנְדִי, הִנְדְוָאָה, הִנְדָאָה *indus, indianus,* Jer. 13, 23. Pro eo in Venetis est הִידְוָאָה. Hinc, Rabbi Jehuda הנדואה indus: פרזלא הנדואה ferrum indianum.

הִנְדְוִיין *indianae vestes, ex byssino sive lino indico confectae,* Jom. 34b. Aruch scribit, in lingua graeca sic vocari מלבוש vestimentum.

הִינְדִיבִי Σέρις, *seris, intybum, intubus* vel *intubum,* gall. et germ. Endivi. Pes. 38a. Bartenora scribit esse arabicum, et idem quod עולשין.[53]

הִינְדְזָא *accidens, eventus, casus fortuitus, sors, fortuna:* ואשקי בהנדזה et irrigat per casum fortuitum, Git. 60b. S. Sal. gallice exponit אונטורא *adventure, eventus.* Agitur de hauriendis aquis ad irrigandos agros, quae certa mensura singulis dabantur. At in defectu, hauriebat quisque quantum fons ad tractum suppeditabat, quod dicit בהינדזה. Autor Ar. accipit pro הנדס quod sequitur.

הַנְדַס *metiri, mensurare.* Hinc nomen Participiale מְהַנְדֵס *geometra, mensurarum et ponderum peritus, ut aequabilitas in eis semper observetur.* Pl. מְהַנְדְסִין, in Bb. 89b. Glossa, mehandesin sunt ממונים של מלך לבדוק את המדות constituti regis ad scrutandas mensuras. Hinc in Ar. praecedens vocabulum exponitur בשוה *aequabiliter, aqua mensura,* ז et ס permutatis[54] ut in עלז et עלס exultare.

הַנְדָסָה *mensuratio:* חכמת ההנדסה ars mensurationis, *geometria.* Hac R. Elieser, in littore maris obambulans, usus fuisse dicitur, qua scire poterat, quot essent guttae in mari, Caphtor f. 90.

הַנְדָסִי *geometricus, cum:* במופתים הנדסיים per demonstrationes geometricas, R. Levi IR. 6, 1. Fem. חשובה מספריית והנדסיית responsio arithmetica et geometrica.

הִנְדְיוֹסִין[55] *aequales,* Medrasch Tehill. f. 14b.

הִנְדְקָא *nomen regionis,* pro hebraeo חוילה. Occurrit Eccl. 2, 5. Gen. 10, 17. et 25, 18. et 1, 11. in Jon. נהמא דהנדקא panis indianus, Ber. f. 35b. Similis pani Hispanico, ut vocatur.

הִנְדְקוּקִי[56] gl. talm. exponit per גורגדניות *cerasa.* Judaei communiter *persica poma* sic vocant, Erub. 28a. Legitur et in TH. Peah. c. ult. Erub. c. 3. ubi in gl. exponitur *coriandrum.*

הנה הַנְהוּ *illi, ipsi, idem* quod אנון vel הנך, de quibus supra. אמרו ליה הנהו dicunt ipsi illi.

הני הָנֵי *illi, isti:* הני רבנן isti Rabbini: הני מילי ista verba.

הָנָךְ *isti:* הנך רבנן דאמרו לו istos Rabbinos rogavit, qui illud ipsi dixerant.

הנם הִינוּמָא[57] *peplum sponsae, quo obvelatur caput ejus,* sic dictum על שם תנומה a somno, quia interdum dormit in eo, et quod oculi ejus sint tecti, ac si dormiret. Judaei germani vocant Flugerlein, i. e., *velum tenue, quod levi aeris motu volat.* Posset ergo referri ad נום. In Gem.; מאי הינומא רבי יוחנן אמר קריחא דמנמנה בה כלתא quid est hinnuma? dixit R. Jochanan, velum, in quo dormit sponsa, Ketb. 17b. Alius dixit, esse corollam ex myrtho, in signum, quod debeat sponsa perpetua felicitate vivere. Autor Ar. respicit etiam originem graecam, quasi ab ὁ νόμος, *lex, consnetudo:* unde, שיצאת בהינומא quod egressa est cum ritu nuptiali: in Misna praecedentis lóci. Hinc intelliges Munst. et Guidonem.

הנף הַנְפַּק *ratificatio, ratihabitio, confirmatio:* שכתוב בו הנפק in quo subscripta confirmatio, Bm. 7a. Contractum literis inscribebatur a judicibus ad earum confirmationem: שטרא דנן נפק קדמנא ואסהידו פלוני ופלוני על חתימת ידייהו ואשרנוהו וקיימנוהו כדחזי i. e, contractus hic prodiit in conspectum nostrum, testificantibus N. et N. de subsignatione manuum suarum: unde confirmamus et stabilimus eum. Est ergo quasi dicas; in quo scriptum est נפק קד, ut innuat initium ejus solennis ratificationis, quae fiebat per judices et ita pertinet ad נפק.

הנץ הִנְיָין, הִנְיוֹן *monetae parvae species, quae continebat tres* פרוטות vel שמינין *tria lepta,* ut est in Ar. in הדרס. Pl. הניצין, Kidd. 12a.[58]

הנק הִנָּקִי. Sic notarunt hic, quasi vocem absolutam, pro *mundus, innocens.* Sed est verbum הִנָּקִי munda esto, Num. 5, 19. et explicatur in Gem. Kid. 62a.

הנת הִנְתוּכִין[59] *cantherii, trabes, tigna,* IR. 6, 9. heb. גבים, trabes leviter incurvae et fornicatae.

הסט הֶיסֵיט vide in סוט.

[53]) B. Ar. vernacule i. e. italice appellari scribit סינציני, arabice הינדיבא. Ita est. Persae et Arabes هندب, הנדב pronuntiant, nos quoque *endivie.* Vox igitur etiam inde formata est. Relandus.

[54]) Lectio per ז quoad origini magis propinquans praeferenda. Persis enim *dimensio* s. *mensura* اندازه sonat, unde ar. هندسة (הנדסה) vel مهندس (מהנדס), *geometria,* mutata litera ز in س (ס) formatum. Rabbini more Arabum, qui pro eo اهل الهندسة habent, *geometram* בעל ההנדסה (ubi ה primum articulum ar. ال restituit. Plerumque vero in pl. בעלי ההנדסה dicunt) vocant.

[55]) Ἐν δηΐοισιν, ut vult de Lara in libro עיר דוד.

[56]) *Trifolium aegyptiacum,* ut vult Mussafia. Vocem arabicam esse ex iis, quae apud Salmasium (hyl. f. 217) videndum: Loton aegyptium, inquit, quia cognominis est loto trifolio, quod arabice *Hendococca* vocatur, eodem etiam isto nomine nuncupavit (Avicenna). *) הנכיה gr. ἐνοχή *noxa, detrimentum* TH. Ber. c. 9.

[57]) gr. ἔννομος, *legitimus.*

[58]) „Et hoc nomen in TH, Kidd. c. 1 legitur ניצים, unde et hic de ה dubitari possit.“ Buxt. in spicilegio. (Cf. verba ejusdem in הדרס).

[59]) Gr. volunt esse ἐνθήκη, *entheca.*

*) הִפּג vide in פוג.

הסם. Sic adducit hic autor Ar., sed in Gem. ubique scribitur per ח ab initio. Vide חסם. Alii corruperunt id magis in הסס.

הסת. Huc referunt הֵיסֵת, ut in illa locutione: משביעין אותו שבועת היסת מדרבנן faciunt jurare ipsum juramentum impositionis Rabbinorum nostrorum, Bm. 5a. Scheb. 40b. gl. היסת, i. e., ששמו חכמים עליו quod imposuerunt sapientes ipsi. Opponitur ei שבועת אורייתא juramentum legis. Videtur esse a שות ponere, unde סות, et inde Hiphil הסית imponere, et inde הֵיסֵת impositio[60]: כופר הכל ונשבע היסת negat omnia, et jurat juramentum impositionis: השבע לי היסת jura mihi juramentum impositionis. Juramentum triplex Rabbini statuunt, שבועה דאורייתא juramentum legis, sive lege Mosis praeceptum: שבועת הדיינים juramentum judicum, a judicibus delatum: שבועת סופרים juramentum scribarum sive legisperitorum. Idem vocant שבועה מדברי סופרים vel שבועה דרבנן. Praeter haec aliud adhuc est, ordinatum posteribus temporibus a sapientibus Talmudicis, quod etiamsi a judicibus delatum sit, non tamen vocatur שבועת הדיינים juramentum judicum, sed שבועת היסת juramentum impositionis. Est autem juramentum doctum, et supra commune aggravatum, certis verbis conceptum, et personae a judice impositum, ad extorquendum veritatem. Vide B. Ar. hoc loco.

הפא. Hinc adducitur הפיא pro *scopis:* sed in Gem. legitur per ח ab initio, unde pertinet ad חפה et חפף: item pro *spuma:* id scribitur per א ab initio: vide אפי.

הפי הפייטרוס *hippiatros, medicus equorum*, Bemidb. rab. sect. 9.

הֲפַךְ *vertere, evertere, subvertere, convertere; convertere se, redire, reverti:* Praet. די הֲפַךְ יי׳ quas subvertit dominus, Deut. 29, 23. הפך ימא דסוף ליבשתא convertit mare algosum in aridam, Ps. 66, 6. הפך לאדמא מימיהון vertit in sanguinem aquas ipsorum, Ps. 105, 29. Cum aff. וְהַפְכֵיהּ et subvertit illud, Jud. 7, 13. הַפְכִנּוּן ברוגזיה subvertit eos in ira sua, Jobi 9, 5. Fem. והיא הַפְכַת et ipsa convertit, mutavit, Lev. 13, 10. ארי הֲפַכְתּוּן quia convertistis, Am. 6, 12. Part. דְהָפֵךְ טינרא qui mutat petras, Ps. 114, 8. Pl. דְהָפְכִין לגידא דינא qui mutant in absynthium jus, Am. 5, 7. Infin. בדיל דלא לְמֶהְפַּךְ ad non subvertendum, Gen. 19, 21. הלמהפך עובדיכון an ad mutandum opera vestra, Jes. 29, 16. Fut. וְאֶהְפּוֹךְ אבלהון לביע et mutabo luctum ipsorum in laetitiam, Jer. 31. 13. Ithpeh. et Ithpah. אִתְהֲפֵיךְ למחור conversus est in album, Lev. 13, 3. אִתְהֲפַךְ לבהון mutatum est cor ipsorum, Ps. 105, 25. דעד לא אִתְהַפְּכַת quae antequam versa est, Hos. 7, 8. דאתהפכת כשעתא quae subversa est quasi hora, Thr. 4, 6. אתהפיכו היך קשתא converterunt se sicut arcus, Ps. 78, 57. ואתהפכו כל מיא et conversae sunt omnes aquae, Ex. 7, 20. Part. וּמִתְהֲפֵיךְ בהון et convertit se in illis, Ex, 20, 2. in Jon. מתהפיך במשרית מדינאי vertebat se in castris Midianitarum, Jud. 7, 13. Pl. מִתְהַפְּכִין בארעא convertuntur in terram, Jobi 12, 15. Fem. וּמִתְהַפְּכָא על אפהא et subvertitur super faciem suam, IIR. 21, 13. Fut. תִּתְהֲפַךְ לאכזראה לי convertis te in crudelem mihi, Job. 30, 21. שמשא יתהפך לקבלא sol convertetur in caliginem, Joël 2, 31. ויתהפכון לדמא et convertentur in sanguinem, Ex. 7, 17. Et ad formam Syriacam cum נ loco י: נִתְהַפְּכוּן רשיעי evertuntur impii, Pr. 12, 7. Pahel, הַפֵּךְ *vertere, convertere, avertere*, מהפכא חמתא avertit iram, Prov. 15, 1. Item *respondere:* Hinc, דמהפכין מלי תריצתא qui respondent verba recta, Prov. 24, 25. Aphel, אַהֲפֵךְ *idem.* Item *reddere:* hinc, ואהפך ליה היך עובדוי et reddam ipsi secundum opera ejus Pr. 24, 29.

Ap. Tos.: רב גידל הוה מהפך להויא ארעא Raf Giddel convertebat se ad istam terram, sive agrum, ut sc. eum emeret, gl. מחזיר redibat, Kid. 59a. אשה זונה מתהפכת כדי שלא תתעבר meretrix convertit se, ne concipiat, hoc est, post coitum subita se vertit, ut semen ex utero effluat, Jev. 35.

Ap. Ros. משפטים מתהפכים *propositiones contrariae:* תחת מתהפכים *subcontrariae*, apud logicos.

הֵפֶךְ *diversum, oppositum, contrarium:* להפך e contrario, in contrarium.

הִיפּוּךְ *inversio, conversio, transpositio, metathesis:* וו ההיפוך vau conversionis, quod praeteritum in futurum et contra, convertit: היפוך האותיות transpositio literarum.

הֲפָכִים *contraria.*

הַפֵּכְתָּא, הֲפֵכְתָּא, הֲפֵכָה *perversitas, subversio:* מגו הפכתא e medio subversionis, Gen. 19, 29. כהפכתא secundum subversionem, Jes. 13, 19. Pl. חשב הַפְכָתָא cogitat perversitates, perversa, Prov. 16, 30.

הוּפְכָא *idem:* ודיצין בהופכא דבישתא et exsultant in perversitate mali, Pr. 2, 14.

הַפְכָן *perversus:* Pl. דר דהפכנין הנון generatio perversorum, h. e. perversa ipsi sunt, Deut. 32, 20. in Jon. hebr. דור תהפכת.

מַהְפְּכָנָא *idem:* גברא מהפכנא vir perversus, Pr. 16, 28.

מַהְפֵּכְתָּא *subversio*, Deut. 29, 23.

תַּהְפְּכָנוּתָא *idem*, ibid. in Jonathane.

תַּהְפּוּכְתָּא *idem:* Pl. תהפוכתא Pr. 23, 32.

הַפַּכְפַּךְ, הַפְכְּפַכָן *perversus, inconstans, mutabilis*, Meg. 15b. מלך הפכפכן rex vertibilis, qui facile verba et decreta sua mutat.

נַהֲפְכָנוּתָא *aversio, perversio*, Prov. 1, 32.

הפץ. Hic ponunt הפצי, sed in Gem. legitur per ח. Vide illic.

הפק. Hinc mendose in Venetis legitur הוּפְקָנָה pro סוּפְקָנָךְ. Vide ספק.

הפר הַפַּרְכוֹס, הַפַּרְכָא *hyparchus*, Ὕπαρχος, *praefectus, praeses:* הוה הפרכוס שלך et hic praefectus tuus, Sr. s. 18. Pl. וְהַפַּרְכֵי ימא et praefectos

[60]) Alii vocem gr. habent ἴσως.

*) הקיק *cuculus*; *corcyx*. Cast.

*) הקרא, הקרה. Citat Cast. ex Talm. Erech vocemque gr. habet ἄκρα *arx*, *propugnaculum*.

maris, Esth. 10, 1. וְלוֹת הַפַּרְכִין et ad praefectos, Esth. 3, 12. והפרכין et praefecti, c. 8, 9.

הִיפַּרְכִיָא ὑπαρχία, *praefectura*, *provincia*: מהיפרכיא להיפרכיא de provincia in provinciam, Bb. fol. 91a.

הפת הַפְּתַק vide in פתק.

הצא הָצָא, הוּצָא vide supra in הוץ.

הצן הוּצְנֵי *fasciculi*, הוצני פשתן fasciculi lini viridis, Suc. 12b.

הקז *sanguinem emittere, venam secare.* Vide קז.

הֶקֶשׁ. Vide infra in קשש.

הר הֲרֵי *en, ecce*, Rab.[61].

הרג הֲרַג *occidit, interfecit*, hebr. Hinc in Tg., Praet. fem. הֲרָגַת כפנא occidit fames, Thr. 1, 20.

הָרְגִין *interfectores, homicidae*, Bk. 113a.

הָרוּג *occisus, interfectus*. Ap. Tos. כגון שבא הרוג ברגליו sicut cum venit interfectus pedibus suis, Ker. 24a. הרוג occisus, i. e., qui occisus dicitur. Is aperti mendacii testes, qui id dicunt, redarguit. Philippus Aquinas dicit esse locutionem proverbialem: הרוגי מלכות occisi vel interfecti regni. Sic vocantur illi, qui propter salutem publicam et gloriam dei sponte se morti objiciunt, ut sua morte מלכות regnum, h. e. respublica vel ecclesia conservetur. De his dicunt, quod tanta illorum sit excellentia, ut nullus juxta illos possit consistere. Vide Pes. 50a. et Maim. in הלכות יסודי תורה c. 5.

הֲרִיגָה *occisio*. In specie etiam sic vocatur *occisio cum gladio*, quae erat una species poenae criminalis ex quatuor generibus mortis, quibus olim Judaei sontes suos affecerunt. Vide Sanh. 52b.

הרגינין.[62] Sic scribunt: in Gemara legitur per ח ab initio. Vide illic.

הרד הוּרְדָא[63] *tigillum*, eine Latte, Bb. 6a.

הרדוולה, הרדוולים *hydraula, hydraulis, musicum instrumentum, quod Vitruvius, teste Valla, etiam organum* vocat, unde et *organum hydraulicum* apud Ammianum Marcellinum. Derivatur sine dubio ex gr. ὕδραυλις, unde melius scriberetur literis transpositis הדרולוס. Ap. Tos. הרדוולים לא היה במקדש מאי הרדוולה אמר אביי טבלא גורגדנא מפני שקולו ערב ומערבב את הנעימה h. e., non fuit hydraulis in sanctuario: (quid est hydraula? Abhai dixit tabula organica vel instrumentum organicum) quia sonus ejus est confusus et confudit suavitatem seu harmoniam, Erch. 10b. Pro גורגדנא in Ar. est גורגנא, quod citra dubium est *organa, organon*. Deinde הרדוולים scribitur cum Mem in Gem., pro הרדוולים, ut recte in gl. monetur. Scribitur etiam quandoque cum א a initio. In TH. Suc. c. ultim. רשב"ל אמר עוגב זה ארדבלס תני רבן שמעון בן גמליאל לא היה ארדבלים בירושלים מפני שהוא סורח את הנעימה R. Schimeon ben Levi dicit, עוגב (quod interpretes exponunt organum) est hydraulis. Tradidit Rabban Schimeon: non fuit hydraulis Hierosolymis, quia corrumpit suavitatem. In gl. marginali dicitur esse מין כלי זמר שקולו עב ומערבב את הנעימה instrumentum musicum, quod fortem admodum reddat sonum, ac proinde omnem suavitatem et harmoniam confundat. Quod vero dicitur, ארדוולים idem esse quod עוגב, eo facit etiam quod in Br. s. 23. legitur ad Gen. 4, 21: „Ipse fuit pater omnium contrectantium כנור ועוגב citharam et organum; i. e., ארדיבלי ובורבלין hydraulas et בירבלין. Pro בורבלין legitur iterum in Br. s. 50. כרבלין per Kaph ab initio, quod possit esse κρέμβαλα, crepitacula vel κύμβαλα cymbala. Amplius in Tg. שבחו יתיה בהדרובלין ובאבובין laudate eum cum hydraulis et fistulis, Ps. 150, 4. in Psaltrio Nebiensis. Regia, בַּהַרְדִיבְלִין hebr. במנים ועגב.

הורודוס, הורדוס *Herodes*: מלכות הורודוס regnum Herodis: מעשה הורודוס factum Herodis. Sic citat B. Ar. ex Sanh. 66b, ubi nunc pro eo legitur כמעשה הדודים. Intelligitur actus obscoenus rei venereae, quem glossa sic describit, כדרך ומקשה אברו בבשרה מבחוץ דהיא אינה נהנית. B. Ar. scribit de Herode, שבא על נערה לאחר מיתה. Conf. Bb. 3b.

הירדסי, הרדסי. Inde יוני הרדסיות vel הרדסיאות *columbae domesticae sive cellares, quae domi educantur*. Juxta Hebraeos, *columbae herodianae*. Videamus loca. In Chol. in capite, quod incipit שלוח הקן (h. e., dimissio nidi, quia in eo agitur de praecepto illo mosaico, Deut. 22, 6. „Quum occurrerit קן צפור nidus avis coram te in via, in quavis arbore aut super terram, in quo sunt pulli vel ova, et mater cubet super pullos, aut super ova. non accipies matrem cum filiis: שלח תשלח dimittendo dimittes matrem et pulles capies tibi“; mox ab initio scribitur in Misna: שלוח הקן אינו נוהג אלא בעוף ואינו נוהג אלא בשאינו מזומן איזהו שאינו מזומן כגון אווזין ותרנגולין שקיננו בפרדס אבל אם קננו בבית וכן יוני הרדסיות פטור משילוח h. e., et dimissio nidi, (h. e., lex illa de dimittendo nido) non valet nisi de avibus, et quidem nonnisi de avibus non praeparatis (i. e., quae non habent nidum in aedibus et domibus ab ipsismet, vel ab hominibus pro illis praeparatum, quaeque adeo sunt in hominis potestate) quaenam sunt illae aves non paratae? E. G. anseres et gallinae, quae nidificant in hortis. Sed si nidificent in domo, ut et circa columbas domesticas, liber est (homo) a dimissione (h. e. non obligatur ad dimittendam matrem.) Hactenus Misna. Gl. R. Salomonis, יוני הרדסיות i. e. שדרכן ליגדל עם בני אדם quae solent educari cum hominibus, domesticae. Rambam, מיוחסים אל הורודוס המלך שהוא התחיל לגדל יונים בבתים denominantur ab Herode rege: quia ipse incepit educare columbas in aedibus. Bartenora: על שם הורודוס a nomine Herodis, qui solebat eas educare, vocantur הרדסיאות herodianae. Rambam in Hilchos Sche-

[61]) Exstat et aliud הרי in Bk. 2a, quod gr. est ἀρὰ, *noxa*, *damnum*.

[62]) gr. ὀρείγανον *origanum*. *) הרגז gr. ὄρχις, *testiculus*, *testes* Bech. 8. A. n. עכוז legit, quod vide.

[63]) Fortasse gr. χόρτος, commutata gutturali, ut saepius.

[5]) Vox pers. زنبيل *zanbil* et commutatis liquidis زنبر *zunbur saccus coriaceus* vel *panni strativ pars lignis fulcita, qua lutum portatur.* Vide Cast. lex. pers. s. v.

[6]) Conflatum videtur hoc vocabulum ex זב *fluit* et pers. لغ *facies, genae* apposito ן ex more aramaeo.

eme tibi agrum meum, Jer. 32, 7. Fut. ארי תִזְבַּן חקלין בכספא עבדא quum emeris servum, Ex. 12, 2. יִזְבְּנוּן agros pro argento ement, Jer. 32, 44. Ithp. אִזְדְּבַן *emi: vendi, venundari.* Praet. לעבדא אִזְדְּבַן יוסף in servum venditus est Joseph, Ps. 105, 17. בחוביכון אִזְדַּבַּנְתּוּן propter peccata vestra venditi estis, Jes. 50, 1. לעבדין ולאמהן אִזְדַּבַּנְנָא in servos et ancillas venditi sumus, Esth. 7, 4. Fut. לא יִזְדְּבַן non vendetur, Lev. 25, 34. וארעא לא תזדבן et terra non vendetur, Lev. 25, 23. לא יִזְדַּבְּנוּן זיבון עבדין non vendentur venditione servorum, Lev. 25, 42. ויזדבנון חקלין בארעא הדא et vendentur agri in terra ista, hebr. תקנה et emetur, Jer. 32, 43. Sic respondet v. 15. ibid. hebraeo יקנו comparabuntur. Pah. זַבֵּן *vendere*, hebr. מכר. Praet. די זַבֵּן ליה qui vendidit ipsi, Lev. 25, 27. Cum aff. ארי זַבְּנַנָא quia vendidit nos, Gen. 31, 15. זַבֵּנְתְּ עמך vendidisti populum tuum, Ps. 44, 13. דְזַבֵּנִית יתכון ליה qui vendidi vos ipsi, Jes. 50, 1. זַבִּינוּ יתיה vendiderunt ipsum, Genes. 37, 36. דְזַבֵּנְתּוּן יתי quem vendidistis, Gen. 45, 4. Part. הוא מְזַבֵּן לך ipse vendit tibi, Lev. 25, 16. Vide et supra in Pehal. Infin. וְזַבָּנָא לא תזבננה vendendo non vendes eam, Deut. 21, 14. Cum aff. לית ליה רשו לְזַבָּנָהּ non est ei facultas vendendi eam, Exo. 21, 8. Imper. זַבִּינִי יח זַבֵּין כיום דילהן vende hoc die, Gen. 25, 31. זבני משחא vende oleum, IIR. 4, 7. Fut. ולא תְזַבֵּן חכמתא et ne vendas sapientiam, Prov. 23, 23. וארי יְזַבֵּן גבר יח ברתיה et cum vendiderit quis filiam suam, Exod. 21, 7. וּנְזַבְּנִנֵּהּ et vendemus eum, Gen. 37, 27. ולא יזבנון מניה et non vendent de eo, Ez. 48, 14. Nota, in bibliis Venetis punctationem hujus verbi in conjugatione Pahel et Pehal esse confusam. In Pehal est *emere*: in Pahel *vendere.*

Ap. Tos. proverbium, זבן ולא תיחול vende potius quam pauper fias, Jeb. 63a. Supellex vendenda et pecunia negotiandum, priusquam paupertatem patiaris: B. Ar. in דל sexto, pro תיחול legit תדויל attenueris, attenuatus fias. Aliud: זבנת קנית זבן אוביד emisti, ditior factus es: vende, perde, Bm. 51a. Sensus; magis utile esse emere, quam vendere. Nam qui emit, pro expensa sua pecunia mercem habet, quam retinet: qui vero vendit, pecuniam accipit, quae non retinetur, sed iterum expenditur. Aliud: זָבֵן וְזַבֵּן תגרא איקרי emens et vendens mercator vocatur, Bm. 40b. et Bb. 90a. et alibi saepe. Proverbium vulgare in eos, qui emunt et cum damno vendunt.

זְבִינְתָא, זְבִינָא *emptio, emptum: venditio, venditum, merx, quae venditur:* שטרא דזביני literae emptionis, Jer. 32, 12. כסף זבינוהי pecunia venditionis suae, Lev. 25, 50. Pl. זְבִינִין merces, Lev. 25, 14. Hinc proverbium talmudicum, ארחלא אכרעיך זבינך זבן dum adhuc est arena in pedibus tuis, emptum tuum, i. e. mercem tuam vende, Pes. 113a. Cito vendendum, ut lucrum in alias merces impensum tanto citius crescat.

זִבּוּן *venditio*, Lev. 25, 42.

זַבְנָא *emptor*, Jes. 24, 2. זבנא *idem*, Esth. 3, 11. Targ. sec.

מְזַבְּנָא, מְזוֹבְנָנָא *venditor*, Ez. 7, 12. Jes. 24, 2.

Porro quod זְבַן pro *fluere* hic adduxerunt, perperam factum: at de זוּבָן vide in זוב.

זבר זִבּוּרָא[7], emphat.: זִבּוּרְתָא *apis: vespa; crabro:* דובשא דזיבורא mel apis, Lev. 11, 20 in Jon. Pl. אקיפון יתי היך זִבּוּרְיָתָא circumdederunt me sicut apes, heb. כדבורים Ps. 118, 12. Locutio proverbialis, monente Kimchio Jes. 7, 18, cum quis subito a magna multitudine circumdatur. Regia habent דִבּוּרְיָתָא servato ד ex forma hebraica. Et ex forma masculina, זִיבּוּרֵי חני et species apum, Lev. 11, 20. in Jon. Sic Deut. 14, 19. in Jon. Ap. Tos., ad locum Deut. 31, 17. ומצאן אותו רעות רבות וצרות obvenient ei mala multa et adversa; quaeritur, quidnam sunt רעות רבות וצרות? respondetur, רעות שנעשות צרות זו לזו כגון זיבורא ועקרבא h. e., mala, quae fiunt sibi invicem adversa, uti sunt apis vel vespa et scorpio, Chag. 5a. Nam remedia morsus vel aculei ipsorum sunt contraria: חמימי לעקרבא calida prosunt contra morsum scorpionis: וקרירי לזיבורא et frigida contra morsum apis vel crabronis, ע"ז 28b. Ergo proverbialiter quasi adducitur hoc, tamquam exemplum duarum rerum contrariarum, quibus difficulter simul remedium afferri potest, sicut difficile est remedium adhibere, si quis simul a vespa et scorpione punctus vel laesus fuerit.

זִיבּוּרִית[8] *ager pessimus*, ap. Tos.: mediae bonitatis vocatur בינונית intermedius, mediocris: optimus עידית quasi voluptuosus. De his Ti. in Git. c. 5. in initio et Bk. c. 1. ונתן לו מן הזבורית שבה et dederit ipsi de agro pessimo, qui est in eo campo.

Secundo *ansa, manubrium*[9], in Mikv. c. 10. Misna prima, ubi agitur de emundatione של ידות הכלים manubriorum, ansarum et similium partium externarum in vasis domesticis, quomodo recte defricentur et in aquam demersae sufficienter expurgentur,

---

[7]) Persice haec vox per ز, زنبور sonat.

[8]) Latinorum est *sabulosus* (a, um) *terra sabulosa* seu *sabulo abundans.* Nam sabulum tenue est et infecundum. Litera L commutata est in ר, ut in ipsa voce latina sabura, de qua in nota sequente.

[9]) Nugae! Voci זבורית nunquam haec inerat significatio omni etymologia carens et a prima significatione tantopere diversa. Imo potius ad eandem vocem latinam sabulum, quo prima et altera spectat significatio ipsissimumque vocabulum latinum est sabura s. saburra *sabulum et quidquid in sentinam navis certa mensura congestum, ne instabilis sit et ventorum vi evertatur.* Hinc a Talmudicis ad *omnem partem gravitatis, qua res stabilis fit,* uti sunt *fundus solidus vasis aut aliae fundo stabilitatis ceu gravitatis causa impositae res* translatum est. Error apud autorem B. Ar., R. Salomonem, Maimonidem atque Buxtorfium (quod pace tantorum virorum dixerim) ex loco Mischnae non satis intellecto ortus est. Videatur nota sequens.

quam curiosam et superstitiosam mundationem Christus reprehendit Matth. 23, 25. Verba Mischnae sunt: כלי שהטבילו דרך פיו כאלו לא טבל הטבילו כדרכו עד שיטנו על צדו[10] בלא זבוריח vas quod emundavit via oris ejus (i. e. ore primum in aquam immerso) perinde est, ac si non lavisset illud (quia ob fugam vacui aqua nequit intrare); si laverit illud secundum consuetudinem ejus sine ansa (subint: necdum recte lotum est) donec inclinarit illud in latus etc. Bartenoras hic ad בלא זיבוריח scribit; שלא הטביל בית ידו ut non laverit locum manus ejus, (hoc est ansam) aut aliam quampiam rem addititiam, quae est in vase in alterutra extremitatum ejus. Et sic vocant זבוריח id, quod non est de ipso vase et quo aquae non possunt pertingere. Sic etiam exponit Rambam תוספת מה additamentum quoddam vasis. R. Salomoni videntur esse figurae quaedam, in quarum sculpturas vel foramina aquae non possunt pertingere. In novis Mischnajoth Venetiis excusis in 8°. explicatur per בית יד.

זג. זַגָּא[11] *tintinnabulum.* In Tg. usurpatur pro hebr. פעמן; ut, זגא דדהבא tintinnabulum aureum, Ex. 28, 34. Sic Esth. 6, 10. in Tg. sec. Vide de hoc loco Scalig. contra Serar. p. 68. Pl. ועבדו זגין דדהב דכי וידבו ית זַגַּיָּא et fecerunt tintinnabula ex auro puro, posueruntque tintinnabula ista, Ex. 39, 25. Alii scribunt זָגָא et referunt ad זוג.

Secundo זָג vel זַג est *vinaceus* vel *vinaceum, grana acinorum.* Pl. זַגִּין. Hinc, עד זַגִּין גַּזְאִין ועִנְבָא ad vinaceos vel grana interiora uvae, Num. 6, 4. in Jon. Ti. ולא בזגין neque in vinaceis, Sab. cap. 4. ab initio in Misna. ולא זגיו neque vinaceos suos, Maaser. in fine. Vide et in Nas. c. 6. in Misna.

זגא זגה[12] *jacere, niti, inniti, incumbere rei alicui:* דְּזָגָא עליה cui innitebatur, cui incumbebat, Sanh. 85b. דדילמא בעי למזגא חגא עלידון quod fortassis cu-

---

[10]) Sensus est: Vas quod emundavit via oris perinde est ac si non lavisset illud. Si laverit illud secundum consuetudinem ejus (ut sc. stare solet vas i. e. via fundi oppos. דרך פיו) sine *sabura* donec inclinavit illud ad latus. Vas enim per fundum i. e. ut stare solet in aquam prolatum alioquin submergi non potest, nisi punctum gravitatis in fundo habeat, ut infima pars vasis gravior sit superiori, aut in latus inclinetur, ut intratis aquis gravitatis illud punctum nascatur. Plane latinam sine ullo additamento literarum י et ח vocem saburam (syr. ܨܦܘܪܐ) in N. T. invenis, ubi tamen non modo de *puncto* gravitatis in fundo vasis jacente sed etiam de ipso *fundo* metonymimice adhibetur. Ita enim capite tertio et vicesimo Matthaei v. 25. syriace וי לכון ספרא ופרישא נסבא באפא דמרכין אנתון לבריה דכסא וזבורא (ܨܦܘܪܐ sabura). לגו דין מלין חטופיא ועולא „Vae vobis Scribae et Pharisaei hypocritae, qui mundantes estis extrinsecus (ܠܒܪ talmudice לבר) [ea,] quae ad poculum saburamque (pertinent), dum intra (ܠܓܘ talmudice מגבא) pleni (sunt) rapinae atque injustitiae," quae verba Christi a Matthaeo conservata plenius sonant iis a Luca (11. 39) conservatis. Castigans enim Pharisaeos ipsa ab iis in Misna, ubi de mundatione vasorum agitur adhibita voce זבוריח usus est, quasi dicere velit: vos hypocritae tantam adhibetis observationem in emundandis vasibus, ut imo *fundum* poculi exteriorem accuratissime purgetis, dum mundationem animi intimam *plane* negligitis. At vero paraphrastes graecus verba Christi per Matthaeum eadem habens atque illa per Lucam tradita vocem ܦܝܢܟܐ apud Lucam (talmudice פינך), quae graecum est πίναξ *scutella, patina* restitutam opinatur apud Matthaeum per ܨܦܘܪܐ, unde factum est, quod carens omni etymologia eam per παροψίδα, quae synonyma est cum voce πίναξ reddit, etiamsi voci ܨܦܘܪܐ nunquam haec inerat significatio. Omnino enim ego ut obtinere non audeam attamen reticere non possum suspicionem N. T. originaliter in hebraica et quidem, ut sub voce הרך argui, in lingua talmudica scriptum fuisse. Ita quidem in duobus hic commemoratis capitibus Matthaei atque Lucae minime leges a Mose in s. S. jussae, sed ea vituperantur castiganturque institutiones, quae a Rabbinis in Mischna praescriptae sunt. Vocantur autem illae institutiones Rabbinorum מדברי סופרים i. e. res, quae prohibitae sunt secundum verba Scribarum, qui usus linguae talmudicae ab Apostolis conservatus est, ut loco Rabbini seu בעלי משנה i. e. autores τοῦ Mischna, ספרים gr. γραμματεῖς dicerent.

[11]) „Num forte Pers. زنگ?" Haec Bernstein, cui intimo ex pectore gratulor, quod haec sententia ei subrepta est. Ita quidem Lagarde, qui occasioni peccandi datae obstare non potest, ad syr. vocem ܙܓܐ persicam esse scribit *ż a n g* sententiamque a Viro illo doctissimo non nisi timide suspicatam et quasi in medio relictam conversis literis pers. زنگ, quae apud autorem Bernstein, in latinis żang conversis pro suis vendit. Falso. Sana enim etymologia jam prius ab ipsis Talmudicis data, qui ita זג כזג של בהמה החיצון זג והפנימי ענבל h. e. זג (quod de uvis in usu) idem est atque זג tintinnabulum pecudis (quod pecudi sc. appendere solent), cujus interior pars (gluma) nomine זג designatur, interior vero ענבל plectrum innuitur (Nasir 65a). Translatum igitur est nomen זג ab uvis, ubi pelliculum s. vinaceum denotat ad exteriorem tintinnabuli partem plectrum tenentem uti vox Hülse, qua Germani et de gluma frumenti et de quaque re glumae instar aliam rem involvente utuntur. Negari nequit occasionem peccandi ab ipso Buxtorfio datam. Ille enim duo enumerat vocabula זגא quod sub. rad. זג et זוג. quod in זג quarto tractat, unde suspicari licet vocem זגא ad aliam et quidem, propter dagissatum ג, ad radicem secundae ו uti vox pers. زنگ vertendam esse. Recte autem Aruch ex fonte talmudico ipso hauriens et זגא et זג sub radice זג tractat, unde liquet ambobus illis vocabulis idem etymon subjici, id quod ex Talm. l. c. firmatur. [12]) Convenit cum ar. صنا heb. צנח *inclinatus fuit.* Vide in זג sexto.

peret sedere et insedit ipsis, Mehila c. 3 in fine. לא הוה מוגנא רישי אבי סדיא non reclino caput meum in pulvinari, donec etc. Sab. 119a. Sic legit Aruch. In T. מיגנא, quod formam habet a זוג. Deinde in Tag. Jon. Deut. 10, 22. est idem quod סגא per ס: למזגי quoad multitudinem.

זַגְּתָא ,זַגָּא *gallina:* זגתא אוכמתא gallina nigra,[13] Brn. 86b. הי דזגתא אוכמתי והי דזגתא חוורתי illud (ovum) est gallinae nigrae et illud gallinae albae, Bech. 8 b. Hinc in Tg., זַגְתָּא על אפרוחהא et gallina et Germani die Gluckin vocant. In hebr. est עיש super pullos suos, Job. 38, 32. i. e., *plejades*, quas arcturus, quod in Regiis servatum.

זַגָּג ὑαλουργός, *vitriarius, qui vitrum conficit aut vendit:* מביאין כוס מבית הזגג adferunt poculum vitreum ex domo sive officina vitriarii, Mk. 13b. שהיה עובר לפני חנותו של זגג qui transibat ante officinam vitriarii, Br. s. 19. Pl. הקדרין והזגגין ollarii et vitriarii, ollarum et vitrorum venditores Bk. 31a. מטות של זגגין lecti, sedilia vitriariorum impura sunt, Kel. c. 24.

זְגוּגִיתָא *vitrum*, ap. Tos. et in Tg. Jobi 28, 18. Idem quod זכוכית, commutatis ג et כ: אייתי קבא דזגגיתא תבר קמיידו attulit cabum vitrorum et confregit ea coram ipsis. Citat hoc Ar. ex ע״ז 23. Sed non exstat illic.

זגיתא ,זְגִיתָא *idem*, quod contracte sic dicitur pro זגגיתא: Hinc, דמלכא בבית זגיתא יתיב quia rex in domo vitrea sedebat, Esth. 1, 3. in Tg. sec. Sic apud Tos., חפיוה לקיניה זוגיתא חיורתי operuit nidum vitro albo, i. e. pellucido, Git. 68b. Alibi: qui vult dissipare opes a parentibus sibi relictas, is vestiat se vestibus lineis et utatur בכלי זכוכית vasis vitreis, nempe בזגיתא חיורתא ex vitro albo, pellucido, crystallo, Chol. 84b.

זָגָא ,זוּגִין vide supra in זג.

זגר זַגְּרוּם *par impar et dissimile*, veluti dissimiles oculi, quorum unus albus et alter niger, Bech. c. 7. in Misna, ubi vide interpretes. In Gem. כל זוגא דלא שוי להדדי זגרום קרי ליה omne par quod non est aequale sibi, illud vocant זגרום, 44a. In Ar. scribitur per Samech in fine. Derivant ex nomine זוג, *par* et gr. δύο, *duo*.

אֲזַגַּר vide in litera א.

זגז זַגְזַגְאֵל *angeli nomen, praeceptoris Mosis, qui etiam una cum Michaële et Gabriele adfuit sepulturae Mosis*, Dr. s. ultima.

זגן זַגְנִין *libationes*, Jes. 65, 11. in Regiis. V. אגן.

זגת זַגְתָּא vide sup. in זגא.

זה *hic, iste:* אֵיזֶה *quis, quisnam?* Talmudice etiam feminine dicitur איזוהי quaenam?

זָהָב *aurum*. hebr. In TH. Jom. c. 5. et Br. fol. 247b. שבעה מיני זהבים הן, זהב טוב, זהב טהור, זהב שחוט, זהב מופז, זהב מוקק, זהב פרויים. Hinc Ri. dicunt ex Hiphil הִזְהִיב *inaurare, deaurare*. Item *fulgere, splendere instar auri:* מאימתי התורים כשרים משיזהיבו quando sunt turtures recti? cum incipiunt fulgere, Chol. 22b. Sic idem est quod הִצְהִיב. Hophal הוּזְהַב *inaurari:* כוס מוזהב poculum inauratum.

זְהוּב *aureus numus, florenus aureus et vulgaris*, quem Germani vocant ein Gulden, vulgo quindecim bazionum.

זַהֲבִי *aurifex, aurifaber:* Pl. זַהֲבִין בפני עצמן aurifices seorsim, Suc. 51b.

זָהָה[14] *efferri, superbire:* In Gem. משרבו זחוחי הלב רבו מחלוקות בישראל ex quo multiplicati sunt elati animo, multiplicatae sunt dissensiones inter Israëlitas, Sota 47b. Sic adducitur in Ar. et legitur in Gemara. At in gl. est זחוחי, quomodo scribitur in Chol. 7a. Legitur per ה quoque nonnunquam in Tg., ut Ps. 62, 9, in Regiis et, juxta B. Ar., Job. 36, 13. Sic in Tg. Jon. והדר לבהון זְהוֹהִין et conversum est cor ipsorum in elationes, elatum factum est cor ipsorum, Ex. 32, 1. In Ar. citatur etiam ex Ber. 60. ויהיה pro splendore. Sed in Gem. legitur nunc זיוה.

זְהוּיָא *laetabundi, exsultabundi, qui perpetuo laeti sunt.* Hi contra adducunt אללי לעולם vae in mundum. Hos David Ps. 73. vocat הוללים, Jalk. in hunc Psal. B. Ar. scribit זְהִיָּא, ex Vr. s. 20. Sed in nostris libris illic legitur אללייא.

זָהַם[15] *sordere, inquinatum esse:* היך כסו זהים sicut vestimentum sordidum, Job. 38, 14. Ex Ithp. part. כדמות תור דאוכל עשבא ומִזְדַּהֵם ad similitudinem bovis, qui comedit herbam et sese inquinat, Ps. 106, 20. Mirum quare illud *mugire* alii reddiderint. In Pih. זָהֵם *polluere, inquinare:* אין מזהמין את הוולד non polluunt puerum, i. e. pollutum pronunciant, Bech. 47a. vel ex Hi. מַזְהִימִין: מזהימין את הנטיעות inquinant arbores novellas, Schebi. c. 2. Av. 50b. Solebant fimo et foetidis eas inungere ad abigendum vermes: tam etiam laesas et vulneratas fimo obligare, ut cortex residuus succrescens vulnus tegeret.

מוזהם *sordidus, foetidus, hircosus:* הזקן החולה המוזהם senex, aeger et hircosus, Ket. 75a. המוזהם בזיעתו qui foetet ob sudorem suum.

זוהמא ,זֻהֲמָא *inquinamentum, sordities, foeditas: foetor:* אין מעבירין הזוהמא non tollunt sordes, Chol. 105a. Sic in Jev. c. 12. בשעה שבא נחש על חוה הטיל בה זוהמא hora, qua rem habuit serpens cum Eva, injecit in eam inquinamentum, Jom. 28b. Hoc si Judaei credunt; ergo (scribit quidam) serpens fuit vitricus ipsorum: זוהמא[16] דשמשא קשי משמשא sorditios solis gravior est ipso sole, Jom. 28b, i. e. obscuritas solis

---

[13]) زاغ Persis et Arabibus est *avis nigra rostro rubro*, item *genus columbae nigrae non expeditae*.

*) זדזה״ו. Abbreviatura est, quam vide sub fine literae.

[14]) Vocem ad rab. ar. زها vertit Willmetius, cui, ut putat, notio inest *vibrandi* indeque *nitendi*, quae, ut videtur, ad superbiam translata est. Vide in צהר.

[15]) Ar. زهم *pinguis, pinguedine illata fuit* manus, item *foetuit*.

[16]) Ego sine ס, זמא, scribere malim, ut Syrorum sit ܙܘܡܐ *sonus resonans* a. v. זמ resonavit, strepuit. Hinc

diei nubilosi et pluviosi gravior est, gravius afficit, quam plenus solis splendor. B. Ar. legit ויהרא. Simile ipsi, שברירי דשמשא קשין משמשא, de quo vide in שבר. Ut stilla tecti homini gravior, quam si totum se in aquam demittat: sic radii per nubes fracti etc.

זִיהוּמָא ,זִיהוּמְתָא *idem.* כדודא דזיהומתיה ביה sicut olla, cui sordes suae adhaerent, Ez. 24, 6. hebr. חלאתה, i. e. spuma: זיהום הזיעה, sordities, foetor sudoris.

זהן זְהוֹנְיָא vide paulo ante in זהה.

זְהַר[17] *lucere, splendere:* Partic. זָהֲרִין כנורא splendent sicut ignis, Cant. 5, 10. Futur. יִזְהֲרוּן כשושנא splendebunt sicut lilium, Hos. 14, 6. Aphel אַזְהִיר, ut hebr. הזהיר *splendere, fulgere: monere, admonere, commonefacere.* Praet. נהורא אַזְהַר עליהון lux splendebit ipsis, Jes. 9, 2. Part. כנהורא דְמַזְהַר sicut lux splendens, Prov. 4, 18. כשמשא דמזהר sicut sol, qui splendet, IIS. 23, 4. Fut. ועל אורחתך יַזְהַר נהורא et super vias tuas splendebit lux, Jobi 22, 28. Ex altero significato, ארי אזהרת לצדיקא quum admonueris justum, Ez. 3, 21. דאזהרתנון בשליחות נביי quia admonui eos per missionem Prophetarum meorum, Hos. 6, 5. Inf. לְאַזְהָרָא רשיעא ad monendum impium, Ez. 33, 8. Fut. וְתַזְהַר יתהון et monebis eos, ne peccent coram me, Ibid. 7. ויזהר ית עמא et monebit populum, v. 3. Pah. זַהַר *idem:* ויהון מְזַהֲרִין כדמא דמזהר על כתלא דמדבחא eruntque splendentes sicut sanguis qui splendet in pariete altaris, Zach. 9, 15. לחון מְזַהֲרָא admonebat eos, Cant. 5, 2. Ithp. אִזְדְהַר *moneri, admoneri, monere seipsum, cavere sibi, cautum esse.* Praet. ולא אזדהר et non monuerit se, Ez. 33, 4, 5, 6. Part. וּדְמִזְדְהַר במכסנתא et qui admonetur, cautus fit per correptionem, Pr. 13, 18; 15, 5. Infin. לְאִזְדְהָרָא עוד ut moneretur amplius, Eccl. 4, 13. T. לאזדהורי מעינא בישא ad cavendum sibi ab oculo malo. Imper. אִיזְדְהַר לך cave tibi, Ex. 10, 28. in Jon. בני אזדהר fili mi monitus esto, Eccl. 12, 12.

זְהִיר *monitus, cautus:* Plur. וּזְהִירִין הוו et cauti estote, Esr. 4, 22. באדמא הוו זהירין de sanguine estote moniti, Deut. 12, 16. Jon. Ap. Ros., הוי זהיר במצוה קלה כבחמורה esto aeque cautus in servando levi aliquo praecepto atque gravi, Avoth cap. 2. הוו זהירן ברשות שאין מקרבין לו לאדם אלא לצורך וכו׳ cavete ab iis, qui constituti sunt in potestate: non enim adjungunt sibi hominem, nisi cogat aliqua necessitas etc. Ibid, הוי זהיר בקריית שמע ובתפלה וכו׳ esto cautus in kerijath schemah et oratione etc. Vide ibidem.

זִיהוֹר ,זִהוֹר ,זִיהְרָא *lux, splendor,* וְזִהוֹר יקריה et splendor gloriae ejus, Deut. 33, 2. Sic Ps. 18, 13. שוי זיהרא בהון posuit splendorem in ipsis, Ps. 19, 5. Pl. זְהֲרַיָא בשמיא luminaria in coelis, Ez. 32, 8.

זוֹהַר ,זָהֳרָא *idem:* כחיזו זהרא sicut aspectus splendoris, Ez. 8, 2. Item *claritas, serenitas:* זוהר השמים claritas, serenitas coeli, Aben Esra Jobi 36, 22.

זְהוּרָא *monitio, custodia, cautio:* מכל זהורא נטר לבך prae omni custodia conserva cor tuum, Prov. 4, 23.

זִיהֲרָא *luna*, Deut. 4, 19. in Jon. Heb. ירח. Ponitur autem ז pro ס: nam alias luna in Targ. dicitur סיהרא, ut suo loco dicetur. Secundo ap. Tos. generale nomen est *fundorum, ut agri sunt et horti*, ut dicitur in Bb. 61b, ubi gl. כל הקרקעות קריין ויהרא omnes fundi[18] vocantur ויהרא. Unde, qui dicit מזביננא לך כל ארעתא דאית לי vendo tibi omnem terram, quae est mihi, intelligitur tantum vendere agros sativos, exceptis hortis. Si vero dicat ויהרא omnem fundum meum etc., vendit etiam hortos, sed non servos et domum, quae appellantur נכסים facultates.

זְהָרְתָא ,זַהֲרָתָא *monitiones cum verberibus:* זהרתא לגשמיהון monitiones corporibus ipsorum, i. e. castigationes, plagae, Pr. 19, 29.

זִיהְרָא[19] *toxicum, venenum*, ap. Tos.: איםליא זיהרא repletum erat veneno, Git 45b, ubi in gl. scribitur זיהורא, unde apparet, per Cholem in medio legendum. Exponitur ארם, quod in Targ. eo sensu usurpatur; זיהריה קליש venenum ejus est debile, As. 30b.

זְהוֹרִי ,זְהָרִי ,זְהוֹרִית ,זְהוֹרִיתָא *coccinum, coccineum.* In Tg. pro hebr. שָׁנִי usurpatur: צבע זְהוֹרִי color coccineus, Ex. 25, 4. דדמין לחוט זְהָרִיתָא quae similia sunt filo coccineo, Cant. 4, 3. לבישן הוו זהוריתא vestiti erant coccineis, Pr. 31, 21. Erat et זהורית *ornamentum coccineum, quod fronti equi apponebatur* et cum eo equum sabbato prodire vetitum fuit, Sab. 53a, ubi in textu scribitur זהרורית. Sic et particula coccini, in formam linguae lata, apponebatur ad frontem hirci emissi et ad ostium templi, quod si sua sponte tum albesceret, signum erat, peccata populi remissa esse, juxta illud, Jes. 1, 18: si peccata tua etc. Hinc והיה לשון של זהורית מלבין eratque lingua coccini albescens, Jom. c. 4. in initio, Rh. 31b.

---

a Talmudicis ad lucem solis translatum est, ut *reprecussum* quasi *resonantiam lucis* denotet. Huc signum illud a Talmudicis datum seu comparatio illa cum tina vini aceti (וסימנך דניא דחלא). Uti enim tina vini aceti graviorem spergit odorem quum vacuefacta est, quam dum ipso vino aceto completa est, ita et reprecussus lucis gravior est oculo, quam ipsa lux.

[17]) Syr. ܙܗܪ heb. צהר ar. زهر, صهر et طهر. His affine est verbum טהר arab. طهر *purus, nitidè mundus fuit* uti chald. דכא *mundus fuit*, quod ad rad. זכך perlucidum, *purum fuit* vertendum. Omnino enim radicibus זה, זח, טה et צה notio inest *splendendi, nitendi* et *perlucendi.* Cf. praeter haec enumerata et radices אה־ב, זה־ב, אה־ל, זה־ה et ipsam rad. זה־ם, quae in Piel, uti usus hujusce formae postulat, contrarium illius significationis denotat.

[18]) „Omnes fundi" (כל הקרקעות) imo etiam *desertum* vel *campus, ubi nil provenit* vocantur זיהרא. Spectant igitur Talmudici ad arab. صحاری, cui haec significatio inest. Persis haec vox صحرا sonat unde vocabulum talmudicum זהורי d. q. paulo post, originem trahit.

[19]) Vox pers. زهر.

זְהִירוּת *admonitio:* unde illud rabbinicum tritum, זהירות מביא לידי זריזות admonitio adducit ad alacritatem, parit promptitudinem in rebus agendis, As. 20b. Cf. et TH. Sab. c. 1. Misna quinta. Item *splendor*, in Zohar.

זְהוֹרָא זהרורי *splendor*, Bm. 84a. Pes. 13a. Sab. fol. 13a.

זְהוֹרִי [20] *exactor tributorum.* Hic a tenuioribus agros et praedia vili pretio emebat, facili magistratus aut regum consensu, ut tributa, quae pauperiores exsolvere non poterant, recte quotannis numerarentur. Unde in Gem. הני זהרורי דזבין ארעא זבינהו זביני istius exactoris, qui emit agrum tributi nomine, emptio ejus emptio est, h. e. firma et rata, Bb. 55a. Dicitur autem זהרורי a זידרא, quod commune nomen est fundorum (ut ante explicatum). quasi dicas *fundorum possessor.* Autor Ar. vult esse pers. vocabulum.

אַזְהָרָה *monitio, commonefactio, praemonitio, increpatio,* apud Rabbinos tritissimum.

מַזְהֲרָנָא *monitor, speculator,* Ez. 33, 6. hebr צפה.

זוא זו *forfex:* ואייתי זווא מביתיה et attulit forficem e domo sua, Meg. 16a. Item *par*: משום דקיימא ליה מאדים בזווי propterea quod Mars bis ascendit illo die: i. e. בזווי שני פעמים[21], Sab. 129b. B. Ar. plura exempla adducit: sed leguntur illa in Gem. per ג, זוגי, זוגא, quae vide mox infra in זוג.

Deinde זווא *nom. propr. viri,* ap. Talm.

זוב *fluere, profluere,* hebr. זָב *fluens, seminifluus:* זָבָה *seminiflua.*

זוֹב, זִיבוּת *fluxus seminis,* morbus, quando כח המחזיק vis retentrix vasorum spermaticorum debilitata est, ut inconcoctum sine usu effluat. Inconcocti signum, quod עינו נוטה לאדמימות color ejus inclinat ad rubedinem, instar purulenti sanguinis.

זוֹבָן *penis, mentula,* juxta Ar., in quo notatur et arabice sic vocari. At in Gem. a pene distinguitur, unde glossator exponit *thecam penis, saccum, scrotum.* Verba Misnae: נפגם הזובן, Gemara נפגם ולא ניטל כיס ולא זכרות ruptum (scrotum) sed non ablatum, scrotum, neque virilitas ipsa, hoc est membrum virilitatis, quo mas indicatur, Bech. 39b.

זָוַג ζευγνύω, ζυγόω, *combinare, copulare, conjugare, conjungere: conjugio, matrimonio jungere.* Part. מְזַוֵּג זווגין copulans conjugia, Ps. 68, 7. Pl. שית עגלן מְזַוְּגָן sex plaustra copulata, Num. 7, 3. in TgH. i. e. quadrigae cameratae, ex bigis quasi copulatae. Ithpah. ודי לא אִזְדַּוַּג ליה et si non fuerit conjunctus ipsi, Ex. 21, 13. in Jon. Inf. לְמִזְדַּוָּגָא עמהון ut copuleris cum eis, Ps. 37, 1. Ap. Tos., מזווג בכלאים copulans, conjugans heterogenea animalia (ut bovem et asinum) Bm. 83.

זִוּוּג *copulatio, conjugium:* In Br. 58. in princ. Rabbi Pinchas dixit in nomine Rabbi Abhu, invenimus in lege, in prophetis et in hagiographis, שאין זווגו של איש אלא מן הקב"ה quod conjugium hominis a Deo tantum sit etc. Et mox, יש שהוא הולך אצל זווגו ויש שזווגו בא אצלו est qui ambulat ad conjugium suum, qui conjugium quaerit et est alius, ad quem conjugium venit etc. Et paulo post, quaesivit mulier quaedam ex R. Jose, quidnam faciat Deus post absolutam creationem mundi? respondit יושב ומזווג זווגים sedet et conjungit conjugia, paria, filiam N. τῷ N. uxorem τοῦ N. τῷ N. bona τοῦ N. τῷ N. etc.

זוּג, זוּגָא, זוּג Ζεῦγος, *jugum, par, copula duorum:* זוג פרשים par equitum, Jes. 21, 7. כד הוינא רכיבין זוגא חד cum essemus equitantes uno pari, vel, ut unum par, pariter, IIR. 9, 25. זוג חמרין et par asinorum, Jud. 19, 3. זוג כודנין par mulorum, IIR. 5, 17. זוג לבושין par vestimentorum: דכר וְזוּגֵיהּ ברא יתהון masculum et compar ejus creavit eos, Gen. 1, 27. in TgH. זוג ונפרד par et impar: מספר בלתי זוגות *numerus impar,* More p. 1. c. 37. בר זוג *compar, consors:* לויתן ובר זוגיה Levijathan et compar ejus, Gen. 1, 21. in Jon. מזווג זוגים יחידאין לבר זוגא כחדא copulat paria solitaria (i. e. solitarios) ad compar simul, h. e. solitario consortem sive comparem adjungit, ut sint conjunctim unum par, solitarios conjugio jungit. Plur. שתא זוגין sex passus, IIS. 6, 13. heb. ששה צעדים. R. David pro eo legit דְּרָגִין. Et sic Regia. Apud Masorethas invenitur זוּגִין et זוּגוֹת utrumque masculine. Sic Ti. שמונים זוגות אחים כהנים octoginta paria fratrum sacerdotum, Ber. 44a. Latius et ea forma Rabbini utuntur pro *omni numero aequali, qui in duas partes aequas dividi potest,* teste Elia in Masoreth. Ap. Tos. etiam זוג vocatur *par sapientum:* ut זוג בא מרקת par (sapientum) venit ex Rakkath, Sanh. 10. ליה הלכה כאותו הזוג non est sententia juxta illud par (sapientum), Ned. 76b. Vide et Ktb. 71a. et Ber. 23. In specie sic vocantur *sapientes illi, qui bini a binis traditionem acceperunt* et recensentur in Avoth c. 1. Hinc in Peah c. 2. שקבל מן הזוגות qui accepit a paribus (sapientum) et hi a Prophetis. V. quoque de his Tzemach David par. 1. f. 29b. Juchasin f. 16a.

Secundo זוג *lucere, splendere, lucidum, nitidum, clarum esse:* והוה זָיֵג הי כאיספקלריא et erat splendens vel lucens instar speculi, Exo. 19, 17. in Tg. Jon. Ap. Tos. דזיג כזוזא חורא quod splenderet sicut numus candidus, Pes. 74b. והיכא דזיג et ubi lucet vel pellucet, Sab. 134a. כיון דזיגי quum clara vel lucida sunt, Chol. 76b. לא הוה זיג כולי האי non foret tam limpidum, clarum, Nid. 25a. Forte hinc est זוגיתא, זגוגיתא *vitrum,* a luce et claritate.

Tertio ap. Tos. זוג est *forfex,* sic dicta, quod constet bifido ferro vel cultro scindente: ut, זוג של ספרים forfex tonsorum, Bez. 35b. זוגא דסרבלא forfex ve-

[20]) Vide paula antea in זהר, neque nisi de suffixo רי delibrandum est. Id a Relando pers. habetur زور *war possesor*: at ego notam dativi habere malim, quo ille designatur, qui alicui rei praeest.

[21]) Propterea quod illo die sc. Martis Mars *bis* (שני פעמים) *in paribus* qu. *aequis* (qui in duas partes aequas dividi possunt. בִּשְׁוֵוי a. v. שוה aequare) *horis* stat. (Vide in Ps. 110a.) At vero die Mercurii nec nisi *semel* in paribus stat.

stiaria, lanaria, qua lana pannorum abscinditur, Bm. 116a. et 52a. כדי שיהו ניטלות בזוג ut possint tolli forfice, Nid. c. 6. in Misna. Sic, כדי לקרוץ בזוג ut possint abscindi forfice, Neg. c. 4. In As. 75b. scribitur זווא, sed vitiose. Ar. haec et praecedentia legit cum duplici Vau, זווא vel זוי.

Quarto זוג est *tintinnabulum, nola:* אין המור יוצא בזוג asinus non egreditur cum tintinnabulo etiamsi obturatum sit, Sab. 54a. הבנים יוצאין בקשרים ובני מלכים בזוגין filii vel liberi egrediuntur sabbatho cum ligamentis sive redimiculis et liberi regum cum tintinnabulis, ornamenti sc. causa vestimentis annexis, vel appensis, Sab. c. 6. in Misna. Rambam in Hilchos Sab. cap. 19. illud explicat, בזוגין הארוגין בבגדים cum tintinnabulis intextis vestimentis. In TH. disputant, an hoc intelligendum sit de nolis seu tintinabulis collo vel vestimentis appensis? B. Ar. scribit זוג esse *partem exteriorem tintinabuli*, interiorem עינבול.[22]

Quinto זוגא, זִיגָא *toga, tunica.* In T. Erub. 100b. זבינא ליך זיגא דמטו ליך עד כרעים emam tibi tunicam, quae tibi pertingat usque ad talos, gl. מלבוש שקורין קוטא est vestimentum, quod vocatur *cotte.* Hinc etiam est in Br. s. 92. חד פונדקי הוה קאים ולביש זוגו בליליא hospes quidam surgebat noctu et induebat togam suam etc. Et mox, קם ולביש זיגוי, gl. מלבוש.

Sextο, זוּגָא *sedile, lectus:* וכל זוגא ומרכבא דירכוב דובנא עלוי יהי מסאב et omnis lectus vel stratum, cui insederit fluxu laborans, immundum erit, Lev. 15, 9. in Tg. Jon. Hoc videtur esse a זְגָא quod *jacere, niti, inniti* significat ap. Tos.

בְּזוּג *idem quod* זוג supra: מְבַזֵּג בין גבר לאיתא connubium facit inter virum et mulierem, Deut. 32, 4. in Jon. In TgH. pro eo est, מְזַוֵּג גבר לאיתא: Sic אליף יתן לְמִבְזְגָא חתנין וכלן docuit nos copulare sponsos et sponsas, Deut. 34, 6. in Jon. In utroque autem loco est Kaph pro Beth. Vox composita ex בר et זוג.

זוד. In Hiphil הֵזִיד *superbire, superbe, fastuose, arroganter agere: includit studium:* opponitur ignorantiae et errori. Inf. לַהֲזָדָה ad superbe agendum, Dan. 5, 20. Alias in Tg. per הרשיע improbe agere redditur.

זֵידָן et זֵדוֹן, זָדוֹן *superbus: superbia:* זֵידָנָא שמיה superbus nomen ejus, Pr. 21, 24. חטאין או זדון peccata aut superbiam, Deut. 29, 18. Pl. זֵדוֹנִין קמו עלי superbi insurgunt contra me, Ps. 54, 5. נפחא זֵידָנִין increpasti superbos, Deut. 12, 14. Emph. מִן זֵידָנַיָּא a superbis, Ps. 19, 14. Ri. pl. fem. utuntur: ut שגגות נעשות לדב כזדונות errores imprudentes fiunt illis sicut peccata superba, id est studio comissa. Vide in Chag. 5a. Opponuntur זדון et שגגה error imprudens et factum prudens, i. e. ex proposito et studio commissum peccatum.

זֵידוֹנְתָא, זְדוֹנָא *superbia,* Prov. 11, 2.

זְדוֹנוּתָא, זֵידוֹנוּתָא *idem:* לאוספא ליה חטאי שלותא על זדנותא ad addendum peccata erroris ad superbiam, Deut. 29, 19. בזדנותא אתיא מצותא per superbiam venit lis, Pr. 13, 10. Cum aff. בְּזֵידוֹנוּתֵיה per superbiam suam, Pr. 21, 24.

זֵידוּ, זֵדוּ *idem:* בזידו per superbiam, arrogantiam, Ez. 24, 7.

מֵזִיד *arrogantia, praesumptio, propositum. industria, studium,* ap. Ros.: במזיד et בשוגג, ut הזדון et השגגה opponuntur sibi, ut quod ex propositio, studio et industria fit et quod per errorem et casum, imprudenter: בשוגג יאכלו במזיד לא יאכלו per ignorantiam comedent (fructus extraneos) per industriam aut superbiam non comedent, Erub. c. 4. in initio: בשוגג הורצה במזיד לא הורצה per errorem (si spargatur sanguis impurus) acceptatur: per industriam aut studio, non acceptatur, Men. 25a.

זוד[23] et in Ithpehal, אִזְדַּוַּד *viaticari, viaticum sumere, viatico se instruere:* אִזְדַּוַּדְנָא יתיה in viaticum sumpsimus illum, Jos. 9, 12. Verbum e nomine deductum, ut et in ling. hebraea, in qua הצטידנו a צידה viaticum. Hinc mutatur צ in ז et in medio י quiescens in ו consonam. Legitur et eodem capite v. 4. אִזְדַּוַּדוּ viaticum sumpserunt, ubi in hebraeo וַיִּצְטַיָּרוּ legatos finxerunt se, a ציר legatus. Videtur ergo hic paraphrastes legisse ד pro ר, quasi a praecedenti צד aut צדה viaticum. Ex Pahel, מְזַוָּדָא תְזַוְּדוּן ליה omnino viatico providebunt ipsi, viaticando viaticabuntur ipsi, Deut. 15, 14. in TgH.

זְוָדָא, זְוָדָה *viaticum, esca, commeatus,* ἐφόδιον: זוָדה מברכא אברך viatico ejus benedicendo benedicam, Ps. 132, 15. למתן להון זְוָדִין לארחא ad dandum eis cibaria in viam, Gen. 42, 25. וזודין לא עבדו להון viatica non paraverunt sibi, Ex. 12, 39. ואזלו בלא זודין et iverunt absque viatico, Jer. 2, 2. זודין שלח להון viatica, commeatum misit ipsis, Ps. 78, 25. למסבי זודין ad accipiendum commeatum, Jud. 20, 10. ונסיבו ית זודי עמא et acceperunt viatica populus, Jud. 7, 8. וכל לחם זְוָדֵיהוֹן יבש et omnis panis viatici ipsorum erat aridus, Jos. 9, 5. In Gem. זודי קלילי ואורחא רחיקתא viatica exigua sunt et via est longinqua, Ketb. 67b. Proverbialiter Rabbini usurpant, quando defectum rerum necessariarum ad res magnas peragendas iudicare volunt: דשלימו זודיה cujus viatica sunt absumpta, Mk. 28b. Ti. vocant etiam זודתא *viaticum, involucra, lintea et vestes mortuorum, quibus vestiri ad sepulchrum solent,* ut, למשמשי בהו זוודתא ut subministrentur illis viatica gl. תכריכין, Erb. c. 4. in initio. Sic, צביתו ליה זוודתא praeparate ipsi viaticum, Rh. 17a. gl. הכינו לו צידה לדרך praeparate ipsi viaticum ad iter; מה היא צידה המתן תכריכין quodnam autem est viaticum mortuorum? involucra. Iterum: צבית זוודתא לאידך מית praeparatum jam est viaticum alii mortuo; et mox, תימיש זוודתא לנפשך para viaticum tibi ipsi, Mk. 27b.

זוורא *fasciculus:* ההוא גברא אקדיש בזוורא דאידרי vir ille desponsavit sibi quandam fasciculo lanae,

[22]) Vide supra in זגג.

[23]) Ar. زَادَ, cui in II. conj. haec inest significatio.

Kid. 12a. Vel *sacco, sacculo lanae*, ex seq. significato, secundum B. Aruch.

מְזוֹדָה *pera, saccus, quo viaticum circumfertur*, Kel. c. 20. Sic arabice מזוד.

זוה זָוְי[24] *angulus:* זוי לקביל זוי et angulus e regione anguli, IR. 7, 4. Ez. 42, 3. ubi זָוְי punctatur. Fem. זָוִיָה, emphat. זָוִיתָא: ut, על תרע זָוִיתָא usque ad portam anguli, hebr. הפנה, Jer. 31, 38. Constr. בְּזָוִית דרתא in angulo atrii, Ez. 47, 21. Plur. לארבע זָוְיָן ad quatuor angulos, IR. 7, 34. לתרתין זוין pro duobus angulis, Ex. 36, 29. Emph. על ארבע זָוְיָתָא super quatuor angulos istos, Exo. 25, 26. Cum aff. וארבע זָוְיָתֵיה et quatuor angulis ejus, IR. 7, 30. Ap. Ros. זויה ניצבה angulus rectus, זויה חדה angulus acutus. Ap. Tos. קם איהו בחדא זויתא stabat ipse in quodam angulo.

זוז *moveri, movere se, recedere, discedere ex aliquo loco*: לא זז משם non movit se inde: לא היו זזין משם כל היום non recedebant inde toto die.

זָאזָא, זָז *ramus, ramusculus*, sic dictus quod subinde a vento *moveatur:* ויעביד זאזא et faciet ramum, Job. 14, 9. hebr. קָצִיר. Cum aff. יתמולל זָאזֵהּ abscindetur ramus ejus, Job. 18, 16. in secundo ejus versus Tg. Pl. מביני זָאזַיָא e medio ramorum edent vocem cantus, Ps. 104, 12. Cum aff. ואילניא לא טלטילו זָאזֵיהוֹן et arbores non movebant ramos suos, Deut. 28, 15. in Jon.

מְזוּזָא, מְזוּזְתָא *postis*, per antiphrasin, quasi *minime mobilis:* אחורי דשא ומזוזתא post ostium et postem, Jes. 57, 8. דלות מזוזתא quod est ad postem, Exo. 21, 6. Pl. על מְזוּזַיָן super postes, Deut. 6, 9. in Jon. Cum aff. מְזוּזְתָהָא postes ejus, Thr. 2, 9. Ri. מזוזה etiam vocant *schedas, quas in postibus januarum abscondunt.* Hinc in Targ. קביעא מזוזתא בסטר ימינא דדש׳ infixa est scheda *mesusah* in latere dextero januae meae, Cant. 8, 3. Sic Ps. 121, 5. in Venetis. Prolixa de hac scheda disputatio est in tractatu talmudico Men. 33b., ubi versus ille Ps. 121, adducitur. Praeceptum autem de ista scheda faciunt ex Deut. 6, 9. Vide Synag. nostram Jud. et Maim. in hilchos tephillin c. 1. et 5. et 6.

Secundo זוּזָא, זוּז[25] *zusa, moneta antiqua judaica, valens quartam partem*, i. e. *drachmam sicli sacri, dimidiam quartam partem taleri imperialis.* Hinc ubi in hebraeo est, הנה נמצא בידי רבע שקל כסף ecce reperitur in manu mea quadrans sicli argentei, IS. 9, 8. ibi Targ. habet, זוזא חדא דכספא susa unus argenteus. Kimchi ibidem, השקל ארבעה זוזים siclus continebat quatuor susos. Vide Waseri librum de numis c. 20. Graeci δραχμήν, drachmam vocant, Luc. 15, 8. 9. Syrus זוּזָא. Siclus politicus duas drachmas: sacer sive ecclesiasticus quatuor valebat: ille didrachma, hic tetradrachma vocabatur. Alias etiam dicebatur a posteritate דינר denarius. Vide ibi: Synecdochice est *pecunia, moneta*, sic dicta, שזז מזה וניתן לזה quia recedit ab hoc et datur illi, ut ajunt Hebraei: proverbium vulgare, זוזא לעללא לא שכיחא לתליתא שכיח denarius ad frumentum comparandum non reperitur, ad perditionem reperitur, Chag. 5a. Multis ad usus necessarios saepe numi desunt, quibus ad luxum, vanitatem et superbiam raro desiderantur: זוזא חיורא numus albus, i. e. novus, recenter conflatus vel fusus, Sab. 66b.

Tertio זוּזָא *lapidis pretiosi nomen*, pro heb. לשם, Exo. 28, 19. in TgH.

זוח[26] *tolli, auferri, removeri:* Item *extolli, efferri:* Fut. די תְזוּחַ כסלו cujus spes auferetur, Job. 8, 14. Convenit cum זחח. Ap. Tos. קא זיחא דעתיה sic ut efferet se mens ejus, Sanh. 96b. כדי שתזוח דעתו עליו eo ut efferatur animus ejus per illud, h. e. יגבה לבו, Ktb. 67b. מזיח גזירות tollens, removens decreta mala, persecutiones, Ktb. 10b.

Secundo est *moveri, commoveri*, idem quod זוע: ut, לא יָזוּחַ לבכון ne commoveatur cor vestrum, Deut. 20, 3. in Jon. Onk. habet יָזוּעַ. Ex Aphel. דהוה מְזִיחַ לכל ארעא qui commovebat totam terram, Jer. 50, 23.

זוט זוּטָא *parvum, minus:* סדר עולם זוטא ordo mundi parvus, i. e. chronologia parva. Libri nomen est, seriem annorum mundi tractantis. Opponitur ipsi רבא magnum: איכה זוטא glossa parva in Threnos Jeremiae: איכא רבתא glossa magna in eundem librum: ו׳ זוטא Vau parvum, Num. 25, 12. in mas. parva. Vide infra זטר.

II. זוט *imum, fundum alicujus rei:* ut, החרס טמא מפני זוטו rete pollutum est propter fundum, sive imam partem ejus, Kel. c. 23. et 29. מן זוטו של ים e fundo maris, As. 43a. gl. a recessu vel inundatione maris. Sic, בזוטו של ים ובשלוליתו של נהר in fluctu maris et exundatione fluminis, Bm. 21b. Hoc sensu legitur in Bibliis Regiis, Ps. 69, 3. et 16. In praefatione ME. f. 50c. ad locum Eccl. 12, 8. ונרוץ הגלגל אל הבור „et dirumpitur rota ad cisternam;" scribitur: זו בבל שהיא זוטא של עולם haec (cisterna) est Babel, quae est infima (regio) mundi, h. e. תחתיתו, ut glossa illic habet, vel עומקו ושפלה מכל הארצות, ut explicatur in gl. talmudica Mgl. 9a, lin. ultima.

Munsterus, Guido, Schindlerus ponunt etiam זוט זִט pro, *vive, deus juvet* et sic dici solere sternutanti. Sed non sic dicunt, verum אסותא. Ar. autoritatem citat ex TH. At ibi hodie non sic legitur, sed יים, quod vide in אסא in אסותא.

זוך מְזוֹכְתָא *mortarium*, idem quod מדוכתא, Num. 11. 8. in TgH.

זול זָל *vile, vilis pretii esse:* Ap. Tos. proverbium זָלָה סחורה קבוץ קנה מינה si merces viles, collige eas, eme ex illis, Ber. 63a. Nam paulo post cariores fient.

---

[24]) زاوية *zaviatun* a. v. زوى, cujus origo teste Willmetio in *flectendo* et *inclinando*.

[25]) Ζεύς *Jupiter*, cujus vultus, ut habet Mussafia, monatae incussi erant, unde factum est, quod Rabbi Menachem illam monetam adspicere noluerit, ut in Talm. As. 58 legitur.

[26]) Commutatis gutturalibus idem est atque זוע d. q. supra.

זול, זולא *vilitas, vilitas annonae.* תמן זול תמן שובעא ibi (sc. in Tyro et Caesarea) est vilitas, ibi est satitas et abundantia omnium rerum TH. Kil. cap. ultimo.

בְּזוֹל *in vili, viliter*, germ. wolfeil, cui opponitur ביוקר in pretio, pretiose, care. Unde dicunt, המעות בזול והפירות ביוקר pecuniae viles sunt, fructus cari, Bb. 91b. Vide etiam infra זלל.

זִילוּתָא *vilitas*, Thr. 1, 8. Sic legit Elias Jobi 28, 18. in secundo ejus versus Tg., quod nunc legitur בקלותא. Melior Eliae lectio. Nam opponitur ei ibidem ביוקרא care.

זולשפט *nomen loci, ubi multi vini copia.* Bm. 73b.

זוּלַת, זוּלָתִי *praeter, absque, sine:* בזולת *idem:* בזולת עמל absque labore זולתי אחרית praeter pauca. Aliquando Joth est affixum pronomen et tum significat, *praeter me:* זוּלָתוֹ *praeter id, praeter eum:* וזוּלָתָם *et praeter ipsa, et alia similia ipsis, et alia ejus generis, et alia, et alii plures.*

זום[27] *sonare, resonare*, apud Syros, 1 Cor. 13, 1.

זְמוּזָם *cymbalum:* in Ar., *fistula, tibia:* קלא דזמוזמי vox tibiarum vel cymbalorum, Erb. 104a.

זון *pascere, alere, cibare, sustentare*, hebr. כלכל. Praet. וְזָן יוסף ית אבוהי et sustentavit Joseph patrem suum, Gen. 47, 12. דזן יתי qui pavit me, hebr. הרועה, Gen. 48, 15. וְזָנְנוּן בלחמא et alebat eos pane, Gen. 47, 17. כד זְנַתְּנוּן cum cibavi eos, Hos. 13, 6. Imper. זוּנִי לחמא מסתי ale me pane sufficienti mihi, Pr. 30, 28. Fut. אנא אֱזוּן יתכון ego sustento vos, Gen. 50, 21. ואזון יתך et sustentabo te, Gen. 45, 11. והוא יזון יתך et ipse sustentabit te, Ps. 55, 23. Itph. Fut. יִתְּזָן כל עמי aletur universus populus meus, Gen. 41, 17. ומנה יתזין כל בשרא et ex ea aletur omnis caro, Dan. 4, 10. לא יתזונון non cibabuntur, alentur, Hos. 9, 2.

Ap. Tos. לזון את עיניו ad pascendum oculos suos Ohol. c. 13. כח הזן facultas altrix, apud philosophos. In Niph. dicunt נזון et נִיזוֹן. Ex Hiph. מזין כל העולם substentans universum mundum. Ex Ithp, לאתזנא מניהו שמיים ut gubernentur inde coeli, in Zohar Gen. col. 5.

זִיוּנָא, זִיוּן *nutrimentum, alimentum:* זִיוּנָהּ nutrimentum ejus, Exo. 21, 10. hebr. שארה. דלא טעים זיונא quod nullum cibum gustasset. Hinc latius est *sumptus, expensae:* עיסקא זוטא דזוטר זיונא negotiatio exigua, exiguos postulat sumptus, Ktb. 66b. Aliam expositionem vide in זין.

מְזוֹן, מְזוֹנָא *alimentum, cibus, esca*, ut hebraice: ומזון לכלא ביה et cibus erat pro universis in ea, Dan. 4, 9. דיהב מְזוֹנֵיהּ לכל בסרא qui dat cibum suum universae carni, Ps. 136, 25.

מְזוֹנַיי *alibile, nutribile.*

זון זוני ζώνη, *zona, cinctura, cingulum:* הזון והברכייר טמאין zona et corium ventrale polluta sunt. Kel. c. 26. התיר זוני שלו solvebat cingulum suum: שתי צורי זונות duas formas zonarum, Sanh. 39b. Legitur et זונם pro eodem.

זונין vide infra in זנה.

זוסטא זום *instrumentum quoddam, instar cribri*, TH. Mgl. 71b.

זוע *moveri, commoveri, commovere se; trepidare, tremere, contremiscere.* Praet. וְזָע פתי ירכא et commotum est acetabulum femoris ejus hebr. ותקע et luxatum fuit et pendebat, Gen. 32, 25. וזע כל עמא et trepidabat totus populus, hebr. ויחרד Exo. 19, 16. וזע לביה et commotum est cor ejus, hebr. וינע Jes. 7, 2. וזע כל טורא et contremuit totus mons, Exod. 19, 18. זעת לך commovit se tibi id est propter te, hebr. רגזה, Jes. 14, 9. וחזא עמא וְזָעוּ viditque populus et tremuerunt, Exo. 20, 17. וזעו אילות ספי היכלא et commoti sunt postes liminum templi, Jes. 6, 4. Part. זָאעִין ודחלין trementes et timentes, Dan. 5, 19. Inf. cum Fut. מִזָע תְזוּעַ ארעא commovendo commota est terra, heb. רעה התרעעה Jes. 24, 19. Imp. זָעוּ מניה contremiscite ab eo, heb. רגזו commovemini, Ps. 4, 5. Fut. לא אֱזוּעַ non commovebor, hebr. בל אמוט Ps. 10, 6. לא יְזוּעַ לבכון ne commoveatur cor vestrum, Deut. 20, 3. צדיק לעלם לא נָזוּעַ justus in aeternum non commovebitur, Pr. 10, 30. ביומא די יְזוּעוּן ארכובתך in die, quo commovebuntur genua tua, Eccl. 12, 3. וִיזוּעוּן et commovebuntur, Jes. 19, 16. Ithpeh. אִתְזִיעַ *moveri, commoveri.* Pah. ex geminatis literis: זַעְזַעְתָּהּ יתה commovisti eam, Ps. 60, 4. Part. plur. ויתגלון מְזַעְזְעָךְ et revelabuntur commoventes te, Hab. 2, 7. Futur. וחרציהון תדירא תְזַעְזַע et lumbos eorum jugiter commoveas, Ps. 69, 24. דתְזַעְזְעִנֵּהּ quod commoveat ipsum, Gen. 49, 9. Num. 24, 9. Ithpah. וְאִזְדַעְזַע יצחק זיעוע סגי et contremuit Isaac tremore magno, Gen. 27, 33. in Tg. Jon. וְאִזְדַעְזְעַת מלכתא לחדא et contremuit regina valde, Esth. 4, 4. Part. מִזְדַעְזְעִין commoventur, Job. 26, 11. Fut. דלא תִזְדַעְזַע ut non commoveatur, Ps. 93, 1. לא אזדעזע non commovebor, Ps. 26. 1. Aphel Praet. וכל משריתא אָזִיעַ et tota castra perterrefecit, Jud. 8, 12. וַאֲזַעְתָּא עממיא et commovisti gentes, Ez. 32, 2. למה אֲזַעְתַּנִי ad quid commovisti me? IS. 28, 15. Part. וּמְזִיעִן עלהא et commovebant mundum, Ez. 1, 7. Fut. ולא תְזִיעוּנוּן et non commovebunt eas, Ez. 32, 13. Ap. Tos. אבנים שזעזעתן המחרישה lapides, quos commovit sarculum, gl. הסיעתן, Schev. c. 3. Sic in Orla c. 1. Ex. Nithp. מה נזדעזעת quare expavisti? Bb. 74b.

זוועה *commotio, motus terrae,* רעש, רעד, ap. Tos. Pl. על הזוועות de terraemotibus, Ber. c. 9. in Misna in initio. מאי זועות quid sunt זועות? dixit Raf Katina, גוהא, terrae motus, Ber. 39. in Gemara.

זִיעַ, זִיעָא et זְיָעָא, זְיַע *pavor, tremor, commotio, terraemotus:* למלול זיע sermonem tremoris, Jes. 64, 3. ונפל זיעא et cecidit tremor, IS. 11, 7. קדם מיתי זיעא antequam venisset terraemotus, Am. 1, 1. ותהוי לְזִיעַ et eris in commotionem, Deut. 28, 25. Jer. 15, 4.

[27]) Arab. زمزم *zamzama sonuit*, unde et nomen sequens זמזום.

זִיעַ *commotio*, Nah. 2, 10.

זַעֲוָע *commotio, tremor*, Gen. 27, 33. in Jon.

זַעֲוָא זְעָיָא *idem*, זעיא אחדתנון tremor apprehendit eos, Ps. 48, 7. כן ייתי זעוה sic veniet terror, Jer. 25, 30. אתמליאו חרציהון זִיעֲיָא repleti sunt lumbi ipsorum terrore, Jes. 21. 3.

אִזְדַּעְזְעָא *motio, commotio, nutatio*. Pl. לאזדעזעת רגלא ad nutationes pedis, Jobi 12, 5. heb. למועדי.

מְזִיעִין *terriculamenta, spectra*, Num. 6, 23. in Jon. Respondet hebraeo שעירים.

Deinde זוע, הֵזִיעַ in Hiphil est *sudare:* במקום שמזיעין in loco, ubi sudant vel sudare solent, Seb. 19a. זיתין מקבלין טומאה משיזיעו זיעת המעטן olivae recipiunt immunditiam, ex quo sudant sudorem in fovea, ubi defossae sunt, Tah. c. 9.

זִיעָא *sudor*, hebr. זיעה, cujus radicem faciunt יזע. In Tg. בזיעתא דאפך in sudore vultus tui, Gen. 3, 19. Ap. Tos. זיעת בתים בורות שיחין ומערות טהורה sudor aedium, cisternarum, fovearum et speluncarum mundus est etc. Machschirim c. 2. כל זיעא דנפקא מבר נשא סם המות הוא חוץ מזיעת הפנים omnis sudor egrediens ex homine venenatus est, excepto sudore faciei, TH. ע"ז 41a. זיעא בעלמא הוא מי תותים ורמונים sudor vulgaris est succus murorum et malogranatorum, Pes. 24b.

זוּף *mutuari, mutuo accipere*. Fut. ואת לא תְזוּף tu

[28]) Item Talmudiciis est: ἀναθυμίασις *exhalatio*, *evaporatio*, vapor *ille fervidus*, *quo* auctore Heraclito philosopho *mundus creatus est* i. e. *principium omnium rerum*. אדריינוס שחיק טמיא שאל את רבי יהושע בן חנניה א"ל אתם אומרים אין כת של מעלה מקלסת ושונה אלא בכל יום ויום הקב"ה בורא כת של מלאכים חדשים והן אומרים שירה לפניו והולכין להן. א"ל הן אמר ליה ולאן אינון אזלין אמר מן הן דאתברייו א"ל ומן אן הן אתבריין א"ל מן נהר דינור א"ל ומה עסקי דנהר דינור א"ל כהדין ירדנא דלא פסיק לא ביממא ולא בלילה א"ל ומן אן הוא אתי א"ל מן זיעתהון דחייתא דאינון מזיעין מן טעין כורסייא דהקב"ה. Hoc est: „Hadrianus, cujus ossa contusa sint, interrogavit Rabbi Josuam, filium R. Chanaja his verbis: vos obtinetis ne unam quidem catervam superorum (i. e. angelorum) in laudando deo perseverare, sed unoquoque die a deo O. M. aliam catervam angelorum creari, quae laudatione apud eum dicta abeat? Respondet ille: ita est. Pergit (Hadrianus) quaerere: Quonam illae (angelorum catervae) abeunt? Unde creatae sunt, respondet ille. Sed Hadrianus: Unde autem creatae sunt? Tum ille: E flumine, inquit, igneo. Quae autem ratio est hujusce fluminis? Cui quaerenti respondet R. Josua: est sicut Jordanus flumen, quod neque interdiu neque noctu fluere desinit. Et unde oritur? Ad hanc quaestionem respondet R. Josua: ex sudore τῶν Chajoth eorum, qui hunc sudorem exsudant." Extat hic locus in Br. s. 78, quo intelligere licet, quomodo Talmudici disciplinas philosophorum Graecorum cum disciplina ipsorum unum tantum numen colentium conjunxerint. Nam imaginibus, quibus uti solent Talmudici, detectis facile intelligemus, hoc loco expressa esse praecipua philosophiae Heracliteae principia, quae quantum ex reliquiis illius philosophi judicari potest, haec fere sunt:

I. Ut omnes ante eum philosophi ionici principium omnium rerum quaesiverunt, ita etiam Heraclitus atque in igne reperisse illud sibi visus est. Ignis enim summa vis coelestis divina, quae et subtilissima est et semper in motu, omnia penetrans et per omnia vigens, denique summa causa omnis vitae, omnis motus atque omnis intellectus. Quo igne dicit omnia commutari igneque omnium rerum pretium esse, quemadmodum cujusque rei pretium aurum sit omnesque res tanto valere, quanto valeant auro. Πυρός τ' ἀνταμείβεσθαι πάντα φησὶν ὁ Ἡράκλειτος καὶ πῦρ ἁπάντων, ὥσπερ χρυσοῦ χρήματα καὶ χρημάτων χρυσός. Plut. de El ap. Delph. 3.

II. Illum ignem dicit sempiternum esse, in statu perseverantem, nulli subjectum vicissitudini neque temporis neque motus. Vicissitudines enim ac motus nobis apparentes minime ignis ipsius proprias esse existimat sed earum tantum rerum, quae ex hoc igne sint ortae. Huc quidem pertinent illa Heracliti verba quibus ait, omnia fieri et fluere certoque nihil esse, unum solum subsistere et perseverare, ex quo cetera omnia immutentur. Οἱ δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίγνεσθαί τέ φασι καὶ ῥεῖν, εἶναι δε παγίως οὐδέν, ἕν τι μόνον ὑπομένειν, ἐξ οὗ ταῦτα πάντα μετασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ὅπερ ἐοίκασι βούλεσθαι λέγειν τε πολλοὶ καὶ Ἡράκλειτος. Arist. de Coelo III. c. 1, Cf. Plat. Soph. p. 242 et Plut. de El ap. Delph. p. 239.

Hinc apparet:

זַרְעִית, זַרְעִיתָא *semen, posteritas, familia, cognatio, stirps* et sic hebr. משפחה in Targ. respondet: מזרעית דן ex stirpe Dan, Jud. 13, 2. זרעיתי זעירא familia mea est parva, minima, Jud. 6, 15. ותרין מזרעיתא et duo ex familia, Jer. 3, 14. Pl. יתקרב לְזַרְעֲיָן appropinquet per familias, Jos. 7, 14. תרתין זרעיתא duae familiae, Jer. 33, 24. Const. זַרְעֲיַת כנענאי familiae Cananaeorum, Gen. 10, 18. Cum aff. לְזַרְעֲיָתְהוֹן juxta familias suas, Gen. 10.

זַרְעוֹנִין *semina*: זרעונין sunt triplicia: primo, תבואה proventus, ut tritici, hordei, speltae etc.: secundo, קטנית leguminum, ut sunt fabae, lentes etc. 3. זרעוני גינה semina hortensia, vide Maim. in הלכות כלאים c. 1. Ex seminibus hortensibus quaedam sunt, quibus integri agri conseruntur; et haec vocantur מיני זרעים: quaedam areolatim seruntur et haec vocantur מיני ירקות.

זְרוֹעַ *brachium*; בֵּית זְרוֹעַ *domus brachii, manica*, Rab.

זְרַף *scindere, incidere, scissuras facere*: ברזלא דְזָרִיף ferrum quod incidit. Kimchi in rad. זרף: מִזְרַף זָרֵיף scindendo scindit et vulnus facit, Jeb. 77. Vide et As. 28b. Citat Ar. etiam ex ע"ץ f. 18b. sed ibi nunc aliter legitur.

זַרְפָא *tumor*, ex contusione aut percussione ortus: דעבדי ליה לזירפא quem faciunt ipsi contra tumorem, Sab. 67a.

זְרַק *spargere, aspergere, conspergere*, in Targ. ut hebraice: Praet. זְרַק על מדבחא sparsit super altare, Exo. 24, 6. וזרק משה ית דמא et sparsit Mose sanguinem, Lev. 8, 19. Cum aff. וּזְרָקֵיהּ על מדבחא et sparsit eum super altare, Lev. 9, 12. Part. דְזָרֵיק ית דם qui spargit sanguinem, Lev. 7, 4. Inf. וּלְמִזְרַק עלוהי דם et ad spargendum super illud sanguinem, Ez. 43, 18. Imper. וּזְרוֹק על קרתא et sparge super civitatem, Ez. 10, 2. Fut. וְתִזְרוֹק על מדבחא et sparget super altare, Exo. 29, 16. ויזרקניה משה לצית שמיא et sparget illum Mose versus coelum, Exo. 9, 8. ויזרקון ית דמא et spargent sanguinem, Lev. 1, 5. Ithpeh. לא אִזְדְּרִיקוּ עלוהי non fuerunt sparsae super eum, Num. 19, 13.

Apud Tos. etiam est *projicere*: למקטליה בדבר הנזרק ad occidendum eum re, quae projicitur, veluti lapide aut sagitta, Jom. 84, 1. זרוק מרה בתלמידים projice timorem, reverentiam in discipulos, i. e. fac ut te timeant et revereantur, Ketb. 103b.

זְרִיקָה *aspersio, dispersio, projectio*.

מִזְרְקָא, מִזְרָק *crater, phiala, pelvis, vas unde aspersiones fiebant*: מזרקא חד דכסף crater unus argenteus, Num. 7, 13. Pl. מִזְרְקַיָּא pelves, Exo. 38, 3. in Jon. כמזרקיא sicut pelves, Zach. 14, 20. Cum aff. וּמִזְרְקוֹהִי et pelves ejus, Ex. 27, 3.

מִזְרְקִין *nervi, vibrae*, aut *venae*, T. Chol. 93b. Pes. 74b.

זִירְקְתָא *lorica*: כמא דאזין בזירקתא sicut qui armati sunt lorica, Jes. 33, 4. Regia כמא דאזיין בזריקתא.

זְרַר *sternutare*, hebr. Inde nomen זריר *sternutatio*, pro hebraeo עטוש: aff. זְרִירוֹי תנהר נהורא sternutatio ejus lucet splendore, Jobi 41, 9. in Venetis. Ab hebraeo ויזורר et sternutavit, IIR. 4, 35.

---

[11]) Affine est τῷ זוב commutatis labialibus ב et ם isertoque ר.

[12]) Vox persica زرنيخ.

זֶרֶת, זַרְתָּא ,זִרְתָא *spithama*, Ex. 28, 15. Item *digitus minimus*, apud Rabbinos. Sic contractum putatur, quasi sit זרת pro זְעֶרֶת a זעיר, quod in Targum usurpatur pro קטון parvus, ut supra dictum: Item *pugnus*, i. e. אגרוף: unde זַרְתֵּיהּ מתיחא לקבליה pugnus ejus protractus, i. e. extensus erat contra ipsum, Br. s. 53. i. e. אגרופו ut explicat Aruch.

זתם זִיתוּם vel זִיטוּם ζύθος, *zythus, zythum*. Genus fuit potus aegyptiaci ex farina hordeacea: unde, sicut omnis res ex farina fermentata, ejus usus in Paschatis festo Judaeis prohibitus. Hinc legitur in Pes. c. 3. in Misna: אלו עוברין בפסח כותח הבבלי ושכר המדי וחומץ האדומי וזיתום המצרי וכו' ista sunt prohibita in Paschate, kuttach babylonicum, sicera medica, acetum edomaeum et zythus aegyptiacus. In Gem. מה זיתום המצרי תני רב יוסף תלתא שערי תלתא קורטמי ותלתא מלחא quid est zythus aegyptiacus? Docuit Raf Joseph: Tertia pars est hordeum, tertia pars crocus sylvestris, tertia pars sal. In Sab. 156a. שבוחשין את השתיה בשבת ושותים זיתום המצרי qui miscent potum Sabbatho et bibunt zythum aegyptiacum. Sic in Ber. 38a. Plin. l. 22. c. ult. in fine: ex iisdem (frugibus) fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia et caria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia aliisque provinciis. Dioscorides l. 2. c. 109. Ex hordeo potus fit, cui zytho nomen est. Theophrastus de causis plantar. l. 6. c. 13. ὡς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζύθος qui vina conficiunt ex hordeo et tritico; illud quod in Aegypto fit, vocatur zythus. Septuaginta Graeci Jes. 19, 10. Καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὸν ζύθον, λυπηθήσονται et omnes facientes zythum contristabuntur, hebr. שֶׂכֶר, quod illi legerunt שֵׁכָר. D. Hieronymus ad hunc locum: notandum, quod pro lacunis LXX. ζύθον transtulerunt, quod genus est potionis ex frugibus aquaque confectum: et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis gentili barbaroque sermone appellatur Sabajum. Hoc maxime utuntur Aegyptii.

Abbreviaturae literae ז.

ז"א. Frequenter est cum praefixa ו copula pro וזה אמרו *hic est sermo ejus, haec sunt verba ejus*, ab אמר. Vel est infinitivus, *dicere ejus*. In commentariis, ubi verba textus autoris adducunt.

זא"ב ולב"יא: זכור את בוראך והצנע לכת בית יהוה אלהיך *recordare creatoris tui et humiliter ingredere domum DOMINI Dei tui*. Parietibus synagogarum inscribere solent.

ז"ב: זמן במה *tempus quo, quo tempore*.

זג"ב: זה גם כן *hoc etiam sic est*.

ז"ה. זה"ד: זה הדבור *iste, hic sermo;* vel זה הדבר *ista res*.

זה"ל צ"יב: זה השער ליהוה צדיקים יבואו בו *haec est porta DOMINI, justi intrabunt eam*, Ps. 118, 20. In superliminari, synagogarum suarum scribere solent, quandoque etiam in fronte Bibliorum.

ז"י: זרע ישראל *semen Israelis*.

ז"ל: זכרונו לברכה *memoria ejus sit in benedictione*. De pluribus, זכרונם *memoria ipsorum*. Nomini virorum piorum defunctorum subjici solet: aut in genere sapientum vel Rabbinorum commemorationi. Id etiam quandoque omittitur; ut וא"זל et dicunt beatae memoriae, scil. חכמים vel רבותינו Rabbini nostri.

2. זכור לטוב *recordatus ad bonum, faustae memoriae*. Quem honoris causa nomino.

3. זה לשונו *hic est sermo ejus, haec sunt verba ejus*, vel לשונם *verba eorum*. Usurpant, quando alterius autoris verba in suis scriptis adducunt. Fere praecedit ו, וז"ל,

זלה"ה: זכרונו לחיי העולם הבא *memoria ejus sit ad vitam futuri saeculi*, i. e. *aeternam*. In titulis et praefationibus librorum usitatissima. Multi, etiam Judaei, errant in hac abbreviatura, sed veritas explicationis patet ex libro חסידים Chasidim, in quo legitur num. 8. Multorum, etiam piorum, quorum innumera exstant opera bona, memoria perit in hoc mundo, ואין מזכיר להם רק זכרונם לחיי העולם הבא nemine ipsorum amplius recordante, tantummodo memoria ipsorum est ad vitam futuri saeculi.

ז"מ: זרע מלוכה *semen regium*. Apud Historicos.

Apud Chronologos ז est *septem*, 'מ est מחצית nempe hora septima et dimidia est tempus Tekuphae sive solstitii aestivi in mense Tammus sive Junio.

זצ"ל. זצ"וקל: זכר צדיק לברכה *memoria justi sit ad benedictionem*, Prov. 10, 7. Quandoque legitur, זצלהה, ubi postremae literae sunt, ut antea in זלה"ה. Quandoque זצ"וקל ubi וק valent, ut puto, וקדוש: in fine praefationis More et in libro Cosri et alibi. Vel זצ"וזל, i. e. זכר צדיק וזרעו לברכה *memoria justi et seminis ejus sit in benedictione*.

ז"ק: זרע קיים *semen stabile*. Usurpant, quando posteritatem alicujus vel optant, vel commendant.

זש"ה: זהו שאמר הכתוב *illud est quod dicit Scriptura* vel שנאמר *quod dictum est aut dicitur*. Usurpant, quando aliquid Scripturae dicto confirmare volunt.

*) His adde: **ז"א**: זעיר אנפין *minutae facies, nomen angelorum*. **ז"א"ז**: זה את זה *alter alterum*. זה אחר זה *alter*

post alterum. זמרו אלהים זמרו *canite dominum canite.* זאו"נ: זעיר אנפין ונוקבא *est terminus cabbalisticus, quo spiritus putantur.* זרד"יהז: signum est longitudinem, latitudinem angulorumque magnitudinem שתי לחם et לחם הפנים indicans. Erat nempe longitudo שתי לחם: ז' טפחים *septem palmos*, latitudo ד' טפחים *quatuor palmos*, angulique eorum ד' אצבעות *quatuor digitos;* item לחם הפנים longitudo erat י' טפחים *decem palmos*, latitudo ה' טפחים *quinque palmos* angulique ejus ז' אצבעות *septem digitos.* Legitur haec abbr. in tract Menach 96., cui puto praeter hoc numeri signum, ut plerisque a Talmudicis ad designandam rem adhibitis vocabulis, propriam inesse significationem ad notionem hujusce rei aptam lexicographis vero atque explicatoribus talmudicis adhuc latentem, ut deo juvante in abbr. ער"ש scripturi sumus. ז"ה: זה הוא *hic ille est*, זה האות *hoc est signum*, זה האיש *vir ille.* זה' אל"י: זה השלחן אשר לפני יהוה *haec est mensa, quae est coram Jehova.* זה"ד: זה הדין *hoc est jus*, זה הדרך *haec est via.* זה"ש: זהו שאמר *illud, quod dicit.* זו"ג: זה וזה גורם *unum et alterum in causa est.* זו"נ: זכר ונקבה *masculinum et femininum.* ז"ח: זר חדש *nomen libri.* ז"ח: זהר חדש i. e. *Sohar novus*, liber quidem ea continens, quae in impressis exemplaribus Sohar desunt; uti sunt מדרש הנעלם, תקונים, מדרש שיר השירים et מדרש איכה. ז"ל: זכר לחרבן *memoria excidii.* זל"צ: זרעו לכם צדקה *seminate vobis justitiam.* זמה"ע: זמן העבר *tempus praeteritum.* ז"ס: ז' ספירות *septem sephiroth*, seu *enumerationes.* זהו סוד *hoc arcanum est.* ז"ע: זה עד *hoc est testimonium.* זע"ז: זה על זה *hoc ad illud.* ז"פ: זמן פרעון *tempus solutionis.* ז' פעמים *septem vicibus.* זק"נ: זרע קיים נצח *posteritas sempiterna.* ז"ש: זהו שנאמר *illud est, quod dicitur* vel שכתוב *quod scriptum est.* זש"ה: זהו שאמר הכתוב *illud est, quod dicit scriptura.* ז"ת: זכרון תרועה *memoria clangoris tubae.*

ח[1]

חֲבָא *latere, abscondi, occultari.* Ithpahel כד היא מִתְחַבְּאָה cum lateret illa, vel absconderet se, Thr. 1, 3. Hebraeis satis usitatum.

חובה *latibulum:* עלי גפנים שגבבן לחובה folia vitium, quae collegit in latibulum, vel tugurium, Bk. 101b. Suc. 40a.

חֳבָא. חוּבָא, חוּבָא *sinus*, quasi *reconditorium* dictus et quod in eo positum, lateat: אעיל ידך בחובך adduc manum tuam in sinum tuum, Exo. 4, 6. 7. in Jon. et TgH. סבול יתהון בחובך porta eos in sinu tuo, Num. 11, 12. in TgH. Jon. saepe habet עוּבָא. Sic hebraice בחבי, Tg. בעטפי in sinu meo, Jobi 31, 33. Vide et in seq. radice.

מַחֲבָא, מַחְבוּא *absconsio.* Ap. Tos. משחלך המחבא ex quo abiverit absconsio, hoc est quando fructus, hinc inde sub foliis latentes, sunt decussi, Pea c. 7.

חֶבְיוֹנִין *latibula, abdita*, Cant. 2, 14. Eccl. 10. v. ult. Vide et in חבה.

חֲבַב[2] *diligere:* Praet. cum aff. חַבְּבִנּוּן לשבטיא dilexit tribus istas, Deut. 33, 3. חבבתנון dilexi eos, Jes. 1, 2. Fut. אֲחַבֵּב דחלי diligam timentes me, Jes. 13, 12. אחבבנך diligam te, Ps. 18, 2. Ithpahel ונפשא דיהונתן אִתְחַבְּבַת בנפשא דדוד et anima Jonathanis amore conjuncta fuit animae Davidis, 1 Sam. 18, 1.

חֲבִיב, חָבִיב *amatus, dilectus, carus:* לעם חביב in populum dilectum, hebr. לעם סגלה, Deut. 7, 6. חבריך דחביב עלך socius tuus, qui carus tibi est, Deut. 13, 6. in Tg. Jon. Pl. בנין חֲבִיבִין filii dilecti, Jes. 1, 4. ותהון קדמי חביבין et eritis mihi dilecti, Ex. 19, 5. לעם חֲבִיבַיָּא היך סגולא in populos dilectos velut peculium, Deut. 26, 17. in TgH. In Venetis est fere sine dagesch, חֲבִיב vel חָבִיב. Fem. חֲבִיבָא ונפשיה חֲבִיבָא ליה כנפשיה et anima ejus cara est ipsi, sicut anima sua, Gen. 44, 30. בפורינא חבבתא in lecto nostro dilecto, Cant. 1, 16. Cum aff. חֲבִיבָתִי dilecta mea, Cant. 6, 3. Ap. Ros.: חביבין לכל אדם הזכרים ואוי לאבי הנקבות cari sunt cuivis homini mares: vae autem patri femellarum, Ben Sira. חביבין ישראל שלא הצריכן הכתוב לשליח cari sunt Israëlitae, qui non opus habent legato, scil. ad Deum; sed ipsimet preces suas pro se faciunt, Joma 52a.

חִבּוּב *amor, dilectio, dilectum:* חבוב מעי dilectionem viscerum meorum, Mich. 6, 7. וחבוב נפשכון et dilectissimum animarum vestrarum, Ez. 24, 21. Cum aff. ישראל לְחִבּוּבֵיה Israelem in dilectissimum suum, hebr. לסגלתו, Ps. 135, 4.

חֲבִיבָא *patruus:* חביבא דאהרון patruus Aharonis, hebr. דוד, Lev. 10, 4. in Jon. Ap. Tos. קמיה דחביבי coram patruo meo, Bb. 41b. לא הוה בדיחנא בחביבי

[1]) ח syr. ܚ ar. ح vel خ octava apud Heb., Chald. atque Syros alphabeti litera est et inde octonarius in numeris. Quippe litera gutturalis cum ceteris gutturalibus permutatur, omittitur vero saepe propter gravitatem pronuntiationis (cf. vocem מסותא), id quod in dialecto hierosolymitana persaepe occurrit, more Graecorum, qui in plerisque ex aramaeo sumptis vocabulis Cheth initiale omittunt. (Vide Boch. Hierz. II. p. 449.) In gr. vocibus gutturales γ, κ et χ, uti in persicis, ubi literas گ et ڠ restituit. Propter figurae similitudinem mendose occurrit in multis vocibus pro ה.

[2]) Proprie studio *flagravit*, amore *exarsit* אָהַב arab. حَبَّ.

non insultavi contra patruum meum, cum ex eo hoc quaerebam, Chol. 32a.

חֲבִיבָא, חֲבִיבְתָּא *socrus*: דמשמש עם חֲבִיבְתֵיהּ qui concumbit cum socru sua, Deut. 27, 23. in TgH. Melius esset חֲבִיבְתֵּהּ: Nam Kametz sub ב pluralem numerum indicat. Ar. adducit et חֲבִיבָאָה pro hebr. דודה amita, ex Ex. 20, 20. sed in Targum illud non exstat.

חֻבָּא *amor, dilectio*: מרעת חֻבְּתָא אנא aegra amore sum, Cant. 2, 5. Constr. חֻבַּת זוטר די בנך amor minimi filiorum tuorum, Cant. 4, 9. Pl. cum aff. טבן עלי חֻבָּתִיךְ meliores sunt mihi amores tui, Ibid. v. 10.

חֲבִיבוּתָא Talmud. *Idem*: אגב חביבותא יתירא propter amorem abundantem, Erach. 16b.

חובא Ti. מן חובו של אילן. V. in rad. אבב in אבא.

חבה חוּבָה, חוּבָא *avis nomen*, Chol. 62b.

חָבִית *dolium*: *vas*: פי חבית orificium dolii, Mikv. c. 2. חבית מלא יין dolium plenum vino: מאן דעבד חביתא is qui conficit dolium, Sab. 74b. Gl. hic explicat de vasculo testaceo: אל תנח חבית של אפרסמון באשפה אלא חטלטל אותו ממקומו כדי שריחו נודף ויהנו ממנו בני אדם: vasculum balsami ne relinquas in fimo, sed move illud de loco suo, ut odor fragret et utilitatem inde accipiant filii hominum. Citat Joh. Isaac in praefatione in Meturgeman. Simile fere dictum Christi: non ponunt lucernam subter modium etc. Pluraliter חָבִיּוֹת dolia. Ex ea forma probat Elias, ה non esse radicale, quod si esset, maneret in plur.

חֲבִיוֹנוֹת *doliola, dolia parva*, i. e. חביות קטנות, Kel. c. 2.

חבר. Sic quidam hic adduxerunt, sed in Targum legitur חכר. Vide illic.

חֲבַט [3] *percutere, decutere, excutere, dejicere*: Part. מטרא חָבֵט חטין excutiens triticum, Jud. 6, 11. חביטא pluvia percutiens, imber, hebr. סחף, Pr. 28, 3. ארי בחוטרא חבטין קצחא quia virga excutiunt melanthium, Jes. 28, 27. Regia ex Pihel מְחַבְּטִין. Fut. ארי תַּחְבּוֹט זיתך cum decusseris oleam tuam, Deut. 24, 20. Pahel Praet. וְחַבְּטַת יתיה כולי ליליא et percussit eam tota nocte, scil. spiritus, Esth. 6, 1. in Venetis. Ap. Ros. חריות של דקל הוו מלקטין וחובטין על גבי המזבח ramos dactylorum colligebant et excutiebant super altari, Sab. c. 4. in Misna. חובטו במקלו percutiebat illum baculo suo, Mid. c. 1. סיד חבוט calx percussa, id est macerata, Sab. 80b.

Deinde חֲבַט est *pronus decumbere, prosternere se in terram*. Pihel חַבֵּט *prostrare, dejicere, prosternere*: חבטן לקרקע prostravit eos in terram, Sr. s. 1. Ex Ithp. כמה נתחבט יהושע לפני הק"בה quemadmodum prostravit se Josua coram Deo, MT. Ps. 18. Sic in MT. Ps. 9. Tempore futuro venient gentes mundi, ומתחבטין לפני אלהיהן et prosternent se coram diis suis, sed non poterunt juvare ipsas. Huc refert B. Ar. אסבוהו כופרי מברכתא חביטא ליה percutite eum virgis palmorum, in piscinam prostravit se, Ketub. 10. Sic vult B. Ar. מברכתא idem esse quod נברכת piscina, locus in quo lavatur; et metaphorice intelligi *uterum* vel *vulvam* muliebrem quasi dicat: caedite eum, quia prodit se, quod jam antea cognoverit mulieres et consuetudinem cum ipsis habuerit. Gl. talmudica vult, מברכתא esse nomen proprium loci, in quo multa scorta et prostibula fuerint.

חֶבֶט *percussio, plaga, vulnus*, Bk. 50b. Chol. 8a.

חובטא *venter*: unde ex ME. citatur in Ar. נסב חובטא ומעיא יהב קדם לאחתיה accepit ventrem et intestina et posuit ea coram uxore ejus.

חֶבֶט *corrigia*, vel *laqueolus calcei*: חבט של סנדל corrigia calcei, Mikv. cap. ult.

חִבּוּט *percussio, excussio*. Ap. Tos.: ramos palmarum afferebant et excutiebant eos in terra, ad latera altaris et ille dies vocabatur יום חבוט חריות dies excussionis ramorum, Suc. c. 4. in Misna. חיבוט הקבר percussio quae fit in sepulchro. De hac mirum Rabbinorum somnium, de quo Elias in suo Thisbi, cujus verba latine adducam: Scriptum est in Medrasch Rabbi Isaac filii Parnach, interrogaverunt discipuli ipsum Rabbi Elieser, quomodo se habet ritus חבוט הקבר? respondit eis: postquam separatus est homo ab hoc saeculo, venit angelus mortis et sedet super sepulchrum ejus, statim intrat anima ejus in corpus ejus et facit illum stare super pedes suos etc. Donec dixit R. Jehosua filius Levi: et in manu ejus est (inquit) catena, cujus media pars est ferrea et altera ignea, qua verberat ipsum (hominem). Et prima vice dissolvuntur membra ejus: altera vice ejus ossa dissipantur, tum veniunt angeli et colligunt ea. Quod si tertia vice ipsum percusserit, redigitur in pulverem et cinerem et redit in sepulchrum suum etc. Donec dixit R. Meir: gravius itaque est judicium Chibbut hakkever judicio gehennae, quoniam etiam qui plane justi sunt et filii principum et abortivi eo judicantur, excepto eo, qui moritur in vespera Sabbathi et qui moritur in terra Israël etc. In precationibus quas appellant ברכות Benschen, in quadam quae incipit יהי רצון legitur: ותצילנו מגזירות רעות ומדלות ומעניות ומכל מיני פורעניות ומדינה של גהנם ומחבוט של קבר h. e. et libera nos a decretis malis et a paupertate et abjectione, vel contemptu et ab omnibus speciebus poenarum et a judicio gehennae et a percussione sepulchri. Vide Synag. nostram Jud. cap. 35.

מַחְבּוֹטָא *baculus excussorius*, Jes. 28, 27.

חֲבַל *pignerari, pignori, in pignus, pro pignore accipere*, heb.

Secundo חבל *ligare, colligare, constringere*. Hinc

[3]) Syr. ܚܒܛ ar. خبط aff. τοῖς חבט, חבץ, חבש, ܚܒܫ et خبص, quorum omnium origo in *ligando, premendo, torquendo* qualibetque actione, ubi duae res vi quadam vehementi tali modo appropinquantur, ut aut pressione dilabantur (חבט), aut inseparabiliter conjunctae sint. Probatur haec significatio ex omnibus fere sequentibus radicibus cum חב incipientibus, quas conferri licet.

מטה מיטמאה חבילה lectus polluitur si sit colligatus i. e. מחוברת, Kelim c. 18.

Tertio in Pahel חַבֵּל *corrumpere, perdere, destruere, vastare, laedere.* Praet. חַבְּלוּנִי laeserunt me, Dan. 6, 22. וְחַבִּילוּ אוֹרְחָתְהוֹן et corruperunt vias suas, Jes. 1, 4. Part. לָא יְדַכֵּי דְפָסִיק וְדִמְחַבַּל non dignus erit excisus et laesus, Deut. 23, 1. hebr. כרות שפכה excisus virilibus, castratus. בְּיַד מְחַבְּלָךְ in manu perdentis te, Ez. 28, 9. Infin. לְחַבָּלָא כָּל רַשִׁיעֵי אַרְעָא ad perdendum omnes improbos terrae, Jes. 13, 5. Cum aff. לְחַבָּלוּתַהּ ad perdendum illam, Gen. 19, 13. Imper. חַבְּלוּהִי perdite eam, Dan. 4, 20. Fut. וִיחַבְּלוּן זִיו אֵימְתָךְ et perdent splendorem terroris tui, Ez. 28, 7. וּבִבְשַׂרְהוֹן לָא יְחַבְּלוּן חִבּוּל et in carne sua non laedent laesionem, h. e. non inferent laesionem, hebr. לא ישרטון שרטת non incident caesuram, Lev. 21, 5. Ithpahel praet. וְאִתְחַבְּלַת אַרְעָא et corrupta erat terra, Gen. 6, 1. אִתְחַבַּלְתְּ בְּחוּכְמָתָךְ perditus es in sapientia tua, Ez. 28, 17. Part. נַפְשִׁי מִתְחַבְּלָא anima mea corrupta est, Jobi 17, 1. hebr. חבלה ex Pyhal et sic in Regiis. Infin. לְאִתְחַבָּלָא ut dispergerentur, Cant. 2, 15. Fut. יִתְחַבַּל מִנַּהּ perdetur ab ea, Pr. 13, 13.

Ap. Tos. etiam specialiter sumitur חבל de *quavis laesione, qua quis proximum suum laedit in corpore suo, ut qui percutit, vulnerat, membro aliquo mutilat, urit* etc. Hinc החובל בחבירו חייב בו משום חמשה דברים qui laedit socium suum, tenetur ei satisfacere pro quinque rebus, pro damno, dolore, neglectione, cessatione et ignominia, Bk. c. 8. quod totum agit de hujusmodi laesionibus. Sic שנים שחבלו כאחד si duo simul laeserint unum, habentur tamquam unus: הנחבל *laesus.* Vide de his damnis vel laesionibus etiam Rambam p. 4. in הלכות חובל ומזיק Sumitur autem sic tantum de *laesione corporis,* ut dictum. Sic כל המקלקלין פטורין חוץ מחובל ומבעיר omnes perdentes vel destruentes (sc. in sabbatho) immunes sunt, excepto eo qui laedit vel vulnerat proximum suum et qui comburit aliquid, Sab. 106a. Bk. 34b.

חֲבָל, חַבָּלָא. חִבְּלָא *corruptio, perditio, exitium, ruina, laesio:* וחבל לא איתי בהון et corruptio nulla est in eis, Dan. 3, 25. לחבלא יחתונך ad perditionem deducent te, Ez. 28, 8. לאסקא מחבלא חיי ad educendum ex corruptione vitam meam, Jon. 2, 7. Apud Tos.: החובל בחבירו חבלה qui laesionem infert socio suo.

חֲבַל. חֲבוּל ἄβαλ, ἀβάλε, *vae,* quasi dicas *exitium,* ex praecedenti significato: חבל עלי vae mihi, Regia חבול, Jobi 10, 15. heb. אללי לי: חבול על בנינן vae super filios nostros, Deut. 28, 15. in Jon. Ap. Tos. ejus usus frequens, חבל עלך בן עזאי vae tibi Ben Assai, Ned. 74b. חבל על דאבדין ולא משתכחין vae super eos qui pereunt et non inveniuntur, Sanh. 111a. Vae hominibus, cum e medio illorum tolluntur viri rari et eximii, quorum similes non amplius inveniuntur.

חַבְּלָא. Sic adducitur in Aruch, sed in Gemara legitur דבלא *exhalatio calida, calor aestuans,* Bb. 81a.

חֲבוּלְיָא, חֲבוּלְיָא *foenus, usura,* sic dicta, quia *perditio et exitium est dantis:* לא תשוון עלוהי חבוליא non imponetis ipsi usuram, Ex. 22, 25. Sic pro hebr. נשך usurpatur: בחבוליא לא יהב foenori nihil exponit, Ez. 18, 8. לא תסב מניה חבוליא non accipies ab eo usuram, Lev. 25, 36.

חֲבוּלָא, חֲבוּלָא, חֲבוּל *corruptio, perditio, damnum, laesio:* ותהוי סנין מחבולא et eris purus a corruptione, Jobi 11, 15. וחבול על מית et laesionem propter mortuum non indetis carni vestrae, hebr. שרט *caesuram,* Lev. 19, 28. גבר שלים וזכי בלא חבולא virum perfectum et justum sine corruptione, Ez. 7, 29. מן חבוליה בידיה instrumentum perditionis in manu sua, Ez. 9, 1. אתחד במצד חבוליהון דמצראי captus fuit in reti perditionum Aegyptiorum, Thr. 4, 20.

חֲבַל *restis, funis, funiculus.* Pl. ומשח תרין חַבְלִין et mensus est duos funes, II S. 8, 2. ובחבלי דחטוי נתפכך et funibus peccatorum suorum continetur, Pr. 5, 22.

חֲבֵל, חֶבְלָא *dolor, gravissimus* proprie, qui quasi fune constringit, ut *tormina* et *parturientium dolores:* gr. ὠδίν. Pl. כְּחֶבְלִין לילדתא sicut dolores parturientis, Jer. 22, 23. Mich. 4, 9. Jes. 21, 3. Veneta כחיבלין. Sic עקא וחבלין angustia et dolores, hebr. חבלים et sic Veneta in Tg. חֲבָלִין, Jes. 13, 8. LXX. ὠδῖνες. Apud Talmud. crebra mentio חבלי המשיח *dolorum* seu ὠδίνων *Messiae.* In tractatu talm. Sab. 118a. כל המקיים שלש סעודות בשבת ניצול משלש פורעניות מחבלי של משיח ומדינה של גהנם וממלחמת גוג ומגוג. מחבלי של משיח כתיב הכא יום וכתיב הנה אנכי שולח לכם את אליהו הנביא לפני בוא יום וגו׳ quicunque observat tria prandia in sabbatho, liberatur a tribus poenis; a doloribus Messiae, a judicio gehennae et a bello Gog et Magog; a doloribus Messiae, quia scriptum est hic, dies et scriptum est illic, ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies domini etc. In Sanh. 98b. מה יעשה אדם וינצל מחבלי של משיח יעסוק בתורה ובגמילות חסדים וכו׳ quid faciet homo, ut liberetur a doloribus Messiae? Operam dabit legi et beneficentiae etc. Sic alibi. Intelliguntur autem per dolores Messiae afflictiones, calamitates et persecutiones futurae tempore Messiae, ut Abarbenel exponit in Danielem f. 68b. dum ait: audiverunt etiam (sc. Christiani a Judaeis) quod gravissimae sint futurae calamitates tempore Messiae, quae vocantur חבלי המשיח ὠδῖνες Messiae, adeo ut beatum praedicarint eum, qui illas non visurus est, nec illis temporibus victurus. Ad has traditiones aliquo modo oculum conjecisse videtur Christus, dum afflictiones et calamitates, tam primi, quam secundi sui adventus, vocat ὠδίνους, Matth. 24, 8. Πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων, haec autem omnia sunt principia dolorum. Syrus רישא אנין דחבלא.

חַבְּלָא *vastator, corruptor:* ופסק מלאך חבלא מניה et cessavit angelus vastator ab eo, Ex. 4, 26. 27. in Jon.

מְחַבְּלָא ,מְחַבֵּל *idem:* ונפק מחבלא et egressus est vastator, IS. 13, 17. ומִמחבלא שיזבתנון et a vastatore liberabo eos, Hos. 13, 14. ולא יהב רשות למלאך מחבל למחבלא בן et non dedit potestatem angelo vastatori perdendi vel laedendi nos, Cant. 2, 9. ליליא חדין נטיר מטלאכא מחבלא nox haec custodita est ab angelo perdente, Gen. 12, 42. in Jon. Fem. מְחַבְּלָא mulier parturiens, *puerpera*, a חבלין doloribus partus sic dicta, Br. s. 60, MK. c. 2, 2. vide.

מְחַבְּלָנָא *idem*, Prov. 28, 24. et 18, 19.

חַבְּלָנִית *perdens, corrumpens:* סנהדרין חבלנית Sanhedrin perditorium, quod spatio 70. annorum unum interficit, Mac. c. 1. in fine. אשה חבלנית mulier perdens, corruptrix. Sic Judaei appellant mulierem, quae tres maritos supervixit. Eam quarto ducere prohibitum, quia praesumitur etiam illum concubitu suo perditura: eine Mannsverderberin. Quomodo ergo vocarent illam, quae viginti tres sepelivit, cujus meminit D. Hieron. in Epistola ad Gerontiam? Sic fuit olim hic Basileae, quae undecim sepelivit maritos, de qua legitur hoc epitaphium:

Quae jacet hoc mulier parvi sub fragmine montis,
 Non certe fausto sydere nata fuit.
Quae sit causa rogas? nam tres et octo maritos
 Legitimi socios caepit habere thori.
Quos ea (qua culpa nescitur) perdidit omnes,
 Et fuit in quovis nubere mense malum,
Di meliora mihi, cum quondam tempore justo
 In thalamos ibit sponsa petita meos.
Huic totidem versus fuerat quot nupta maritis,
 Fecimus: undecimus sed bene talis erit:

APTA VIRO NULLI FEMINA
DIGNA MORI.

חֲבִילָה *fasciculus, massa colligata,* ut *balla mercatorum, sarcina iter facientium* et *similia:* Ap. Tos. המוליך חבילה ממקום למקום qui abducit fasciculos (mercium scil.) ex uno loco in alium, Bm. 72b. כשבאת חבילה לידו quando venerit vel fuerit fasciculus (mercium, vestium vel similium rerum) in manu ipsius, Ibid. f. 78a. אין עושין מצות חבילות חבילות non servant praecepta fasciculatim i. e. multa simul. Quia qui omnia simul vult agere, nihil recte agit, Pes. f. 102b. Ber. 49a. מרבה בחבילות multiplicans fasciculos; nempe, ut in Ar. explicatur, חבילי עיצים fasciculos lignorum, ad fovendum ignem, Wällen, Bk. 10a. חבילי זמורות fasciculi ramorum, sive palmitum: שנים שבאו ממדינת הים ואשה עמהם וחבילה עמהם si duo veniant ex urbe maritima et secum habeant mulierem et fasciculum (mercimoniorum vel supellectilis) Kid. 65b. Item *funiculi, ligamina, ligamenta.*

חבן חֲבִינּוּתָא *pigritia:* ולחמא חבינותא לא אכלה et panem pigritiae non comedit, Prov. 31, 27. hebr. עצלות. Vide etiam חכן.

חבס חָבַס *conterere, contundere, confringere nimio pondere, opprimere,* Niphal הגלגולת שנחבסה cranium quod contusum est, Chol. 52a.

חבסא *confractio, contritio:* vel *oppressio ex nimio onere,* Metzia f. 116b.

חבץ חָבַץ *premere, comprimere, exprimere:* synecdochice *premere lac ad eliciendum butyrum:* Pahel החולב המחבץ והמגבן mulgens, butyrum faciens et caseum faciens, Bm. 89a. Sab. 95a.

חוּבְצָא *butyrum:* vel *caseus:* זבין לי ביעין וחובצין eme mihi ova et butyrum: חובצא דעיזא caseus caprinus, Echa rab. f. 60c.

חֲבִיצָה, חֲבִיץ *coctionis, cibi,* vel *pulmenti genus fuit, cui panis interebatur.* Quaerunt Ti. quomodo super eo benedicendum sive orandum sit, antequam panis intritus sit, aut si mica tantum, instar olivae, in illud inciderit, Men. 75b. Ber. 37b. Br. s. 48. Tibbul jom c. 2. Alibi dicitur, *farinam subactam cum oleo sive pinguedine aut butyro et melle,* dici חביץ sive חיבץ.

חֲבִיצָא ,חִיבּוּצָא vel חיבצא *collectio, congeries, massa collecta, cumulus:* חיבצא דתמרי cumulus dactylorum compressorum vel contusorum, Ktb. 80a. In Bm. 99b. dicitur חביצא. Idem quod קיבוץ.

חבק חֲבַק *amplecti, amplexari, complecti,* ut hebr. Pah. חַבֵּק *idem.* Partic. חוי מְחַבְּקָא ברא eris amplexans filium, IIR. 4, 16. אל תחבק עובא דאחריתא ne amplectaris sinum alienae, Prov. 5, 20. Imper. חַבְּקִיָּה amplexare eam, Pr. 4, 8.

חִבּוּק *amplexus, amplexatio, complexus,* Pr. 6, 10. in hebraeo.

חֶבֶק *idem:* עד מקום החבק usque ad locum complexus, i. e. femoris, unde nervi exeunt, femur et crura complectentes, Nid. 58a.

חֶבֶק *cingula equi, ventrem cingens,* Roßgurt: כדי לעשותו חבק לחמור ut fiat ex eo cingulum asini, Kel. 31a. Quidam *tegumentum, operimentum* exponunt, quod post sublatum ephippium equo vel asino imponitur, ne citius, quam par est, refrigescat: aut quod ori supersternitur, ne a pluvia madescat: על הקילקלי ואת החבק antilenam et cingulam, Sab. 64a. Videtur et *muliebris ornamenti genus fuisse, collo, instar cinguli, circumligatum: collare:* הבנות יוצאות בחוטין שבאזניהם אבל לא בחבקין שבצואריהם filiae egrediuntur (in sabbatho) cum filis, quae sunt in auribus ipsarum, sed non cum collaribus, quae sunt in collis ipsarum, Sab. 57a.

חבר חֲבַר *conjungere, sociare, associare, consociare, componere, concinnare:* Praet. חַבְּרוּ עלי שקרא concinnarunt adversus me falsa, Ps. 119, 69. Inf. cum aff. אתבינת לְחַבְּרוּתִי intellexisti, attendisti ad associandum me in congregationem tuam Ps. 139, 2. Part. מְחַבְּרִין ואסרין חיוין consociant et ligant serpentes, ne sc. laedant, Deut. 18, 11. in Jon. hebr. וחבר חבר. Ithpahel אִתְחַבְּרוּ לטעותא consociarunt se idolis, Hos. 4, 17. אתחברו אנון וכהניהון consociarunt se ipsi et sacerdotes eorum, Hos. 6, 9. Fut. האפשר דְיִתְחַבַּר עמך an possibile est, ut associetur tibi? Ps. 94, 20. Apud Ros. ex Pyhal, תלושין אסורין מחוברין מותרין evulsae arbores sive succisae, licitae sunt, conjunctae (sc. terrae), quae adhuc in terra stant, prohibitae.

Rabbini etiam frequenter usurpant de *conscri-*

ptione et compositione librorum: הוא חיבר הרבה ספרים ipse composuit libros plurimos. מְחַבֵּר *autor, compositor:* אמר המחבר dicit autor: חִבּוּר *compositio, opus, scriptum.*

חֲבַר, חַבְרָא, ab hebr. חָבֵר *socius, sodalis, collega:* חברא הוא לגברא מחבלנא socius est viri perdentis, Pr. 28, 24. חדא יקים ית חבריה unus erigit socium suum, Eccl. 4, 10. Pl. תלתין חַבְרִין triginta socios, hebr. מרעים Jud. 14, 11. in Venetis. Ap. Tos. ut commune proverbium citatur: אי חברא כחברי דאיוב או מיתותא aut amici ut amici Jobi, aut mors, h. e. ut in gl. explicatur; si non sint homini amici, satius est ei ut moriatur, Bb. 16b. אחד מניף לכל חברין unus agitat (sc. oblationem) pro omnibus collegis, sociis, Men. 93b. Sic בעלי חוברין *idem,* Temura 2a. Deinde doctoribus Hebraeorum priscis dicebatur חָבֵר *magister,* sive *Rabbi recens creatus, titulo quidem et dignitate magisterii auctus, sed nondum ad publicum docendi officium vel aptus, aut ordinarie vocatus.* Non tamen simpliciter dictus fuit חבר, sed relative semper חבר illius, a quo promotus erat: ut ר׳ שמעון בן ננס חבירו של רבי ישמעאל Rab. Schimeon filius Nanas, collega R. Ismaëlis. Collega quoad rabbinatus sive magisterii dignitatem consecutam, non quoad dignitatis cum officio conjunctae amplitudinem, qua promotor promotum tota vita superavit. Altiorem enim locum semper promotor occupavit; promotus sive חבר in inferioribus subselliis cum aliis discipulis sedebat, praesente sc. promotore. Vide Scalig. Elench. Trihaeres. cap. 10. et infra in radice סמך. Generaliter etiam חבר est תלמיד חכם *sapiens:* Plur. חֲבֵרִים sapientes, magistri: מה אהרן חבר אף בניו חברים quid fuit Aharon? doctor sive sapiens et filii ejus sapientes fuerunt, Sanh. 90b. Hinc in libro Cosri sapiens ille, qui regi Persarum Cosroi interroganti respondet, vocatur חבר; ubi glossator in principio addit; החכם הישראלי חבר יקרא בלשון רז״ל sapiens Israëlita vocatur חבר in sermone magistrorum nostrorum. Tertio in T. saepe vocantur *sacerdotes Persarum* חֲבָרִים, et in singulari חָבָר, vel *Persae* in genere: ut in Jev. 63b. ad locum Ps. 14. אמר נבל בלבו „dicit stultus vel flagitiosus in corde suo" R. Jochanan dixit, אלו חברים isti sunt Chaverim. Gl. חברים i. e. Persae impii, qui non agnoscunt gloriam Israëlitarum. Ibid. חברים אתו לבבל Chaverim venerunt in Babyloniam, i. e. Persae, sc. temporibus Cyri, ut est in Tosephos, in Schabbas. In Sab. 11a. אל תחת חבר ne (sc. habites) sub חבר. Gl. אומה מבני פרסיים populus est ex filiis Persarum. Vide hic Tosephos prolixe. In Kid. 72a. Dixit R. Immi ad R. Levi, ostende mihi Persas; dixit, similes sunt exercitibus domus Davidis; הראני חברין ostende mihi חברין; dixit, similes sunt angelis vastatoribus; ostende mihi Ismaëlitas; dixit, similes sunt hircis etc. Gl. „Chaverim sunt populus vicinus Persis, sed longe crudeliores et rapaciores quam Persae." אתא ההוא חברא ושקלה לשרגא מקמיהו venit quidam Chabhra et auferebat lucernam coram ipsis, Git. 17a. gl. חברא i. e. פרסאי Persa; nam Persae habent peculiarem quempiam diem festum, quo nullum lumen accendunt, praeterquam in templis suis. Vide hic rursum Tosephos et Sab. 45a. ubi gl. iterum dicit, fuisse populum quendam ex Persia.[32] B. Ar. scribit, Persae vocabant כומרים i. e. sacrificulos, vel sacerdotes חברים et fuerunt isti חברים pessimi, graviterque affligentes Israelem. Fem. חֲבַרְתָּא *socia, proxima:* אתתא מן חברתה mulier quaeque a socia sive proxima sua, Exod. 11, 2. ארום לית מלכותא מקרבא אחברתה quia non appropinquat regnum a socium suum, i. e. ad alterum regnum: nunquam duo regna, duo reges conjunguntur, conjunctim regnant in una terra. Ps. 110, 1. in Venet. Pl. היא וְחַבְרָתְהָא ipsa et sociae ejus אנא וְחַבְרָתַי ego et sociae meae, Jud. 11, 37.

חֲבַר *societas, sodalitium, collegium:* חבר עיר societas, congregatio civitatis, Rh. 34b. Opponitur ei יחיד unicus, singularis, Ber. c. 4. in Misna.

חִבּוּר *compositio:* חבור הספר compositio libri, liber conscriptus vel editus, quomodo et מְחַבֵּר *compositor, autor libri* dicitur, ut et ante positum in Pahel.

חַבּוּרָה *plaga, vibex, tumor livens.* Plur. חבורין *vulnera, incisiones, caesurae,* Deut. 14, 1. in TgH. Hebraice חבורה Ex. 21, 25.

חַבְרוּתָא *societas:* Ap. Ros. או חברותא או מיתותא aut societas aut mors, Tan. 23a. sub finem paginae. Solem e mundo tollunt, qui amicitiam, dixit Cicero. Sic Hebraei dicunt, mortis causam eos esse, qui societatem amicorum tollunt. Simile vide supra in חבר.

חַבּוּרָא *idem:* וחבורי חבורא בישן sociantes societates malas, Deut. 18, 11. in TgH. hebr. חֹבֵר חָבֶר associans societatem, quod periphrasis est incantatoris, qui sic dicitur a societate malorum spirituum, quos sibi incantando associat. Vide lexic. hebr.

חבורה *sodalitium aliquot personarum ad epulum aliquod, contubernium:* ut, האוכל מן הפסח אינו אוכל אלא בחבורה אחת quicunque comedit Pesach, non comedat illud nisi in sodalitio aliquo, contubernio, ubi plures fuerint congregati, Maim. in Korban Pes. c. 9. Josephus l. 3. Orig. Judaic. c. 10. vocat φρατρίας. A Marco Evangelista c. 6. vocantur συμπόσια et πρασιαί. חבורת מצוה contubernium praecepti, Pes. 113b. Gl. כגון משתה של בריה מילה בת כהן לכהן quale est convivium circumcisionis et cum filia sacerdotis secerdoti despondetur.

מַחְבֶּרֶת *compositio:* מחברת אחת compositio una, Aben Esra Pr. 25, 1. Item *additio, species arithmetica,* cui opponitur מגרעת subtractio.

הִתְחַבְּרוּת *consociatio, societas,* Dan. 11, 23. Pro ה etiam א ex forma chaldaica usurpatur.

חֲבַרְבּוּרוֹת *maculae liventes,* Jer. 13, 23. hebraice.

חֲבַרְבַּר *maculatum:* ברם חשך מחברבר עלי verum tenebrae, vel obtenebratio maculosa fit super me; alii: obscurat me, Ps. 139, 11.

[32]) Pers. گبر gebr, quod notat hominem antiquae Persarum religioni et doctrinae Zoroastri addictum, pyrolatram.

חֲבַרְבַּר *caecitas*. Pl. חֲבַרְבְּרִין caecitates Gen. 19. 11. in TgH. In Jon. scribitur per ו.

חֲבַרְבָּר, חֲבַרְבְּרָא *species serpentina heterogenea, ex serpente et bufone procreata*[4]. מן חכינא וחרדון In Br. s. 82. הביא חכינא חיוג לה חרדון ויצאת מהם חברבר accepit (Deus) serpentem et copulavit cum eo bufonem, vel lacertum et prodiit ex illis חברבר, bestia noxia. Nam nunquam auditum est, quempiam a cane rabioso, ab hac bestia חברבר et a mula alba morsum sanatum fuisse. Idem legitur in Jalk. f. 42b. et in TH. Ber. 12b. paululum tamen aliis verbis; מימיו לא יאמר לך אדם שעקצו חברבר וחיה נשכו כלב שוטה וחיה שבעטתו פרדה וחיה nunquam dicet tibi homo, quod eum חברבר pupugerit, canis rabiosus momorderit, mula denique calcibus petierit et convaluerit. Amplius in TH. Ber. cap. 5. fol. 9a. ר׳ הנינה[5] היה עומד ומתפלל ובא חברבר והכישו ולא הפסיק את תפלתו והלכו ומצאו אותו חברבר מת מוטל על פי חורו. אמרו אי לו לאדם שנכשו חברבר ואי לו לחברבר שנכש את ר׳ הנינא בן דוסא: מה עסקיה דהדין חברבריא כד הוות נכית לבר נשא אין בר נשא קדים למיא חברברא מיית ואין חברברא קדים למיא בר נשא מיית R. Chanina bar Dusa stabat et orabat. Venit Chavarvar et momordit eum, nec tamen cessavit ab oratione sua. Cum irent et viderent, invenerunt illum chavarvar mortuum ad ostium specus suae. Dixerunt, vae illi homini, quem momorderit chavarvar: sed vae illi chavarvar, qui momordit R. Chaninam. Quaenam est ratio seu conditia hujus chavarvar? Quando mordet hominem et homo prior venit ad aquam, chavarvar moritur: si vero chavarvar primo ad aquam venerit, moritur homo. Eadem historia, sed brevius, legitur in T. Babylonico Ber. 33a. ubi חברבר est ערוד[6]: unde videntur esse synonima. Nam quod de aqua hic scribitur, utili contra morsum hujus serpentis, idem legitur de ערוד in Sr. s. 1.

חָבַשׁ *ligare, alligare, obligare*, heb.

חֲבוּשָׁא *carcer:* בבית חבושא in domo carceris, ligationis, Gen. 40, 20. in TgH. Aruch, חֲבוּשְׁיָא.

חַבּוּשָׁא *malum cotoneum*, Ketb. 60b. Pl. באפרכקון וחבושין persicis et cotoneis, Bezà 26a. Sab. 45.

תַּחְבּוֹשֶׁת *emplastrum*, ab obligando. Proprie *quod ex pinguibus, oleo, balsamo, butyro, pinguedine sive adipe fit:* alias idem dicitur אספלנית. Quod ex farina conficitur, vocatur מלתמא μάλαγμα.

חבת חֲבִית *sartago*. Unde pl. חֲבִתִּים, 1 Par. 9, 31. Ap. Tos. הכולת והחביתים והיין simila et sartagines et vinum, Joma 25a. in Misna. Hic per החביתים intelligitur *decima Ephae*, quam sacerdotes quotidie offerre jubentur Lev. 6, 13. quia de illa ib. v. 14. scribitur, על מחבת in sartagine cum oleo parator etc. Sic usurpatur etiam in Men. c. 11. in Misna.

חגא vide in חגג.

חגב חֲגָבָא *locusta*, aut *locustae species, cicada* juxta quosdam, aut *bruchus*, Lev. 11, 12. Pl. חֲגָבִין locustae.

חֲגַג *feriari, festum celebrare* vel *agere: tripudiare, quod hoc diebus festis agere solerent*. Partic. חָגְגִין tripudiantes, IS. 30, 16. Infin. לְמֵחַג לירושלם ad festum celebrandum in Hierusalem, Ps. 42, 5.

---

[4]) In hanc a glossatoribus talmudicis sumptam sententiam Bochartus (Hierz. I. p. 1058) verbis Poetae „Iugentur jam gryphes equis?“ illudit dicens: „bufoni aut testudini nihil est commune cum serpentibus; nec copulari possunt tam diversa animalia; nec si miscerentur, posset ex iis tertium aliquid nasci.“ Hinc aliam sequitur sententiam, quae, prout paucis verbis reddi potest, haec fere est. חבינא (ita enim legendum per Beth ei visum est pro חכינא per Caph) lacerti genus est Arabibus حبين i. e. *chamelaeon*. Ad idem genus (lacerti sc.) etiam חרדון pertinere ex iis elucet, quod heb. צב, quae species est lacerti (Chol. 127a, ubi ad ejus speciem salamandra enumeratur) a Chaldaeo ubique per חרדון redditur. Est vero חרדון nihil aliud nisi حردون Arabum, quod, ut ex multis exemplis arguit, *crocodilum terrestrem*, ad genus lacertorum pertinentem denotat. Ex eorum igitur coitu pergit, chamelaeonis videlicet atque crocodili terrestris, tertia nascitur species lacertorum חברבר dicta, quae vox, ut suspicatur, *salamandram* denotat. Adjutus itaque et rebus iis, quae hic de ortu τοῦ חברבר narrantur, et nominis etymologia, quae, ut scribit, ad hebr, חברברות (Jer. 13, 23.) *maculas* pardorum vertenda, ut *colorem* salamandrae *maculosum* describat, ad comparandas pergit narrationes, quae de חברבר apud Talmudicos et illas, quae de salamandra apud Plinium, Aelianum, Gesnerum permultosque alios autores veteres leguntur similitudinemque haud exiguam ostendit inter τὸν חברבר et salamandram versantem, ut de veritate sententiae dubitari vix possit. Cf. Hierz. Lib. IV. c. I. et ubi de talmudico סלמנדר agit, Lib. VI. c. 5. partis secundae.

[5]) חברבר in ultionem criminis τοῦ שעטנז a deo creatum esse ajunt Talmudici. Ita quidem Ana (Gen. 36, 24.) traditur inventor fuisse mulorum (ימים) asina equo aut onagro admota. Quae copulatio diversarum specierum, cum ex lege Mosis sit illicita, deus, ut ajunt, et ipse diversas miscuit species animalium, unde id nasceretur, quod homini esset obnoxium. Itaque τὸν חרדון cum חבינא copulavit, unde nata est tertia species utraque pejor, nempe חברבר. In qua lege de copulatione diversarum specierum praemonitionem in esse suspicantur Talmudici in insatietatem hominum, qui contenti non sunt iis, quae a deo ipsis praebita sunt, sed plura concupiscentes vim in naturam adhibent, ut nova procreet. Itaque *insatietati* Anae, qui incontentus rebus in mundo inventis naturam ad procreandam novam speciem equorum coegit, in hac narratione sufficientia R. Chaninae, filii Dosae opponitur, cui, ut in Talmude narratur, mensura parva siliquae ab uno sufficiebat Sabbato usque ad alterum Sabbatum (חנינא בני די לו בקב של חרובין מע"ש לע"ש) ad indicandum, sufficientiam incolumem manere a veneno illo τοῦ חברבר, qui eventus est insatietatis.

[6]) Bochartus (Hierz. I. p. 1054) עסוד legit ut ar. sit عضفوط *odphut, lacerti genus albumis arenis degens*.

Imper. חוֹגִי יהודה חגך celebra Jehudah festivitatem tuam, Nah. 1, 15. Fut. וְתְחַגּוּן יתיה חגא et celebrabitis eum festivum, Ex. 12, 14.

חַג, חַגָּא *festum, festivitas,* ut paulo ante. Quod addiderunt, etiam significare *agnum assatum*, id prave factum. Nam verba Tg. sunt, דאכלין ית נכסת חגא טוי נורא qui comedebant victimam festi, assatam igni, Cant. 2, 9. Pl. וּבְחַגַּיָא ובמועדיא et in festivitatibus et in solennitatibus, Ez. 46, 11. At Judaei pro innata sua contra Christianos malitia, non sic festa ipsorum vocant, sed חָגָּא, quod hebr. *pavorem, trepidationem* significat Jes. 19, 17. aut juxta R. Sal. שבר *contritionem, rupturam*, quo et affine nomen חגוה fissura, ruptura, reducit. Inde Elias in suo Tisbi scribit: Festa et solennitates idololatrarum (עובדי עבודה זרה Christianos vocant) nos vocamus חָגָּא, quod idem est quod שבר contritio. Eodem sensu diem festivum ipsorum vocamus איד perditionem, interitum. Vide איד. Ap. Tos. etiam legitur חגתא דטייעי festum mercatorum Arabum, quo annuatim conveniebant omnes mercatores et in certi cujusdam idoli honorem epula celebrabant; R. Sal. vocat gallice קונפרריא, quod puto esse *confrairie,* ע"ז f. 11b.

חֲגִיגָה *idem,* apud Rabbinos. Hoc nomine peculiaris tractatus inscriptus est ap. Tos., in quo de triplici comparitione ac itione Hierosolymas agitur, nempe in festo Paschatis, Pentecostes, et Tabernaculorum, ut praecipitur Ex. 23, 17.

חָגַג pro *piscina* (ut hic adducunt) ego nullibi in Aruch, neque alibi, reperi.

חגוה חֲגְוִין *fissurae,* ut hebraice. Plur. const. בְּחַגְוֵי טנרא in fissuris petrae, Cant. 2, 14.

חֲגַס *cuniculus.* Plur. חֲגָסֵי דעמהון לא תקיף cuniculi quorum populus non est fortis, Prov. 30, 20. hebr. שפנים. At singulare שפן, in Onkelo redditur טַפְזָא, et in Jon. טְוֹזָא, de quo suo loco. B. Ar. in גס ultimo citat hunc locum הגסי, quasi ה sit servile. Sed He istius in Tg. nullus est usus. Et Ps. 104, 18. hebr. לשפנים transfertur a Syro interprete לחגסא quod Sionita reddit *leporibus,* Erpen. *cuniculis.* Unde apparet, hanc lectionem esse probam.

חֲגַר hebr. *cingere, accingere, accingi:* חָגוּר *cinctus, accinctus:* חגור *cingulum, zona.*

חֲגוֹרָה *cinctura.* Ap. Ros. etiam est *cinctura agri ex ramis, sepes, sepimentum:* חגורה גבוהה י' טפחים sepimentum altum decem palmos, Erub. 22b.

Secundo חֲגַר *claudicare:* וחגר et claudicavit, IIS. 4, 4. Ap. Tos. בזמן שהן מחגירין quando claudicant, h. e. vacillant, non firmiter stant, Sav. c. 3.

Tertio ap. Tos. חֲגַר *tardare, morari:* כדי שתחגור בו הצפורן ut moretur in eo unguis, Chol. c. 1. Vide R. Sal. Ps. 76, 11. ad vocem תחגר, ubi inter alia scribit, חגור לשון עכבה בלשון משנה h. e. תחגר est significationis *tardandi* in sermone Misnae.

חֲגִיר, חֲגַר, חֲגִירָא *claudus,* hebr. פסח, Lev. 21, 18. ארי חגיר עבדך quia claudus est servus tuus, IIS. 19, 26. Pl. חֲגִירִין Jes. 33, 23. Ap. Tos. רעיא חגירא ועזי רהיטין cum pastor claudus est, facile capri diffugiunt. Proverbiale ap. Ros., in libro T. de Sabbatho f. 32a. Magistratu non faciente officium, subditi impunes in delicta ruunt. Sic concionatores, doctores etc.

חֲגַר *idem:* ארום חגר פום וחגר ממלל אנא nam claudus ore et claudus sermone sum, Ex. 4, 10. in Jon. In TgH. est חֲגִיר, hebr. כבד *gravis.*

חֲגִירָה *claudicatio,* Rab.

חַגְרָא *Chagra,* nom. propr. loci, hebr. שור, Gen. 16, 7. et alibi. Sic et pro hebr. ברד ibidem v. 14.

מַחְגַר *cingulum, quod sub collo bovis est,* Kelim cap. 14.

חַד *unus: primus,* quod per aphaeresin venit ab hebr. אחד, etsi et hebraice semel legatur, ודבר חַד את אֶחָד et loquitur unus cum altero, Ez. 33, 30. Sic chald. צלם חַד imago una, Dan. 2, 31. יום חַד dies unus: Fem. חֲדָה una: בשנת חדה in anno uno, i. e. primo, Esr. 5, 13. ונסיב חדא מעלעוהי et accepit unam ex costis ejus, Gen. 2, 21.

חַדְסַר, חֲדְסַרֵי *undecim.* Vox composita ex חד et עסר, quod in monadico numero cum denario Talmudicis et in TgH. frequens: בחדסר ירח in undecimo mense, Deut. 1, 3. לחדסרי יריען undecim aulaeis, Ex. 26, 8. in Jon. pro hebr. עשתי עשרה. Reliquis locis in Mose haec locutio hebraea in Jon. redditur חריסר, quod valet duodecim. Mendum videtur.

כַּחַד, כַּחֲדָה, כַּחֲדָא *una, simul, pariter,* Dan. 2, 35. Ps. 139, 16. in Ven. יתחברון כחדא consociarunt se simul, Ps. 2, 2. ἐπὶ τὸ αὐτό.

לַחֲדָא *valde, vehementer, admodum,* heb. מאד. Vide in litera ל.

מַחַד, אִתְּחַד *capiendi* significatione vide in אחד.

חֲדָא חֲדִי, חֲדָה *gaudere, laetari,* proprie Chaldaeorum verbum, inde etiam Hebraeis usurpatum. In Targ. saepissime ponitur pro hebr. שוש et שמח. Praet. כמא דַּחֲדִי יי׳ sicut laetatus est dominus, Deut. 28, 63. בגין כן חֲדָא לבי propterea laetatum est cor meum, Ps. 16, 9. וְדַחֲדַתְּ לבני יהודה et quod laetatus es de filiis Jehuda, Obad. 1, 11. חדיתי laetor, laetatus sum, Ps 122, 1. חדיאו קדמך laetati sunt coram te. Jes. 9, 3. דחדיאו למעבד רעותך qui gaudent facere voluntatem tuam, Jes. 64, 4. Part. חָדֵי אנא על מימרך laetor ego propter verbum tuum, Ps. 119, 162. וצדיקא דיץ וחדי et justus exsultat et laetatur, Pr. 29, 6. Fem. היך אמא די על בניא חָדְיָא sicut mater quae super filiis gaudet, Ps. 113, 9. Plur. הוינא חדין fuimus laeti, Ps. 126, 3. וסליקו מתמן כד חָדָן et ascenderunt inde laeti, I R. 1, 45. דְּחָדַיִן על בישתי qui laetantur super malo meo, Ps. 35, 26. Inf. מֶחְדָא אֶחְדֵי gaudendo gaudebo in domino, Jes. 61, 10. למחדי בחדות אוריתא ad gaudendum vel laetandum in laetitia legis, Eccl. 3, 12. Imp. חֲדֵי עלמא ביומי עולמותך laetare juvenis in diebus juventutis tuae,

*) תגלה nomen proprium uxoris R. Jose Haglili. Citat Ar. ex Br. sect. 18.

Eccl. 11, 9. וְחַדִּי מן אתת טליותך et laetare ab uxore juventutis tuae, Pr. 5, 18. Fem. חֲדִיאִי ובדיחי ברתא דאדום laetare et exsulta filia Edom, Thr. 4, 21. חֲדוּ במימרא דיי laetamini in verbo domini. Fut. אנא אֶחְדֵי במימרא דיי ego laetabor in verbo domini, Ps. 104, 34. לא תחדי ne laeteris, Pr. 24, 17. ארום במימריה ישמח לבנא quia in verbo ejus laetatur cor nostrum, Ps. 33, 21. תֶּחֱדֵין כנישתא דישראל laetabitur synagoga Israëlis, Jer. 31, 13. וְנֶחְדֵי בפורקניה et laetabimur in redemptione ejus, Jes. 25, 9. ארי תֶחֶדוּן quia laetabimini, Jer. 50, 11. יחדון חילי דשמיא laetabuntur exercitus coelorum, Ps. 96, 11. דלמא יֶחְדְיָן ne forte laetentur filiae Philistaeorum, IIS. 1, 20. Aphel אַחְדִּי *exhilarare, laetificare:* Praeterit. ולא אַחְדֵיתָא neque laetificasti inimicos meos, Ps. 30, 2. ארום אחדיתני יי' quia laetificasti me domine, Ps. 92, 5. Part. וחמרא דְמַחְדֵי לבא דבר נשא et vinum, quod laetificat cor hominis, Ps. 104, 15. מחדין לבא exhilarantia cor, Psalm. 19, 9. ומחדין קרתא דיי et laetificant urbem domini, Ps. 46, 5. Imper. אַחְדֵי נפשא דעבדך exhilara animam servi tui, Ps. 86, 4. Futur. וְאַחְדֵינוּן בבית צלותי et exhilarabo eos in domo precationis meae, Jes. 56, 7. בר חכימא נחדי אבוי filius sapiens laetificat patrem, Pr. 10, 1. cum formativo נ ex dialecto syra. Ex Pahel Imper. וְחַדִּי לבי et exhilara cor meum, Pr. 27, 11.

חֶדְוָה, חֶדְוָא, חֶדְוְתָא *gaudium, laetitia:* יהבתא חדותא בלבי dedisti laetitiam in cor meum, Ps. 4, 8. חדוא רבא gaudio magno, Jon. 4, 6. בחדוה cum gaudio, Esr. 6, 16. מדונא לחדוא ex dolore in laetitiam, Esth. 9, 22. ושבחית אנא חדות אוריתא et laudo ego laetitiam legis, Eccl. 8, 15. כחדות נצחי קרב juxta laetitiam vincentium in bello, Jos. 9, 3. Cum aff. נצבא דְחֶדְוָתִי planta laetitiae meae, Jes. 60, 21. וביום חדותכון et in die laetitiae vestrae, Num. 10, 10. ובחדותיה לא יתערב נוכראה et in laetitiam ejus non miscebit se alienus, Pr. 14, 10. Pl. סובעא דְחֶדְוָתָא saturitas laetitiarum, Ps. 16, 11. וחדותהא et gaudia ejus, Hos. 2, 11. Usurpatur et quasi *exclamandi particula*, pro hebr. repetito האח *euge, euge*, Ps. 25, 21. Ap. Tos. חזא חדוותא דהוו קמחדדי vidit laetitiam, laetantes homines in nuptiis, qui fuerunt admodum laeti, Git. 68b.

חֲדִי, חַדְיָא *pectus*, idem quod hebr. חזה, permutatis pro more ז et ד: ut חֲדוֹהִי pectus ejus, Dan. 2, 32. ותסב ית חדיא et accipies pectus, Ex. 29, 26. Pl. על חַדְוָתָא super pectora, Lev. 9, 20. Ti. מנשק להו לאחתי אבי חדייהו osculans sorores meas super pectus ipsarum, Sab. in princ.

חדיב חֲדִיב *nomen proprium loci*, Ez. 27, 23. hebr. עדן, Kid. 72a.

חדד *acuere: acui, acutum esse*, hebr. Pahel, שני תלמידי חכמים המחדדים זה את זה יי' מצליח להם duo discipuli sapientum, qui acuunt se invicem in studiis, Deus benedicit ipsis, ap. Tos., Sab. 63a. Aliquando etiam apud eosdem idem est quod חדה *laetari*, cujus exemplum vide supra in חדא, in חדוה.

מְחוּדָּד *acuminatum:* חֲדוּדִי *idem:* צורה חדודית figura acuta: מחודד מעוגל acuminatum rotundum, conus, figura inferius rotunda et lata, aequaliter fastigiata ad verticem.

חִדּוּד *acuminatio: acies, acumen, cuspis:* חדודו של סכין acies cultri: חדוד הבינה acumen intelligentiae.

חודא *idem:* חודא דכובעא acumen vel cuspis uvulae, Chol. 15b.

חִדּוּדִין *rugae, partes cutis elevatae et acutae:* נעשה בשרו חידודין חידודין facta est caro ejus merae rugae, i. e. קמטים, Sanh. 94a. R. Sal. Ex. 18, 9.

חֲדוּדִין vide in חרר.

חֲזִיְינָא[21] *clava ferrea, ferrum rotundum instar granati baculo infixum: armorum quoddam genus fuit in Aegypto notum:* Kel. c. 14. Scribitur per duplex Jod, quo consona indicatur, unde prave notant חֲזִינָא.

מֶחֱזֵי *aspectus:* כמחזי אדם secundum aspectum hominis, Ez. 1, 26. in Regiis.

מַחֲזְיָא *speculum*, ab *ostendendo* sic dictum, ex forma conjugationis Aphel ductum. Plur. מַחֲזְיָתָא specula, Jes. 3, 23. Constr. בְּמַחְזְיָת נשיא e speculis mulierum, Ex. 38, 8.

חָזַז חֲזָוִית[22] *impetigo, scabiei species.* Pl. דמלי חֲזָזִין qui plenus est impeteginibus, Lev. 21, 20. in TgH. Sic Lev. 22, 22. In Targ. Jon. est חֲזָזִיתָא hebraice ילפת. Quidam *saniosam scabiem* interpretantur. Ap. Tos. בעלי חזית impetiginosi, Bech. 41a. Ibidem in Gemara: ילפת זו חזית המצרית jallephet est scabies aegyptiaca: לחזיתא ליתי שב חיטי ארזנייתא וניקלינהו contra scabiem sumat septem grana tritici crassi et comminuat ea, Git. 70a.

חֲזָזָן *impetiginosus*, Lev. 21, 20. Onkelos.

חֲזִיזָא *nubes:* רכב על חזיזא קלילא equitavit super nubem velocem, Cant. 2, 9. ומהלך לחזיזי et iter nubibus, Jobi 28, 26. In Br. s. 13.: Quinque nominibus nubes appellatur, עב, חזיז, נשיא, ענן, אד, Et in codice talmudico Tan. 9.: quid sunt חזיזים? Rabbi Juda dixit, nubes cursitantes. Dicuntur sic, quia faciunt חזיונות visiones sive aspectus varios, ut virides, flavos, aut rubentes, in firmamento, scribitur dicto loco in Br.

חֲזִיז *germen, gramen, seges primum crescens, quae depasci saepe solet, aut resecari in pabulum jumenti, ut, luxurie amputata, felicius recrescat:* ורעי חזיז מן תלמא et depascit herbam a sulco, Ps. 126, 6. in Venetis. Abest ex Regiis. Elias in חלם legit חזין. In Ar. in חזין adducitur locus ex Talmud, unde hoc membrum hujus Targum desumptum est. Est enim additamentum rabbinicum, petitum ex Gemara, ubi in hujus versus explicatione legitur: מה הלוך ילך ובכה וגו' אמר רב יהודה שור כשהוא חורש הולך ובוכה ובחזירתו אוכל חזיז מן החלם quid est, „ambulans it et flet, portans tractum seminis etc.?“ Dixit Raf Jehudah: bos quando arat, it et flet et in reditu suo comedit herbam e sulco, in Tan. 5a. Nempe, quod arat eundo, mox a tergo miraculose producit herbam, quam bos, se convertens ab altera parte agri, illico comedit, ne lassetur: אכלה חזיז si comedat sementim, Bk. 58b. כשות וחזיז lupulus et seges, Ktb. 60b. Erub. 28a. Ar. ubique legit חזין per Nun.[23]

חֲזוּזָא *nom. propr. vallis*, quae hebr. vocatur

[20]) Ubi longe *videre* possumus. [21]) Idem quod חצינא, ut vult Mussaffia, quod gr. est ἀξίνη.

[22]) Arab. حَزَاز *furfures capitis, porrigo, furfuratio capillorum.*

[23]) [illegible] ut videtur arabicam habet الجزازى, quod *penidii* s. *succi arundinei genus* denotat. Vide Cast. Hept. p. 1185.

מורה, Gen. 12, 6. in TgH. Sic אל עמק שוה ad vallem Schave, TgH. למישר דחווא ad vallem Chasosa, Gen 14, 18. Scholiastes in hoc Targum scribit, הוא לשון פנוי.

חָזַם *averruncare, evellere herbas malas:* הרוצה לחזום עלי ירק qui vult evellere folia oleris sive herbarum להקל ממשאו ut levius reddat onus, Dem. c. 3. Ar. notat, quosdam explicare, *colligare in manipulum,*[24] ex significatione arabica, qua lingua אלחזם *manipulus.* Sed id loco talmudico non convenit. In Targ. Jon. וחזמין רישיה avellebant caput ejus, Gen. 31, 19. in Jon. Fut. וְיַחְזוֹם יח רישיה et auferet, avellet caput ejus, Lev. 1, 15. in Jon. heb. ומלק: sic cap. 5, 8.

חזן חַזָּן *speculator,*[25] *inspector, custos, qui provisionem et curam alicujus rei habet: minister* et stricte, *inspector, minister synagogae,* ut est *aedituus, diaconus, qui alias dicitur* שליח צבור, vel שמש, *nuncius ecclesiae, qui destinatus est synagogae necessariis operis praestandis.* Hic maxime oratione sive precibus et cantu ecclesiae praeibat, praeerat lectioni legali, docens, quod et quomodo legendum et similibus quae ad sacra pertinebant. Unde quandoque pro *cantore, praecentore* sumitur. Ex prima significatione: יעקב אבינו חזן מתא הוה דאמר ליה ללבן נטרי לך נטירותא יתירתא כחוני מתא i. e. Jacob pater noster speculator sive custos urbis fuit, quod dixerit Labano: costodivi te custodia amplissima, ut custodes urbis solent: Bm. 93b. Respicit ad translationem chaldaicam Onkeli, in quo pro hebreo גנבתי יום גנבתי לילה furto ablatum mihi interdiu, furto ablatum mihi noctu reposcebas, Gen. 31, 39. legitur; נטרית בימםא ונטרית בליליא custodivi in die, custodivi in nocte. Pro ministro in genere, de filiis Samuelis, patri dissimilibus et ad judicandum ineptis, ut legitur IS. 8, 3. Non sic (scribitur in Gemara) fuerunt filii ejus: אלא ישבו בעריהם כדי להרבות שכר לחזניהן ולסופריהן sed sedebant in urbibus suis, ut multiplicarent mercedem ministris suis et scribis suis, Sab. 56a. Gl. „ministris", quibus mercedem dabant, ut irent ultro citroque citatum partes litigantes ad judicium. „Scribis;" sc. contractuum, ob credita et debita. Pro *ministro sacrorum* passim usitatissimum: ut מסרום לחזנים tradunt ea ministris, nempe, membra agni ad sacrificium juge mactati, ut deferant ea ad altare, Tam. f. 32. נתנו שיעור לחזן הכנסת constituerunt mensuram ministro synagogae, ad reportandam tubam in domum suam, Sab. 35b. מיום שחרב ב"ה שרו חכימיא למהוי כספריא וספריא כחזנא וחזנא כעמא דארעא ex quo tempore vastata est domus secunda, coeperunt sapientes esse sicut scribae et scribae sicut minister synagogae et minister synagogae sicut populus terrae etc. Sota 49a. Referendum est proprie ad חזא.

חֲזִין vide in חזח.

חֲזְיֵינָא vide in חזא.

חֲזַק[26] *tenere, retinere, prehendere, apprehendere, comprehendere,* ut hebr. החזיק. In Targ. raro occurrit: לאלין דְמַחֲזְקִין בה illis qui apprehendunt eam, Pr. 3, 18. תִּתְחֲזַק במרדותא apprehende castigationem, Pr. 4, 13. In Hiphil apud Rabbinos in materia de emptione et venditione est *tenere, occupare, jus possessionis adire:* ut si quis vendat agrum proximo suo et is in eum ingrediatur, eum conserat, aret, fructus arborum colligat, vel tale quid fecerit, ecce hic vere emit: שהרי החזיקה quia apprehendit eum, jus possessionis adivit, nec ulli parti licet contractum retractare etc. Aliter מחזיק טובה לעצמו tribuens bonum sibi ipsi. In hominem arrogantem dicitur, qui sibi omnia vendicat et stulte de seipso sentit. In Pirke avos c. 2.: Si didicisti legem multam, אל תחזיק טובה לעצמך ne attribuas quicquam boni tibi ipsi (i. e. ne eo gloriator, aut arrogans esto) ad id enim creatus es. Christus Lucae 17, 10. Cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus, quod enim debuimus facere, fecimus: Sic אני מחזיק טובה לנפשי egone hoc beneficium vel hanc laudem mihi adscriberem? Sab. 89a. לא נחזיק טיבותא לנפשין non attribuemus hanc virtutem nobis, Tan. 23b. שאין מחזיקין במחלוקת quod non apprehendunt dissensiones, i. e. non persistunt in dissidiis: כל המחזיק במחלוקת עובר בלאו quicunque firmus est in dissidiis, transgreditur prohibitivum praeceptum, Sanh. 110a. Probatur id ex eo; quod dicitur, „non erit sicut Korah et coetus ejus", Num. 16, 40. In Pihel חִזֵּק *roborare, corroborare, confirmare, fortificare:* Hinc ap. Ros. frequens, לחזק הענין ad corroborandum sensum, ad emphasin. Vide etiam infra in חזקה, in 3. signif.

חִזּוּק *confirmatio, corroboratio, robur:* החכמים עשו חיזוק לדבריהם יותר משל תורה sapientes fecerunt robur verbis suis magis quam verbis legis. Erubin f. 85b. Ketub. 83b. sed. f. 84a. כשל תורה sicut verbis legis.

• חֶזְקָה, חֲזָקָה *possessio, jus possessionis, occupatio, apprehensio rei emptae, aut donatae,* ut supra in verbo. Ap. Ros. במה יקנה המקח הקרקעות באחד משלשה דברים בכסף או בשטר או בחזקה quomodo acquiritur emptio rei alicujus? Fundi acquiruntur vel argento, vel literis contractus, vel apprehensione: כיצד בחזקה quomodo apprehensione seu occupatione? Si quis vendiderit aut dono dederit alicui domum aut agrum et hic eam clauserit, obsepiverit, vel sepem ejus fregerit, vel minimam utilitatem opera

---

24) حزم vicin. τοῖς حزن et خزن, quorum origo in *colligando* et *constringendo.*

25) A verbo חזה chald. חזא vidit, adspexit, *speculatus fuit.*

26) Proprie *constrinxit, compressit, obthuravit,* chald. הדק; hinc *cinxit, accinxit, succinxit* syr. ܚܙܩ arab. حزق et حزك notioneque ducta heb. חָזַק *compactus,* obfirmatus, validus fuit.

sua ei attulerit, hic vere emit; בר"א כשהחזיק בפני המוכר או הנותן quando nimirum eum occupavit, vel possessionem ejus adivit si occupavit in praesentia venditoris aut donantis etc. Maim. in hilchoth מכירה c. 1. חזקת הבתים occupatio, possessio aedium, Bb. c. 3. In Tg. ועבד בה חזקתא et fac in ea possessionem, Gen. 13, 17.

Deinde est *mos, consuetudo inveterata et quasi diu possessa:* Hinc dicunt, מעמידין את האדם על חזקתו constituunt hominem super possessionem suam i. e. mores inveteratos, Elias in Thisbi. Videtur esse ex sequenti usu.

Tertio חזקה est *praesumptio de aliquo, cum quis pro tali vel tali tenetur et habetur:* ut האשה אינה בחזקת זונה עד וכו׳ mulier non habetur pro meretrice donec etc. שחזקתה שהיא בתולה quia praesumptio de ea est quod sit virgo, habetur pro virgine: חזקה היא שאין אדם טורח בסעודה ומפסידה והופך שמחתו לאבל praesumptio est, quod homo non laboret in instruendo convivio et ipse postea illud destruat et in luctum convertat, Maim. in הלכות אישות cap. 1. חזקה שאין אדם שותה בכוס א"אכ בודקו יפה וחזקתו שידע ורצה praesumptio est, quod homo non bibat ex poculo, nisi probe illud explorarit et praesumptio est, quod sciverit et ita voluerit, Ibid. c. 25. הבן בחזקת כשרות filius habetur pro legitimo: הרי זה בחזקת ממזר ecce hic tenetur pro spurio: חזקת החולי ממנה praesumptio morbi est ab ea, i. e. illa praesumitur morbo aliquo laborare. Iterum Maim. ibid. c. 15. Sic שאינה מחזקת עצמה בעקרות non facit seipsam sterilem mulier, i. e. non praesumitur mulier seipsam pro sterili venditare: Sic אינה מחזקת עצמה כמפלת ibid. Hoc usu frequentissime occurrit apud Rabbinos.

חָזַר *redire, reverti, circuire, circumire, converti, convertere se: convolvere, circumvolvere.* In Hagiographis saepissime pro hebr. סבב usurpatur. Praet. יורדנא הֲזַר לאחור Jordan conversus est retrorsum, Ps. 114, 3. חזרו יתי circumierunt me, Ps. 118, 11. Imper. וְהַזַרוּ עלה et circuite eam, Ps, 48, 13. Fut. וְתַהֲזוֹר תנחמני et reversus consolaberis me, Ps. 71, 21. Ex Pahel, Part. כמא דִמְהַזְרִין בערבלא sicut circumagunt, agitant cribro (triticum sc.) Am. 9, 9. Fut. יְהַזַר קדלהון דאגוריהון circumagat cervicem altarium ipsorum, Hos. 10, 2. Aphel אַהְזַר *idem:* Item *convertere, evertere perv. subv. invertere, convolvere:* Item *reddidit, restituit, reduxit, circumduxit:* Item *respondit:* Praet. וְאַהְזַר et convolvit, hebr. ויגלום IIR. 2, 8. ואחזר יי ית עמא et circumduxit dominus populum, Ex. 13, 18. in Jon. איכדין אחזרו קדלהון quomodo verterunt cervicem suam, Jer. 48, 39. אחזרו עלי עממיא circumdederunt me populi, Ps. 22, 13. Part. וּמַהֲזַר לסטר צפונא et redit ad latus aquilonis, Eccl. 1, 6. Infin. לְאַהְזָרָא ית ארעא ad circumeundum terram, Num. 21, 5. in Jon. Futur. וְאַהְזַר מלתא et redire faciam, i. e. respondebo verbum, Pr. 27, 11. Ithp. ואנש ישראל אִתְהֲזַר et homo Israel reversus est, Jud. 21, 41. אתחזר על רדפא rediit contra persecutorem, Jos. 8, 20. Ithpahel Part. גפיהון לא מִתְהַזְרִין alae ipsorum non vertebant se, Ez. 1, 9. Fem. לא מִתְהַזְרָן v. 12.

Rabbini: חזרתי על כל המקרא circuivi per totam scripturam, revolvi tota biblia: חזור בך redi ad te, repetas iterum: R. Jose dixit: מימי . לא אמרתי דבר וחזרתי לאחורי a diebus meis (h. e. per totam vitam meam) non dixi verbum et recessi retrorsum (h. e. quod revocarim, cujus me poenituerit:) מי שאינו חוזר על תלמודו is qui non redit ad studia sua (non repetit quae didicit) de eo scriptura dicit: Maceria lapidum ejus destruetur, Pr. 24, 31. חזור בך converte te, resipisce: חזור להן תשובה redde ipsis responsum: ולא היה אדם מחזירה דבר nullus autem respondebat ei quicquam.

Deinde חזר apud Rabbinos etiam significat, *circuire ad colligendam stipem, mendicare:* יחזרו על הפתחים circumeunt ad januas, i. e. mendicant ostiatim. Pro יחזרו dicunt etiam שואלין petunt, mendicant: עני המתפרנס מן הצדקה ומחזר על הפתחים pauper qui sustentatur eleemosynis et mendicat ostiatim. Sic apud Syros usurpatur חדר Luc. 16, 3. Marc. 10, 46. etc.

הֲזוֹר *circum, circa, circuitus,* hebr. סביב: Geminatur saepissime et fere semper: חזור חזור למשריתא circa castra, Ex. 16, 13. in Jon. Sic geminatum ubique respondet hebr. סביב in Jonathane: חזור חזור למשכנא דסהדותא circumcirca tabernaculum testimonii, Num. 1, 53. מן חזור חזור circumquaque, hebr. מסביב Num. 16, 24. Sic in Hagiographis: דְהֲזוֹר הֲזוֹר אתכנשו עלי qui circumcirca congregati sunt contra me, Ps. 3, 7. שרי מלאכא דיי חזור חזור לדחלין מניה castrametatur angelus domini circa timentes eum, Ps. 34, 7. ומעיקין חזור חזור et obsidebant circumquaque, Cant. 5, 7. etc. In reliquis Targumim legis et Prophetarum pro eo est סחור סחור.

הֲזוֹר *idem,* Ps. 50, 3. Sed malim pro eo legere הֲזוֹר.

הֲזְרָן, הֲזְרָנוּת *ambitus, circuitus:* et adverbialiter *circum, circa.* Respondet in posterioribus Targumim hebr. סביבות et סביבים: ut חזרנות נהרא in circuitu fluminis, circa flumen, Exod. 7, 24. in Jon. חזרנות משריתא circa castra, Num. 11, 31. חזרנות ככוי ירושלם in circuitu Hierusalem, Ps. 79, 3. ambitum dentium ipsius, Job. 41, 5. Cum aff. וגוחכא לְהַזְרָנוּתָנָא et risus circuitui nostro, i. e. iis, qui in circuitu nostro degunt, Ps. 79, 4. Sic Ps. 44, 14. דִבְהַזְרָנֵיכוֹן qui sunt in circuitu vestro, Deut. 6, 14. in Jon. Aliter דִבְחוֹזְרָנוּתְכוֹן Deut. 13, 8. in Jon. דבחזרנהא qui in circuitibus ejus, circa eam, Gen. 41, 49. in Jon. חִזְרָנֵיהוֹם circa eos, Gen. 35, 5. in Jon.

הֲיזוּר, הֲזוּר *sphaerula, pomum, pomellus, malum, malus et simile, quod figuram habet rotundam, in se redeuntem:* חזור ושושן sphaerula, sive pomum et lilium, Ex. 25, 33. דקלין וחזור palmae et malus, Joël. 1, 12. Pl. constr. הֲזוּרֵי דדהבא forma aurea, Pr. 25. 11. Apud Ros. גיפא בחזורין ומחלקא לבישא scortatur pro pomis et dividit ea aegrotis, Vr. s. 3. in princ. Adagium in eleemosynas injustas. Vide sup. in גוף.

חזרר vel חוזרר *species arboris quae similis est malo; vel fructus malo seu pomo similis.* Hinc legitur in T. Kil. c. 1, התפוח והחזרר אף על פי שדומין זה לזה כלאים זה בזה h. e. malus vel malum et חזרר licet simile sit unum alteri, tamen heterogenea sunt. Rambam scribit, arabice vocari אל עזרן. Bartenora dicit, esse תפוח יערי *pomum silvestre, agreste.* Sic dicit B. Ar., esse מין תפוח. Alibi בצים קטנים כחזרדין ova parva instar pomorum agrestium, TH. Sab. c. 3. Pro eo in Talmud Babyl. est עוזרדין.

חֲזוֹרָא [27] *tintinnabulum,* i. e. פעמן, Ex. 39, 24. 25. 26. in Jon.

חִזְרָא, חִזְרֵי *genus spinae,*[28] vel *urticae.* Usus ejus est in locutione proverbiali; שקילא טיבותך ושדיא אחיזרי ablata est benignitas tua et projecta in spinas, Sab. 63b. Bk. 83a. Gl. אחיזרי i. e. על הקוצים. Sic Bm. 63a. Beza 29b. Ketb. 53b. ubi gl. explicat על החרולים in urticas. Usus ejus est quando quis frustra laborem vel operam aliqua in re insumit. Operam et oleum perdere. Accommodari etiam potest ad beneficium perditum et male collocatum. Similitudo desumpta a semine, quod in spinas cadit, qua et Christus utitur Matth. 13, 7. de homine qui exivit ad seminandum; aliud vero cecidit in spinas et ascenderunt spinae et suffocarunt illud. Alibi: אישתא אי לאו פרונקא דמלאכא דמותא מעלי כחיזרא לדיקלי febris, quae non est nuncius angeli mortis (i. e. quae non est lethalis) prodest corpori ut spinae palmae, Ned. 41b. Spinae protegunt palmam et fructus ejus, ne a bestiis laedi possint: sic febres mitiores protegunt corpus a gravioribus morbis. Gl. explicat per אטדין et הוצין, de quibus vide suo loco: קני דחיזרא pali spinarum, i. e. pali qui in terram figuntur, ut iis implicentur vepres ad faciendam sepem, Bm. 103b. Item *virga, baculus tener, quo equus regitur;* quia est instar spinae: רב ששת כי כרע כרע כחיזרא Raf Schescheth quando incurvavit se, incurvavit se ut spina; i. e. ut virga, vel bacillus qui deorsum percutitur, Ber. 12b. Ita sumitur quoque pro *virga tenera acuta, instar spinae quae assandis carnibus inservire potest,* Bez. 33a.

Deinde חזרא[29] *furfures:* מיא דחיזרא aquae furfuris, Bm. 60b. Pes. 42b. ubi per Vav[30] scribitur דחיזורי. Gl. מי סובין.

חֲזֶרֶת, חֲזִירִין *lactuca.* De ejus usu in vespera Paschatis vide in Pes. 39a. חזרת מהפך אוכל lactuca invertit cibum, As. 11a. לא פסקו מעל שולחנם לא חזרת ולא קישות non deerant in mensa ipsorum vel lactuca, vel cucumeres, Ibid. למה נמשלו מצריים בחזרת ובמרור לומר לך מה חזרת, זו שתחילתו רך וסופו קשה אף מצריים תחילתן רכה וסופן קשה i. e. quare comparati sunt Aegyptii lactucae et herbis amaris? dicendum tibi est, quid est lactuca? principium ipsarum est molle, sed finis illarum (sc. caulis) est durus. Similiter Aegyptii ab initio fuerunt lenes (Israëlitis) sed finis illorum fuit durus, Pes. 39a. חזרת וחזרת גלין lactuca, scil. hortensis et lactuca agrestis, Kil. c. 1. Pl. האוכל שרשי חזרין comedens radices lactucae, Okezim c. 1 Gl. חזרין idem est quod חזרת.

חֲזִירָא, חֲזִיר *sus, porcus,* a *redeundo,* quia ejus proprium redire ad volutabrum luti.[31] ית חזירא et porcum, Lev. 11, 7. חזירא מן חורשא porcus de silva, Ps. 80, 14. Fem. חֲזִירָה et emphat. בנחירי דחֲזִירְתָּא in naribus porcae, Pr. 11, 23. Miratur Elias, quare hic forma feminina usurpetur. Ap. Tos. עשרה קבים נגעים ירדו לעולם תשעה נטלו חזירים decem cabi leprarum descenderunt in mundum; novem acceperunt porci, Kid. 49b. רעי חֲזִירִין custos porcorum. Carnibus suillis vesci cur Judaeis prohibitum, vide in More lib. 3. c. 48. R. Bechaj. in Pentateuch. f. 132c. scribit; in quibusdam libris medicinalibus reperi; infantem, si lac suillum (חלב החזיר) sugat, fieri leprosum.

מַחֲזוֹר *circulus, cyclus:* מחזור גדול מחזור קטון cyclus magnus et cyclus parvus. Ille solis, et singulis 28. annis perficitur: hic lunae et 19. annis absolvitur. Vide Astronomos. Est etiam *nomen libri precum, quae fere rhytmicae sunt et in fine sabbathorum et dierum festorum, ac maxime in tribus regalibus festis dicuntur:* Pl. ומולד סיהרא ומַחֲזוֹרִין et nativitatem lunae et cyclos, Gen. 1, 14. in T. Jon.

חט vide supra in חוט.

חָטָא, חֲטִי *peccare,*[32] ut hebr. Praet. חֲטָא ישראל peccavit Israel, Jos. 7, 11. ועל נפשך חֲטִיתָא in animam tuam peccasti, Hab. 2, 10. Infin. ואוסיף לְמֶחֱטֵי et perrexit peccare, Ex. 9, 34. מלמחטי קדם יי a peccando coram domino, I S. 12, 23. Futur. לא יֶחֱטֵי מלכא בעבדיה בדוד כי לא חטי לך ne peccet rex in servum suum Davidem, quia is non peccavit in te, I S. 19, 4. Pihel חַטֵּא *mundavit, purgavit.* Sic ap. Tos. in Chol. 27a. Aphel אַחְטִי *peccare fecit, ad peccandum induxit:* ולא אחטי לחורנין neque ad peccandum induxit alios, Num. 27, 3. in Tg. Jon. Part. מַחְטֵא

[27]) Alia forma est vocis חזור vel חזור d. q. paulo antea.

[28]) Quae ut habet R. Sadia (Ber. 12.) in Babylonia provenit ar. אלוחס dicta.

[29]) Arab. خَازُ. Conf. Cast. Hept. p. 1190.

[30]) Spectare videtur illa lectio ad gr. ἀχύρον.

[31]) Bochartus (Hier. pars. I. p. 696) et aliam citat sententiam, secundum quam suem חזיר appellari affirmat, quia cum sanguinatur totus est teres atque *rotundus.* Ipse autem Vir cl. vocem ad ar. vertit خزر *oculos habere angustos.*

[32]) Proprie *imbecillum, infirmum esse, adlectationibus restituere non posse,* ut haec significatio in lingua talmudica nobis conservata est. (Cf. et זקר.) Levissimus igitur gradus est peccandi, id quod ex usu linguae hebr. ubique firmatur.

בִישא דִמְחַטֵי יתנא concupiscentia nostra mala, quae nos peccare facit, Ps. 103, 14.

Apud Ros.: שילא חטא ויוחנא משלם Schela peccat et Jochanan persolvit, Br. s. 64. Et aliter טוביא חטא וזיגוד מתנגיד Tobias peccavit et Sigod vapulat, Mac. 11a. Vide Drusii Adagia Cent. 5, 2.

חֲט *peccatum*, Deut. 19, 15. Additur et א, ut heb. Unde apud Rabbinos, ירא חטא metuit peccatum. Vide mox in חטאין. Cum aff. חֶטְאָךְ נטיר peccatum tuum custoditur, Gen. 4, 7.

חֶטְאָה, חֲטָאה *idem:* דחלי חטאה timentes peccatum, I S. 10, 25. Apud Tos. לחטאה ירבעם super idola Jeroboam, super vitulos ejus, Sanh. 107 b. Vocantur etiam יראה timor, metus.

חִטְחִי *idem*, Prov, 14, 34.

חֲטוּתָא *idem*, Prov. 10, 16. Pl. למיכל חֲטְוָת עמי ad comedendum peccata populi mei, Hos. 4, 8.

חֶטְאִין *peccata:* ותהי לגבר דחל חטאין et esto in virum timentem peccata, IR. 2, 2. IIS. 23, 20. ויפתי לביך בדחלת חטאין et dilatabitur cor tuum in timore peccatorum, Jes. 60, 5. אתתא דחלת חטאין mulier timens peccata, i. e. deum, IIR. 4, 8. *timens peccatum*, est vir pius qui peccare metuit, qui deum timet et a peccatis abstinet: *timor peccati*, i. e. *timor dei*. Constr. et cum affix. ויתיהבון חובי עצת חֶטְאֵיכוֹן עליכון וְחֶטְאֵי et dabuntur delicta consilii peccatorum vestrorum super vos et peccata etc. Ez. 43, 49. וַחֲטָיָךְ et peccata tua, Dan. 4, 24.

חַטָּאתָא, חֲטָאָה *peccatum: hostia, sacrificium pro peccato:* ותורא דחטאתא et juvencum pro peccato, Ex. 29, 36. Absque Dagesch לַחֲטָאָה in sacrificium pro peccato, Esr. 6. 17.

חָטְיָא *peccator* : חטיא שאט לחבריה peccator contemnit socium suum. Pr. 14, 21.

חַטָּאָה *idem*: Pl. Emphat. ישתצון חַטָּאַיָא consumentur peccatores, Ps. 104. v. ult. Constr. ברי אין נשדלו לך חַטָּאֵי fili mi si seduxerint te peccatores, Pr. 1, 10. Item synecdochice *Satan*, sic dictus, quod sit peccator et alios peccare faciat: וחטאה קאים על ימיניה et peccator stabat ad dexteram ejus, Zach. 3, 1. heb. והשטן et Satan.

יַחֲטָא *idem*, Zach. 3, 2.

חִיטוּי Talm. *expiatio:* שני חטויין duae expiationes, Joma 61a.

Secundo חֲטָא *tenerum, molle, delicatum, esse: oblectare se, delicias agere*. In Gemara: אתה מתחטא לפני המקום ועושה לך רצונך כבן שהוא מתחטא על אביו ועושה לו רצונו tu delicias agis, sive oblectas te coram deo et facit tibi voluntatem tuam, sicut filius qui oblectat se coram patre suo et facit ipsi voluntatem ejus, Tan 19a. Ber. 19a. Gl. per מתנענע explicat, quod idem. Inde et in Aruch parvo notatur, significare ענוג *voluptatem, oblectationem*. In Ber. 57b. et Men. 66b. explicatur, *placide descendere, sensim se demittere*. Vide ibid. R. Salomon. in Ber. retinet propriam significationem; tu peccas, delinquis coram deo et tamen prae amore, quo te completcitur, facit quae cupis, sicut filius qui peccat etc. Atqui Targ. priorem significationem probat, ubi in hebraeo legitur, האיש הרך בך והענג vir mollis in te et delicatus, Deut. 28, 53. Targ. Jon. habet גברא דִמְחַטֵא בכון ודמפרנק vir qui oblectat se in vobis, tenere vivit et delicate agit. Sic et TgH. Et fem. דִמְחַטְיָיתָא quae tenera est, hebr. הרכה v. 56. in Jon. et TgH. דמחטיא.
Hinc et sequentia:

חֲטִיתָא *teneritudo, molli ties voluptuosa:* מן פרניקה ומן חֲטִיתָא prae voluptate et teneritudine, hebr. מהתענג ומרך ibid. in TgH. Sed Jon. ומן חִיטוּיָיא.

חֲטְיָא *tener, delicatulus:* ארום טליא חֲטְיָין quod pueri delicatuli sunt, heb. רכים Gen. 33, 13. in Jon. et Hier. Femin. plur. וחמיין בנתיהון יאתא חֲטְיָתָא מפרנקתא et vidimus filias ipsorum pulchras, teneras, delicatas, Num. 31, 50. in Tg. Jon.

חִטָּה *triticum*, vide infra in חנט.

חֲטַב[36] *decerpere, decidere, separare, seligere*, quasi cum חטף conveniens: vel *exaltare, efferre laudibus, magnificare*. Respondet hebr. האמיר, quod postrema hac significatione communiter exponunt: ית יי׳ חֲטַבְתְּ יומא דין dominum extulisti (vel decidisti, selegisti) hodie, ut sit tibi in deum: ויי חַטְבָךְ יומא דין et dominus extulit te hodie, ut sis ipsi in populum peculiarem, Deut. 26, 17. 18. R. Sal. in gl. talmudica Chag. 3a. האמרת exponit per שבחת *laudasti, laudibus extulisti*. In Commentariis in Deut. הבדלת *separasti, selegisti*, quamquam priorem hic praeferre videtur. Primam communiter interpretes sequuntur in verbo hebr. האמיר, cui dictum in Targum חטב hoc loco respondere. Mirum, quare Munsterus *diligere, amare*, exposuerit. B. Ar. in אמר tertio exponit per צייר *effigiare, figurare, figuris aliquid exornare, siculi fimbriae vestimentorum filis sericis, variis figuris et coloribus exornari solent.* Hinc חטובות אטון מצרים Prov. 7, 16. exponit quoque מצויירין בחוטי מצרים.

חֲטִיבָה *laus, exaltatio*. In Gem. dicto loco: vos constituistis me חטיבה אחת laudem unicam in mundo (dicendo: „quis sicut tu inter deos, o domine“, Ex. 15, 11.) et ego constituam vos laudem unicam in mundo (dicens „quis sicut populus tuus, sicut Israël, gens una in terra?“ II S. 7, 23.) Gl. superiorum verbum, שבח מיוחד *laudem singularem*.

חוּטְבָא *decisio, cogitatio decisa, decisum, decretum* : עברו חוּטְבֵיהוֹן חפורת לבא transierunt decisae cogitationes ipsorum fossam cordis, Ps. 73, 7. i. e. animi decreta et studia vana multiplicia cor ipsorum penitus compleverunt et operuerunt. Sic in Venetis. In hebr. עברו משכיות לבב transeunt, sive superant cogitationes animi. Regia habent עברו רוּטְבֵיהוֹן חפו על לוחי לבהון transeuntes rugae ipsorum operuerunt tabulas cordis ipsorum. Unde videtur in Venetis mendose esse חפורת, pro חפו ית.

חֲטַט *suere, assuere, consuere*, idem quod חוט, de

[36]) Arab. خطب *concionem* (chotbatan חטיבה) *habuit e suggesto*. Cf. Cast. Hept. p. 1196.

quo supra et חפר hebraice. Praet. וְחַטִּיטוּ לְהוֹן טַרְפֵי תְאֵינִין et consuerunt sibi folia ficus, Gen. 3, 8. Part. וַי עֲלֵיהוֹם עַל דִּמְחַטְּטָן רִקְעֵי חֲשׁוֹךְ vae illis qui consuunt pulvillos inopis, obscuri, Ez. 13, 18.

Secundo חטט Talmudicis *fodere, effodere, sculpere, exsculpere,* idem quod hebr. חקק: ut, החוטט בצינור qui effodit canalem, Mikv. c. 4. Defecte usurpatur in adagio veteri, כפא דחט נגרא בגוה נשרוף חרדלא cochleari, quod exsculpsit artifex, eodem aduret ipse (os suum) sinapi, Pes. 28a. Opifici saepe proprium opus damnosum est. Partic. החוטט בגדיש לעשות לו סוכה qui fodit in acervo (straminis, foeni, ramorum, aut similium rerum, excavando eas) ut faciat sibi tugurium, Suc. 15a. ההוא אמגושא דהוה חייט שכיבי iste magus qui erat effodiens mortuos, Bb. 58a. nempe ad detrahendum ipsis vestes. Ex Niphal נחטטה עיניה effossus est oculus ejus, Kid. 24b. Ex Pihel גיד הנשה מחטט אחריו post nervum luxationis fodit, h. e. fodiendo scrutatur et inquirit, Chol. 92b. קא מחטטי שכיבי effodiebant mortuos, Jeb. 63b. Item pro *emungere*: unde שמחטטין בו הפתילות quo emungunt ellychnia, Men. 107a. Item *scrabere, unguibus laniare, dilacerare, instar felium:* חטטה אותו כמניה dilaceravit eum sicut felis: תרנגולין שהיו מחטטין בחבל הדלי ונפסק ונשבר הדלי משלמין נזק שלם galli perfodientes funem situlae, ita ut rumpatur et situla frangatur, rependunt integrum damnum, Bk. 17b. Gl. מחטטין i. e. מנקרין בחרוטמיהן perfodientes rostris suis.

חטיטה *sculptura, fossio, scrutatio, expurgatio,* quae fit fodiendo, *excavatio.* Differt tamen a חפירה, quod est effossio, ut fit in terra: חטיטא אין חפירה לא expurgatio convenit, sive licita esto: effossio minime, Mk. 5a. Gl. explicat per נקייה: כלי מחוסר חטיטה vas quod destitutum est excavatione, quod non est excavatum, Chol. 25a.

חֲטָטִין *ulcera, fossulae, a scabie maligna erosae, scabies maligna capitis, porrigo:* אע"פי שיש לו חטטים בראשו etiamsi habuerit scabiem malignam in capite suo, Sab. 109b. אם היה חולה או שהיו לו חטטין בראשו סך כדרכו si aegrotaverit aut habuerit scabiem in capite suo, unget se pro more suo, Joma 77b. Sic in Tg.: אִין בַּחֲטָטֵי יְשׁוּי עֲלֵיהוֹן אִסְפְּלֵינְתָא si in scabie sive scabiosus disposuerit super eam emplastrum, Jobi, 30, 24. Amplius in Ber. 88. et Jalk. 45a. לא היו אומות העולם ראויים שיהיה בהם מעלה חטטים non sunt populi hujus mundi digni, ut in ipsis sit dignitas ulcerum malignorum, vel scabiei. Quare autem nonnunquam laborant ea? ne scil. opprimant Israëlem. Glossa שחין. Et s. 89. בשעה שהשנים רעות גופן של בריות מעלה חטטין quando anni mali sunt corpora hominum producunt scabiem, fiunt scabiosa.

חֲטִיטוֹם *clypeus,*[27] *scutum,* hebr. מגן. Ap. Tos. המוכר סוס וסייף וחטיטום במלחמה vendens equum, gladium et clypeum in bello, Bm. 58b. Legitur per Mem in fine, etsi alii per Samech notarint.

חיטין *dentes:* חיטין החיצונות dentes exteriores, Glossa השיניים, Jalkut Lev. 183a.

מַחַט *acus sartoria:* ut וירחיט רבתיה אודניה בְּמַחְטָא et assuet dominus ejus aurem dexteram ejus cum acu, Ex. 21, 6. in Jon. Deut. 15, 17. in Jon. Apud Tos.: מחט שניטל חידודה acus cujus cuspis ablatus est: מחט של סקיין acus saccorum, magna scil. eine Packnadel. Rabbini קשה רמה למת כמחט בבשר חי durus vel molestus est vermis mortuo, sicut acus in carne viva, Bech. 18b. קופא דמחטא foramen acus, Ber 55b. lin ult. vide hoc infra in קוף.

חטל חטלים *nom. propr. loci, ubi boni vini fuit copia.* In Aruch scribitur חטולים. Apud Tos. עטולים. In Mischnajoth nuperis הטולים, ubi sine dubio est ה loco ח. Verba textus sunt מאין היו מביאים ליין קרוחים ועטולין אלפא unde apportabant vinum? Karuchim et Hatulim, sunt primaria loca vini, Men. f. 86b.

חטם חוֹטֶם *nasus, nares, vultus,* heb. אף. Inde et *ira,* quod ejus indicium nares aut vultus sint. In Tg. או דלקי בְּחוֹטְמֵיהּ aut qui percussus est naribus suis, Lev. 21, 18 in Jon. hebr. או חרם. Apud Tos. נפסק עקבו ניטל חוטמו si ruptus fuerit calcaneus ejus (sc. calcei) et ablatus fuerit nasus ejus, Kil. c. 26. עקבו calx ejus, i. e. ea pars quae calcem tegit, vel ei adhaeret: חוטמו nasus ejus, i. e. ea pars calcei, quae est supra pedium versus tibiam.

חָטָם *annulus, circulus, qui dromatis naribus perforatis inditur, ut frenum ori equi.* In Mischna יוצא הגמל באפסר ונאקה בחטם egreditur camelus (in sabbatho sine ejus violatione) cum capistro et dromas femina cum annulo: Sab. c. 5. initio; nempe perforant nares ejus et imponunt illis annullum ferreum, cui alligatur funis, ut eo ducatur et gubenetur. Alii per Nun, חוטמן, sed apud Hebraeos non reperi.

חטף *diripere, praedari, rapere, auferre:* Praeter. וְחַטְפוּהָא מִנֵּיהּ et rapuerunt illud ab ipso, I R. 20, 33. חַטְפִין בְּאוֹרָיְתִי rapiunt legem meam, hebr. חמסו violenter diripiunt, Ez. 22, 26. Fut. תַּחְטְפוּן לְכוֹן rapietis vobis, Jud. 11, 21. hebr. וחטפתם. Ti. חוטפין מצות בלילי פסחים auferunt panes infermentatos in nocte paschatis propter infantes, ne dormiant, Pes. 109a. Vide glossatores.

חֲטוּפָה *raptum, subitaneum, momentaneum:* שמא ימות מיתה חטופה ne moriatur morte subitanea, Ri.

חֲטוּפָא, חֲטוֹף *injuria, vis, violentia, rapina:* למיתי חטוף ut veniat, h. e. redeat injuria, Jud. 9, 24. hebr. חמס, pro quo saepius usurpatur. Nomen est ex Infinitivo factum. Pl. ואתמליאת ארעא חֲטוּפִין et repleta fuit terra violentiis, Gen. 6, 11. על חטופין propter rapinas violentas, Abac. 1, 2. בזוזין וחטופין praedae et rapinae, ibid. v. 3. וחמרא דְחַטּוּפַיָּא שתין et vinum rapinarum bibunt, Pr. 4, 17. מגבר חטופין תנטור יתי a viro rapinarum custodias me, Psalm 140, 2.

[27]) De forma excavata quasi *effossa* dictus.

חֲטָפָא *idem:* Jes. 60, 18.

חָטוֹפָא *raptor:* Pl. ואם חָטוֹפִין כקטופין אתו עלך num raptores tamquam vindemiatores venerunt ad te? Obad. 5.

חָטֵף *rapiens:* חָטוּף *raptum.* Hinc apud Grammaticos nomina vocalium חטף פתח rapiens Pathach, i. e. Scheva celeriter in pronunciatione rapiens vocalem Pathach, h. e. eam corripiens et ex brevi brevissimam faciens. Sic Chatephsaegol, Chatephkametz quae חטפים rapientes sive raptae, i. e. correptae et brevissimae in universum vocantur. קמץ חטוף Kametz raptum i. e. correptum, nempe Kametz longum in breve conversum, dicitur vocalis O brevis.

חָטְפָנִין *raptores, praedones,* ap. Ros., R. Sal. Gen. 49, 27.

חֲטִיפָא *rasio, abrasio, rasura:* כלי מתכות המחוסר חטיפה vas fusile deficiens rasura, quod adhuc rude est, a quo asperitas nondum abrasa. Id censetur immundum. Primae hujus rasurae perfectio dicitur לטישא *expolitio:* Kel. c. 14. initio. Hinc est, quod alii perperam חטפא explicarunt, *eradere, limare, polire.*

חַטְפִיתָא[38] *noctua,* hebr. תחמס, Lev. 11, 16. Nomen est avis rapacis, *harpyja,* in Targ. Jon. At in TgH. חֲטִיפִיתָא.

מַחְטְפִין *strigiles: pectines:* מחטפין דדהבא pectines aurei, Esth. 6, 11. in Tg. sec.

חֲטַר[39] *sepire, circumsepire, sepem* vel *sepe obducere.* Praet. אסרטי חֲטַר stratam sive semitam meam obsepsit, hebr. גדר, Job. 19, 8.

חֲטַר, חוּטָ־ *sepes, septum, sepimentum ovium, ovile, caula.* Hebr. גדר. Pl. וְחוּטְרִין דעאן et caulae ovium, Sophon. 2, 6. Sic חֲטְרִין דעאן, Jer. 33, 12. et Num. 32, 16. וחטרין לענכון et caulas ovibus vestris, Num. 32, 24. Usus ejus est ap. Tos. in eleganti adagio, quod vide in בב.

Secundo חוטר, חוטרא *virga, baculus, fustis* סב מנהון חטרא חטרא accipe ab eis virgas singulas, Num. 17, 12. תכתוב על חֲטְרֵיהּ scribes supra virgam ejus, ibid. Pl. חרי עשׂ־ חֻטְרִין duodecim virgas, ibid. ואפק ית כל חֻטְרַיָּא et protulit omnes virgas, ibid. v. 9. heb. מטה. Cum aff. בְּחֻטְרֵיהוֹן virgis suis, Num. 21, 19. Usus ejus est in proverbio antiquo, זרוק חוטרא לאוירא אעיקריה קאים projice virgam in aerem super radicem suam consistet, in Ber. s. 86. Legitur etiam apud R. Sal. Gen. 21, 21. In Br. legitur נפיק pro קאים: sed puto mendose pro נפיל. Virga in aerem projecta, recidit in radicem suam, i. e. partem graviorem, unde excrevit. Quod enim gravius, naturaliter deorsum fertur. Sic homo semper fertur eo, quo natura ducit. Quae a natura alicui impressa, non facile mutantur, multo minus exuuntur. Horatius in id dixit: Naturam expellas furca, tamen usque recurret. Germani Art lässet von Art nicht. Invita ea quae fiunt, raro prospera sunt. Seneca ait in lib. de Tranq. c. 7.: eo inclinandum, quo te vis ingenii defert. Et mox: male respondent coacta ingenia. Reluctante natura irritus labor est. Inde et illud: ne quid invita Minerva: כחוטרא דסמיותא sicut baculus caecorum, quae palpare vel viam explorare solent, Bk. 31b.

חוּטְרָא רָעְיָא *virga pastoris, herba.* Sic autem vocatur *dipsacus.* In Misna appellatur אבוב רועה: in Gem. explicatur הוטריא, i. e. חוטרא יחידאה *virga solitaria,* quae ramulis destituta est, Sab. f. 109b. Arab. אלראעי.

חֲטַר, חֲטַר *baculare, baculo percutere:* בלועא דחמרא חטרתיה maxilla asini percussi ipsum quasi dicas, baculavi, Sab. 67a. Aliter: חזינא להו לספרי דווקני דבי רב דחטרי להו לגגיה דחית ותלו ליה לכרעיה דהי vidi in correctissimis libris domus Raf, quod gibbosum faciant tectum literae Cheth et suspendant pedem literae He, Men. 29b. „Gibbosum faciant", i e. in medio tecti seu lineae transversae literae Cheth altididudinem instar tuberculi vel gibbi camelorum faciant. „Suspendunt pedem literae He", sinistrum scil., qui in aere q. pendet neque tectum contingit, ut in Cheth. Alii aliter explicant; חטרי erigunt instar baculi, i. e. pedem sinistrum erigunt, ut tectum ejus contingat.

חוּטְרָנָא *maculosus, maculis respersus instar pardi:* דבר אחר חוטרנא porcus maculosus, Sab. 110b. Gl. חוטראנא, i. e. חזיר טלוא. Quidam exponunt *porcum gibbosum,* ex sensu qui mox sequitur.

חֲטֶרֶת, חֲטָרָת *gibbus, quasi tumor* aut *elatio,* ex significatione syr.: עור חטרת של גמל pellis gibbi cameli, Chol. 122a. in Misna.: בעלי חטרות gibbosi, Bech. 43a. הקשור בזנבו או בחוטרתו alligatum ad caudam ejus et gibbum ejus, Sab. 54a. Hinc apparet Tos. per Cholem aut Chatephkametz aut Kibbutz ab initio efferre. In Tg. על חֲטוּרִית גמלין super gibbum camelorum, Jes. 30, 6. hebr. דבשת. Veneta legunt חֲטוּרִיאַת quod esset *gibbositas.* Porro in Mischnajoth novis legitur per geminatum ט, חטוטרת et forma masculina חטוטרי; apud Eliam et חטוטרות. Sic etiam legitur Jes. 30, 6. in R. Dav. et R. Sal.

חֲיָא חָיָה *vivere, reviviscere, revalescere.* Praeter. וַחֲיָא אדם et vixit homo, Gen. 5, 3. וחיו et vixerunt, Ez. 37, 10. Infin. מֵחָא תחי vivendo vivat, 2 Reg. 8, 10. Cum Kametz מִחָא Ez. 33, 15. 16. Imp. נטר פקודי וַחְיָה observa praecepta mea et vive, Pr. 4, 4. Pl. וְחִיוּ et vivite, Pr. 9, 6. Fut. אם אֶחֵי מטרעי דין an revicturus sum ex mea infirmitate hac? IIR. 1, 2. הַאֶחֵי an reviviscam? IIB. 8, 8. טב דאמות מדאחי melius est, ut moriar, quam ut vivam, Jon. 4, 8. ותיחי et vives, Gen. 20, 7. בדיל דתחי ut vivas, Deut. 16, 20. ודסני מוהביתא דמגן יחי et qui odio habet dona, vivet. Pr. 15, 27. ונחי et vivemus, IIR. 7, 4. ונחי ולא נמות et vivemus et non moriemur, Gen. 42, 2. בדיל דתחון ut vivatis, Deut. 4, 1. דברביא יְחוֹן

[38]) Arab. خطاف chottaph *hirundo* a volatus rapiditate sic dicta.

[39]) Arab. حظر *prohibuit, seclusit, cohibuit caulis* greges. Cf. hebr. verb. עצר et nom. חצר.

principes vivent, Jos. 9, 21. וְיֵחוּן et vivant, Ez. 37, 9. היחון גרמיא האלין an vivent ossa ista? Ez. 37, 13. Ex. Pah. Fut. נפש רשיעא לא יְחַיֵּי et animam impii non vivificabit, Ps. 22, 30. אם יְחַיְּנָנָא si vivere sinant nos, IIR. 7, 4. Aphel: אַחֵי *in vita conservare, vivificare, ad vitam resuscitare.* Praet. דְאַחֵי ית ברה cujus vivificarat filium, IIR. 8, 1. אחייתא רוחי vivificasti spiritum meum, Jes. 38, 16. ואחיתני et vivificasti me, ibid. Part. הוה מַחֵא erat vivificans, pro מַחְיֵא, Dan. 5, 19. Inf. ואמר לְאַחָאָה et dixit ad vivificandum, IS. 1, 6. על כל מיתיא אמרתא לְאַחְיָאָה ad omnes mortuos dixisti ad vivificandum, h. e. te vivificaturum, Jes. 38, 16. ומלי חבלא לאחאה et plenum funem ad conservandum in vita, IIS. 8, 1. Fut. ובאחיות מיתיא אַחֵינָךְ et in resuscitatione mortuorum vivificabo te, Zach. 3, 7. Ap. Tos. עד שתחיה המכה donec curetur, sanetur plaga, Nid. 64.

חַי, חַיָּא *vivens, vivum, integrum, incolume:* ית כל ריחשא כל דחי omne, quod vivens est, Gen. 8, 21. דהוא חי omne reptile, quod vivens est, Gen. 9, 3. ולחי עלמא et viventem in saecula laudavi, Dan. 4, 31. דין ברי חיא hic est filius meus vivens, IR. 3, 23. בסרא חיא caro viva, Lev. 3, 3. Item *vivum,* i. e. *crudum:* כד חי quando crudum est, Ex. 12, 9. IS. 2, 15. Ap. Tos. קדירא חייתא olla crudarum (carnium sc.), Sab. 18b. תבשיל חי coctile crudum, יין חי vinum vivum, i. e. purum, sine aqua, non dilutum. Pl. חַיֵּי חַיִּין viventes, viva, ut hebr.: טיפי מין חיין stillae aquarum viventium, Ps. 36, 10. ויחתון כד חיין לשאול et descendent vivi in sepulchrum, Numer. 16, 30. Emph. מן כל חַיַּיָּא prae omnibus viventibus, Dan. 2, 30. בין מתיא ובין חייא inter vivos et inter mortuos, Num. 17, 13. Fem. נפשא חַיְתָא anima vivens, Gen. 1. Pl. ארום חיין אנון quia vivaces sunt, Ex. 1, 19. in TgH.

חַיִּין, חַיִּים *vita,* substantive. Const. נשמתא דְחַיֵּי animam vitae, Gen. 2, 7. רוחא דחיי spiritus vitae, Gen. 6, 17. אורחא דחיי viam vitae, Ps. 16, 11. מותא וחיי mors et vita, Pr. 18, 21. ותתרעי בחיי et eliges vitam, Deut. 30, 19. ויחי בהון בחיי עלמא et vivet per ea in vita aeterna, Ez. 20, 11. Lev. 18, 5. דחלתיה דיי לחיי timor domini est ad vitam, Pr. 19, 23. מן חיי prae vita, Ps. 63, 4. Cum aff. מן אנא ומן חַיַּי quis ego et quae vita mea? IS. 18, 18. כמא יומי שני חיי quot sunt dies annorum vitae meae? IIS. 19, 35. כל יומי חינא omnibus diebus vitae nostrae, Jes. 38, 20. כל יומי חייך omnibus diebus vitae tuae, Gen. 3, 14. חייכי vitam tuam, Ps. 103, 4. ארי הוא חייכן quia est vita vestra, Deut. 32, 47. שני חיוהי anni vitae ejus, Gen. 47, 28. ואמררו ית חייהון et amaram reddiderunt vitam ipsorum, Ex. 1, 14.

Ri. חיי העולם הזה vita mundi hujus: חיי העולם הבא vita mundi futuri, quae in Tg. simpliciter dicitur חיי עלמא, Lev. 18, 5. ut syr. חיי דלעלם, Matth. 19, 16. ג׳ חייהם אינם חיים המצפה לשלחן חברו ומי שאשתו מושלת עליו ומי שיסורין מושלין בגופו tres sunt, quorum vita non est vita: ejus, qui speculatur ad mensam socii sui, in quem dominium obtinet uxor et in cujus corpus dominantur castigationes. חַיֶּיךָ per vitam tuam, ut vivis, quam certo vivis. בחיי עצמיכם per vitam vestram. בחיי per vitam meam: asseverandi et jurandi formae: בחייך ובחיי ראשך per vitam tuam et per vitam capitis tui: כי מיפטרי רבנן מהדדי בפומבדיתא אמרי הכי מחייה חיים יתן לך חיים ארוכין וטובים ומתוקנין quando discedebant doctores Pombeditani a se invicem, valedicebant sibi sic: vivificans vivos det tibi vitam longam, bonam et bene dispositam, Jom. 71a. לחיים טובים ad vitam bonam. Sic respondere solent propinanti, h. e. sit saluti, proficiat, prosit. Propinans fere simpliciter dicere solet לחייב salus, salutem. בעלי חיים habentia vitam, animantia, animalia vita praedita: בעלי חיים המדברים animantia rationalia, בלתי המדברים irrationalia: הקורא לחבירו עבד יהי בנדוי ממזר סופגין את הארבעים qui vocaverit fratrem suum servum, is erit in excommunicatione; si spurium, vapulabit 40. plagis. רשע יורדין עמו לחייו, si improbum, descendunt cum eo in vitam ejus, Kid. 28a. Sententiam similis ei, quae legitur Matth. 5, 22. Phrasin autem hanc „descendere cum aliquo in vitam ejus" exponunt, למעט פרנסתו ולירד לאומנותו diminuere sustentationem ejus et descendere in opificium ejus, h. e. idem opificium, eandem negociationem instituere et exercere, atque ita detrimentum in victu acquirendo ipsi inferre. Vide et Bm. 71a. Ktb. 50a. Joma 75a. Sic sumitur pro *alimentis* sive *mediis* et *artibus, quibus vita sustentatur.*

· חַיְתָא, חַיָּא *fera, bestia.* חיתא בישתא fera mala, Gen. 37, 20. דיצוד צידא חיתא qui venatus fuerit venationem ferae, Aev. 17, 13. Constr. ית חֵיַת ארעא bestiam terrae, Gen. 1, 25. Item *coetus,* unde plur. ולחיתא דפלכיא et coetibus provinciarum, Esth. 9, 27. Ri. dicunt pluraliter חַיוֹת: unde חיות מזיקות, animalia laedentia. h. e. fera: שאינן מזיקות quae non laedunt, mansueta: כל מיני חיות יפים לחלום חוץ מן הפיל omnes species animalium pulchrae sunt in somno, excepto elephante.

חֵיוָא, חֵיוְתָא *bestia.* דנהם ותבר גרמי חיותא qui rugit et confringit ossa bestiae alicujus, Jes. 38, 13. Constr. כל חֵיוַת חורשא omnis bestia silvae, Ps. 50, 10. וחיות ארעא et bestiam terrae, Gen. 1, 24. Plur. חֵיוָן רברבן bestiae magnae, Dan. 7, 3. Emph. מן כל חֵיוָתָא ab omnibus bestiis, Dan. 7, 7. Constr. וכל חֵיוַת ברא et omnes bestiae agri, Job. 40, 15. Joël. 1, 20.

חֵיוְתָא *idem.* דתליש מן חיותא חיא quae avulsa est a bestia vivente, Gen. 9, 4. in Jon.

חַיְתָא, חַיָּה, חַיָּא *obstetrix;* dicta, quod vivere facit, dum infantem ex utero in vitam hanc temporalem educit: *puerpera.* ואמרת לה חיתא et dixit ipsi obstetrix, Gen. 35, 17. Pl. לְחַיָּתָא יהודיתא ad obstetrices judaias, Ex. 1, 15. V. aliam significationem infra in חית. Pro puerpera v. in Joma c. 8. in Misna, ubi in Gl. Barten. exponitur יולדת. V. et MK. c. 2, 2.

חַיוּת, חֲיוּת *animalitas, animalis ratio, vivacitas, vita.* Ri. בלב תלוי חיות האדם in corde sita est viva-

citas hominis. מחיותיה דשה a vivacitate vel vita pecudis. Gl. בעודו בחיים dum adhuc vivit, Pes. 89a.

חַיּוּנִי *animalis, vitalis.* כוח חיוני facultas vitalis. כחות חיוניות vires, facultates animales: גוף הנעדר רוח חיוני corpus destitutum spiritu vitali, i. e. cadaver.

אֲחָיוּת *vivificatio, resuscitatio a morte in vitam.* ביום אחיות מיתיא in die resuscitationis mortuorum, Hos. 6, 2. Zach. 3, 2.

תְּחִיוּתָא *idem,* מטרין דתחיותא pluvias vivificationis, Ps. 68, 10.

תְּחִיָּה ἀναβίωσις, *revivificatio, resuscitatio ad vitam, quae fiet in judicio illo.* תחיית המתים resuscitatio, resurrectio mortuorum. Vide librum עיקרים Orat. 4. c. 35. Afkas rochel lib. 2, c. 4. Hanc qui negat, nullam habet partem in saeculo venturo. Sanh. perek chelek. Quidam distinguunt inter תחיה et תקומה resurrectio, quasi revivificatio sit piorum ad vitam aeternam: resurrectio, improborum, ad judicium gehennae. Sed non est firma neque perpetua ista distinctio. In TgH. וכפר בתחית מיתיא et negavit resurrectionem mortuorum, de Esavo, Gen. 25, 34. עד זמן דתיתי תחייה דיחון מתיא usque ad tempus resurrectionis, quo reviviscent mortui, Gen. 19, 26. in TgH. de uxore Lothi in statuam salis conversa.

חָיֵב, חָיָב vide in חוב.

חִידָא חיר *galea, cassis.* Esth. 8, 15. Persicum.

חָיַט vide חוט.

חֵיךְ vide חוך.

חָיֵל *roborare, confortare, confirmare; item militare, militiam, s. ministerium obire.* Praet. דְּחַיֵּלְתְּ לָךְ quem confirmasti tibi, Ps. 80, 16. 18. Inf. לְחַיָּלָא חילא ad militandum militiam, i. e. obeundum ministerium suum, Num. 4, 23. hebr. לצבא צבא. Futur. אֲחַיֵּלְנְכוֹן במו פומי confortabo vos ore meo, Job. 16, 5. תְּחַיֵּל confortabas, Job. 4, 4. אדרעי תְּחַיְּלִנֵּיהּ brachium meum confortabit eum, Ps. 89, 22. Ithpah. אִתְחַיַּל *militare, militiam instruere, turmatim concurrere; item roborari, invalescere.* ואתחילו על מדין et militiam instruxerunt contra Midian, Num. 31, 7. ארום אתחילו מני quia robustiores sunt prae me, Ps. 142, 7. כמא אתחילו רבניהון quam robusti sunt principes ipsorum, Ps. 139, 17. וְאִתְחַיַּלְנָא et corroboramus, valide consistimus. hebr. ונתעודד Ps. 20, 9. Part. מִתְחַיְלִן בניהון confortantur, fortes, robusti sunt filii ipsorum, Job. 39, 4. מתחילין גבי militant apud me, Jobi 10, 17. Infin. יוסף לְאִתְחַיָּלָא perget roborare se, Jobi 17, 19. in Regiis. Imper. אתוקף וְאִתְחַיַּל fortis esto et confirmare, Deut. 31, 23. in Jon. Fut. עליהון יִתְחַיַּל תלגא super eos roborabit se, invalescet nix, Job. 6, 16. אֶתְחַיַּל roborabo me in castris justorum, Ps. 42, 5.

חֵיל, חֵילָא *vis, virtus, robur, fortitudo; militia, exercitus.* מזרזי חילא accincti ad militiam, Num. 31, 5. גבריין דחילא viri strenui, Gen. 47, 6. Ex. 18, 21. וכל גברי חילא et omnes potentes robore, Jos. 10, 7. וזרזת לי חילא et accinxisti me robore, Ps. 18, 40. Constr. חֵיל עובדוי potentiam operum suorum, Ps. 111, 6. Cum aff. חֵילִי ותקוף ידי potentia mea et fortitudo manus meae, Deut. 8, 17. ויעדי מני חילי et recedet a me vis mea, כוחי hebr. Jud. 16, 17. בחילי רבא virtute mea magna, Jer. 27, 5. כחילי דבכן וכן חילי דכען sicut vires meae tunc, sic vires meae nunc, Jos. 14, 11. דלא נשבעון נוכראי חילך ne saturentur alieni virtute tua, i. e. facultatibus virtute tua, robore tuo partis, Pr. 5, 10. לא תתן לנשי חילך ne des mulieribus robur tuum, Pr. 31, 3. יהי שלם בחילך sit pax in munitione tua vel exercitu tuo, Ps. 122, 7. במה חיליה סני in quo robur ejus tantum consistat, Jud. 16, 5. בסגעי חיליה multitudine roboris sui, כח hebr. Ps. 33, 16. Plur. masc. כל חֵילֵי שמיא omnes virtutes, potestates coelorum, IR. 22, 19. וכל חיליהון et omnes exercitus ipsorum, Gen. 2, 1. Ps. 68, 10. Fem. יי מרי חֲלָוָתָא Jehova dominus exercituum, IR. 15, 20. לתרין רבני חילותא duobus ducibus exercitus, IIR. 2, 5. Cum aff. פרעה וְחֵלְוָתוֹהִי Pharao et exercitus ejus, Cant. 1, 9. בסגעי חֵילְוָתֵיהּ multitudine exercitus sui, Ps. 33, 16. Vide quoque infra in חל.

Deinde חֵיל *antemurale* vel *intermurale.* בשבתות ובימים טובים יושבין בחיל diebus Sabbati et festis sedent (senatores) in intermurali, Sanh. 88b. שנייה בחיל secunda turma stat in antemurali, Pes. 64b. החיל מקודש ממנו שאין גוים וטמאים נכנסין לשם antemurale sanctificatum est, quia gentes et immundi non ingrediuntur illud, Kel. c. 1. B. Ar. scribit esse *locum muro cinctum inter montem domus et atrium mulierum.*

חֵילוּת *exercitus:* לחילות רבא דישראל exercitui magno Israelis, Ps. 68, 12. Ab hac forma possit esse praecedens forma fem. numeri pl. in וָן.

חַיָּלוּת *militia, exercitus, turma,* ap. Ros.

אִתְחַיָּלוּתָא *robur, fortitudo.* יוסיף אתחילותא addet fortitudinem, Job. 17, 9.

מחיילא *copia, onus, fasciculus.* חרא מחיילא דמיטקסין fasciculum serici, gl. משא, *onus,* Br. s. 77. Ego dubito, an recte.

חִילָא *acetum.* Vide infra in חלא.

חִילָא, חֵילְתָא *vallis.* וחילתא בינוהי et vallis est inter eam et inter Haj, Jos. 8, 11. וקבר יתיה בחילתא et sepelivit eum in valle, Deut. 14, 16. חילא שמינא vallis pinguis, Jes. 28, 1. Pl. וּלְחֵילַיָּא et vallibus, Ez. 6, 3. ובחילוהי et in valles ejus, Ez. 35, 7.

חִין חִינָא ch. *sinus:* usurpatur pro heb. חיק. Ut: בְּחִינָךְ in sinum tuum, hebr. בחיקך, II S. 12, 8.; ibid. v. 3. hebr. vox in Tg. usurpatur, quod Elias putat vitiose fieri. Interpres latinus in Tg. perperam reddit: *concubinas tuas.* ובחיניה מסובר רכיכין et in sinu suo portat infirmos, Jes. 40, 11. ונסביה מחינה et accepit eum de sinu ejus, I R. 17, 19.

חִין *consonantia, melodia.* Munsterus.

חים Vide supra in חום, in חים.

חִיסָא *exstinctio.* ומן חיסא דרשיעי et ab exstinctione impiorum, hebr. ומשאת, Pr. 3, 25. Ita exponit Pagninus in Thesauro, in rad. שאה. Expositio-

nem hanc firmat David de Pomis, qui in Lex. suo ponit חים[40] *exstinguere*, et autoritatis loco adducit duo loca ex Tg. sc. Jer. 4, 4. et 21, 4. ubi verbum חָיֵם vel חָיֵם respondet hebr. מְכַבֶּה *exstinguens*. Sic et Jes. 1, 31. Jer. 7, 20. sed in his locis metaphorice usurpatur de ira divina, unde חים propriam significationem suam in illis locis obtinere videtur, *misereri, propitium, clementem esse, parcere*, ac proinde nihil faciunt haec loca ad confirmandum, quod חים significet *exstinguere*. Quando enim כבה in propria sua significatione usurpatur, tum semper per טפי a Paraphrastis redditur. Vox videtur esse prava et corrupta in Tg. in loco Pr. 3, aut si proba est, tum Paraphrastes pro וּמַשְׂאֵת legit וּמְשָׂאת et a condonatione, clementia, misericordia etc. Guido monet, in Complutensibus legi וחיפא, quam vocem vide infra in חפף.

חֵיפָא חיף vide in חפף.

חֵיץ חָיִץ, מְחִיצָה, הֵיצָאִית vide in חוץ.

חֵיק *sinus*, ut hebr. Aff. וּבְחֵיקֵיהּ שכבא et in sinu ejus recumbebat, II S. 12, 3. Ap. Tos. היום יושב בחיקו של אברהם hodie sedet in sinu Abrahae, Kid. 72b., quod quidam explicant, מת *mortuus est*. Similis phrasis Luc. 16, 23. Affinem v. in גנא.

חייש *perdere, urere*. Guido ex Zohar.

חִישְׁתָא ,חִישָׁא inde et mons domus sanctuarii erit לְחִישַׁת חורשא Jer. 26, 18. et Mich. 3, 12. Mercerus deducit a rad. חשא et exponit: In *silentia* silvae, quod editioribus silvarum locis altum soleat esse silentium. Sic etiam exponit Tremellius: in *silentem* silvam. V. etiam in חרש supra.

חַיִת *nom. pr. urbis*, quae hebr. vocatur עָר, Num. 21, 15.

חַיְתָא .T. *saccus*,[41] *sacculus*. דאייתי חייתא דתפילי לקמיה דאביי quae attulit sacculum, in quo Tephillin erant coram Abhaj, Git. 45b. Gl. שק קטון. Alibi. חייתא דקטורי saccus ligatus, clausus, Ktb. 93a. חייתא דמתנח ביה מוחא sacculus, in quo repositum est cerebrum, Chol. 45a. B. Ar. exponit נוד, *uter*.

חֲכֵי ,חכה vide in seq. rad. in חכה.

חָכַךְ primo *figere, infigere*. Hinc:

חַכָּה *hamus*, a figendo: רמן בנהרא חַכְּתָא projicientes in flumen hamum, Jes. 19, 8. בחכתא hamo, Job. 40, 20. דאחיד נונא בחכתא qui capit piscem hamo, Habac. 1. 15. Ap. Tos., in Sanh. 81b. Sicut pisces, qui capiuntur במצודה רעה Eccl. 9, 12. Quid est מצודה רעה? חכה hamus. Hinc etiam formatur ap. Tos. verbum:

טסק טַסְקָא *saccus, sacculus, pera*: Italice *tascha*: מלא טסקא דקשבא sacculus plenus dactylis: מלא טסקא דזנגבילא sacculus plenus gingibere, Meg. 7b. טסקא דאכלא ביה תמרי pera ex qua comedit dactylos, Git. 78. B. Ar. exponit קלתא *calathum, quasillum*.

Secundo *tributum agrorum*[61]: טס הקרקע Bodenzins: ארעא לטסקא משעבדא terra tributo subjecta: מאן דיהיב טסקא ליכול ארעא qui dat tributum, occupabit agrum, Bm. 73b. לא הוו יהבי טסקא למלכא non dederunt tributum regi, Bb. 54a. Ibidem opponitur ei כרגא tributum personale in capita singula.

טַסְקִינָא *nomen spiritus impuri*: Guido ex Zohar.

טסר טסורא idem quod סנטור *custos urbis*, TH. Ketub. 34b. Sic in glossa. Forte thesaurarius, *thesauri custos*: אזלת ונסיבת לטסורא דקרתא abiit et nupsit thesaurario urbis.

טְעָה *errare, aberrare*, hebr. טעה: Praet. טְעָא לִבְּהוֹן erravit cor eorum, Jes. 21, 41. מפקודך לא טעיתי a praeceptis tuis non aberro, Ps. 119, 110. טעו במדברא oberrarunt in deserto, Ps. 107, 4. טעו דינהא errarunt judices ejus, Jes. 28, 7. טעו מבתר פולחני errarunt Israelitae a cultu meo, diverterunt, Hos. 8, 5. Part. והא טָעֵי בחקלא et ecce errabat in agro, Gen. 33, 15. כמא דטעי רויא sicut errat ebrius, Jes. 19, 14. Infin. בְּמִטְעֵי בני ישראל in errando, cum errarent filii Israel, Ez. 44, 15. Et aliter בְּמִטְעוֹת, Ez.

---


[57]) Cf. ann. nost. 91m et 92m supra p. 38.

[58]) Syr. ܛܢܦ *iniquinatus, pollutus est*.

[59]) Idem quod chald. טור, hebr. צור inserto נ.

[60]) Syr. ܛܣܐ pers. تشت ar. طست vel طس. germ. Tasse. Mussafia. vocem gr. habet τασις. Prave. Est vocabulum merum semiticum.

[61]) Vocem טסקא quidem nonnulli transpositionem litterarum habent vocabuli lat. taxo(?).



48, 11. Fut. ולא תִטְעֵי מנימוסא דאמך neque erres a lege matris tuae, Pr. 1, 8. et 6, 20. ולא חטעי בשבילהא neque erres in semitis ejus, Pr. 7, 25. ארי יטעי cum erraverit, Ez. 14, 9. לא יטעון non errabunt, Jes. 35, 8. Aphel אַטְעֵה *errare fecit, seduxit, in errorem abduxit, vel induxit.* Praet. cum aff. וְאַטְעְיָתֵיה בסגיא דמלהא et seduxit eum multitudine verborum suorum, Pr. 7, 21. ורוח דטעו אַטְעִיָתִנּוּן et spiritus fornicationis seduxit eos, Hos. 4, 12. אנא יי אַטְעֵיתִי ego dominus seduxi Prophetam illum, Ez. 14, 9. וְאַטְעִיוּ ית מצראי et seduxerunt Aegyptios, Jes. 19, 13. אַטְעִיוּךְ seducunt te, Jes. 3. 12. וְאַטְעִיאוּנוּן et seduxerunt eos, Amos 2, 4. וְאַטְעִיאָה נשוהי et inclinarunt, seduxerunt uxores ejus cor ejus, IR. 11, 3. 4. אטעיתון seduxistis, Jer 42, 20. Part. וּמַטְעֵי ית לבהון et in errorem compellit corda ipsorum, Hos. 4, 11. Plur. מַטְעַן seducentes, Jes. 9, 16. Sic Mich. 3, 5. Infin. כד בעו לְאַטְעָאָה cum quaererent seducere me, Gen. 20, 13. in Jon. Cum aff. אתא לְאַטְעֵיוּתָךְ ad seducendum te venit, IIS. 3, 25. Fut. מן יַטְעֵי ית אחאב quis seducet Achabum? IR. 22, 20. אנא אַטְעֲנֵיה ego seducam eum, v. 21. ואמר תַּטְעֵי et dixit, seducito, v. 22. לא יטעי בעל דבבא ביה non seducet inimicus eum, Ps. 89, 23. ליט דיטעי עוירא maledictus qui seducit caecum, Deut. 27, 18. דלמא יטעון ית לבכון ne seducant cor vestrum, hebr. יטו, IR. 11, 2. Ex Ithpehal וחסודיה לא מִטְעֵי et opprobrium ejus non abducitur, non recedit, hebr. לא תמחה Pr. 6, 33. vel est ex tertio significato, *non datur ablivioni.*

Secundo טְעָה *scortari, fornicari* et sic hebr. זנה quandoque respondet, *tam ad corporalem, quam ad spiritualem scortationem cum idolis,* denotandam. Praet. טְעַת כנשתהון fornicata est synagoga ipsorum, Hos. 2, 5. טְעֵיתוּן מבתר פולחנא fornicati estis vel errastis post cultum Dei vestri, heb. זנית, Hos. 9, 1. ואת טעית et tu scortata es, Jer. 3, 1. וטעית בתר בני אתור et fornicata es post filios Assur, וטעית בהון et scortata es cum illis, Ez. 16. 28. וטעו בתר בעליא et scortati sunt post Baalim, Jud. 8, 33. דטעא בתר טעוותהון qui scortantur post idola ipsorum, heb. הזנות, Ez. 6, 9. וטעאה במצרים et scortatae sunt in Aegypto, Ez. 23, 3. Part. כל דְטָעֵה מן בתר דחלתך quicunque fornicatur a sequendo cultum tuum, Ps. 73, 27. heb. זונה. Hae tamen et similes phrases possunt referri ad primam significationem: Sic דאנון טָעַן בתריהון post quos fornicantur, hebr. זונים Lev. 17, 7. Infin. מִטְעָא יטען דירי ארעא fornicando fornicantur habitatores terrae, Hos. 1, 2. ושרי עמא לְמִטְעֵי et caepit populus scortari apud filias Moab, Num. 25, 1. Fut. דלא תִטְעֵי ארעא ut non scortetur terra, Lev. 19, 29. וְיִטְעֵן בנתהון et scortabuntur filiae ipsorum, Exo. 34, 16. Aphel Infin. לְאַטְעָיוּתָהּ ad scortari faciendum illam, Lev. 19, 29. Prostituendo eam: Fut. וְיַטְעֵן ית בנך et scortari faciant filios tuos, Exo. 34, 16.

Tertio טעה *oblivisci, oblitum esse, latere,* Praet. וקימא דאלהא טְעַת et faederis Dei oblita est, Pr. 2, 17. heb. שכחה. Fut. וְתִטְעֵי הונך et obliviscaris rationis tuae, Pr. 31, 5. וְנִטְעוֹן מסכנותהון et obliviscentur paupertatis suae, heb. וישכח, Ibid. v. 7. וחסודיה לא מִטְעֵי et opprobrium ejus oblivioni non dabitur, Pr. 6, 33. Porro, qui obliviscitur alicujus rei, etiam eam deserit, unde et pro heb. נטש *deserere,* ponitur: ולא חטעי נימוסא דאמך et non deseras legem matris tuae, Pr. 1, 8. et 6, 20. Ex Aphel אַטְעֵי דינא desere litem, Prov. 17, 14. heb. נטוש.

טָעוּת, טָעוּ *error, erratum: idolum:* respondet etiam hebr. זנונים: ut, רוח דטעו spiritus erroris, fornicationis, idololatriae, Hos. 5, 4. Sic 4, 12. אין אורח דְטָעוּ בי sic via erroris est in me, Ps. 139, 24. juxta Regia: Veneta, דְטָעַן בי qui onustus sit mihi, onerosus, molestus: prave pro דְטָעַן. Heb. עצב. Ri. טעות הספר erratum libri, error typographicus: טעות סופר error scribae. Pl. לוח הטעיות index, catalogus erratorum. Porro usurpant hoc vocabulum etiam malitiose de Christo: לטעותם idolo suo, sc. Christo: לא בא אותו טעות non venit istud idolum nisi post 300. annos, R. Sal. Jes. 9, 6. in edit. Veneta, quae in Bas. mutata.

טוּעֵי *error, erratum, aberratio:* טועי דסכלי error stultorum, pro hebr. שַׁלְוַת tranquillitas, quae stultos errare facit. Pr. 1, 32. vel legit Paraphrastes שלות.

טעיי *erroneum, falsum:* טענה הטעייה argumentatio erronea.

טְעִיתָא *meretrix, scortum:* למהוי בטעיתא ut essent sicut scortum, Jes. 1. 21.

מַטְעֲיָא *idem:* אתתא מטעיא mulierem meretricem, Lev. 21, 7.

מַטְעִיתָא *idem:* האן מטעיתא ubi est meretrix illa? Gen. 38, 21. in Jon. לא הוא הכא מטעיתא non fuit hic scortum. Ibid. למחמי ית ערית מַטְעִיָתָא דארעא אתיתון ad conspiciendum nuditatem scortorum hujus terrae venistis, Gen. 42, 9. in Jon. Sic v. 12. מַטְעֲיַית ארעא.

טַעֲוָא *error: idolum,* sic dictum quod erronei cultus causa sit et in errorem inducat cultores suos. Pl. טַעֲוָן אתמליית ארעהון repleta est terra ipsorum idolis, Jes. 1, 8. עמא דְטַעֲוָתָא בלבהון הנון populus sunt, in quorum cordibus sunt errores, hebr. העי לבב Ps. 95, 10. לְמסגד לטעותא ut incurvarent se idolis. וית טעותהא מטעות אחתה et errores suos prae erroribus sororis suae, hebr. ואת תזנותיה et fornicationes suas, Ez. 23, 11. Sic vers. 8. 14. etc. פלחן טַעֲוָתְהָא cultum idolorum suorum, Hos. 2, 2. טַעֲוַת כספהון idola argentea sua, Jes. 2, 20. וחפלהון טעות עממיא et coletis idola gentium, Jos. 24, 20. פלחי טעוחא נוכראה colentes idola alienigenarum, לטעות הילוני idolis peregrinis, extraneis, Ps. 81, 10. Haec possint etiam esse a singulari forma טְעוּת quae format pluralem in ן.

מוּטְעֶה *errare factum:* ספר מוטעה liber erratis scatens, plenus erratis, Rab.

מַטְעָיָן *seductor, impostor.*

מַטְעִין *errare facientia, seducentia.* Masorethae usurpant de vocibus, quae seducere possint lectorem, ut putet eas aliter esse legendas, quod alibi

vel aliter reperiantur, vel quod sensus aliter postulare videatur. Vide Clavem nostram Masorethicam.

מַטְעָאָה *sophistica.*

מַטְעָיוּת *fallacia, deceptio, captio, elenchus*, ap. Logicos.

הַטְעָאָה *idem.* ספר ההטעאה liber de sophisticis elenchis.

טְעַם *gustare, degustare*, proprie *palato aut lingua, edere, comedere.* Praet. טַעֲמִית זעיר דבשא gustavi parum mellis, IS. 14, 29. ולא טְעִים לחמא et non gustavit (totus populus) panem, IS. 14, 24. Part. דלחמוהי בלחודוהי טָעֵם quia cibos suos solus comedit, Eccl. 5, 6. Infin. מִטְעַם טעמית gustando gustavi, IS. 24, 43. Fut. דִיטַעֲמוּן בדכותא מיכלהון ut comedant in munditie cibum suum, Lev. 11, 1. in Jon. ומורינא מיכל יטעם לה et palatum cibum gustat sibi, Jobi 12, 11. לא יטעמו מדעם non gustent quicquam, Jon. 3, 7. Pahel לך יְטַעֲמוּן tibi gustandum dabunt, Dan. 4, 22. יטעמונה gustandum dederunt ei, Dan. 5, 1. Aphel אַטְעֲמִנִי gustandum dato mihi, Gen. 24, 17. pro hebraeo הגמיאיני sorbendum dato mihi. Ap. Ros. כל הטועם ואינו מברך נקרא גזלן quicunque comedit sine gratiarum actione, vocatur praedator: spoliat deum bonis suis, juxta illud: „domini est terra et plenitudo ejus“, Ps. 24, 1. ראוי היה אדם הראשון שלא יטעום טעם מיתה dignus fuerat Adam primus, ut non gustaret mortem, Br. s. 9. Sic idem paulo post dicitur de piis. Sic locutus est Christus Matth. 16, 28. Marc. 9, 1. Luc. 9, 17. Apostolus ad Hebr. 2. 9.

טַעַם, טַעֲמָא, טְעֵם *gustus, sapor:* metaphorice *ratio, sensus, consilium, judicium, sententia, causa:* מן טעם אלה de ratione, sententia Dei, Esr. 6, 4. בעל טעם magister, praeses consilii, ibid. 4, 8. עד טעמא לדריוש יהך dum causa ad Darium perveniret, ibid. 5, 5. והוה טעמיה כטעים דליש במשחא et erat sapor ejus quasi sapor massae mixtae cum oleo, Num. 11, 8. וּטְעֵם סביא יסלק et rationem, judicium senum aufert, hebr. טַעַם Jobi 12, 20. שפיר טעם congruam rationem doce me, Ps. 119, 66. וסרי טעמא deflectens a ratione, carens ratione, mente, judicio, Prov. 11, 22. Pl. דבהון דגורין דגורין טַעֲמִין in quibus cumulate sunt rationes, Cant. 5, 11. מרבין דקדוקין וטעמין proferunt subtilitates, i. e. subtiles sensus et rationes, זלחן טעמון בכל סטר stillant rationes ex omni latere, Cant. 5, 13. Ap. Ros. מאן דאכיל קדירא ידע מה טעמה דתבשילין qui comedit ollam, (i. e. qui cibum ex olla degustat, ut coqui) novit quis sit gustus eduliorum, Jalkut 265a. Proverbialiter dictum de certitudine experientiae. מה טעם, Talm. מאי טעמא quae est ratio, qui sensus, quod judicium? טעם בלא טעם ratio absque sapore, insipida, infulsa. טעמי תורה rationes Legis. טעם דלי במי כסף טעם דלי במי פגם Git. 69a. Verba sunt magica, quae medicinae loco vel mussitantur, vel amuleto inscribuntur.

Deinde, טַעַם *accentus*, apud Grammaticos, sic dictus, quasi *sapor* et *gustus suavis*, tum dictionis, cujus legitimam pronunciationem denotat, cum sententiae, quam membris distinguit. Pl. טְעָמִים non טַעֲמִים, ut multi perperam inter Judaeos loquuntur.

מַטְעֲמָא *deliciae, cibus gustu suavis*, Hab. 1, 16.

טְעַן *onerare, onus imponere*, et intransitive *onustum esse, portare, bajulare, ferre, gestare:* Praeter. טְעַנוּ פרהון ferunt fructus suos, Joël. 2, 22. וטענו גבר על חמריה et onerarunt quisque super asinum suum, Gen. 44, 13. וטענו יתהון על צוריהון et gestarunt eos in collis suis, Thr. 5, 5. Part. טָעֵן יתנא onerans nos, Ps. 68, 20. אין אורח דְטָעִין בי an via onerosa sit mihi, hebr. עצב *doloris, molestiae*, Ps. 139, 24. Part. Praet. sive Pehil טְעִין בלחמא oneratum asinum cum pane, IS. 16, 20. Pl. חמרין טְעִינִין asinos onustos. portantes, Gen. 45, 23. תמליהון טעינין et cameli ipsorum onerati erant, Gen. 47, 25. Fem. והוה אסתר טְעִינַת טיבו et fuit Esther onusta gratia, hebr. נשאה חן reportans gratiam, Esth. 2, 15. Pl. אתנן טְעִינָן asinas onustas, portantes, Gen. 45, 23. Inf. ולמטען פרין et ferre fructus, Ez. 17, 8. Imper. טְעֻנוּ ית בעירכון onerate jumenta vestra, heb. טַעֲנוּ. Fut. בלחודך תִטְעַן solus portabis, Pr. 9, 12. ויטענון עמך בטורחא דעמך ולא תטעון אנת בלחודך et portabunt tecum onus populi tui et non portabis tu solus, Num. 11, 17. Jon. Ithpehal Praet. וְאִטְעַן et gravatus, onere pressus fuit, IIS. 12, 15. hebr. ויאנש et infirmatus, debilitatus fuit, אִטְעֲנְנָא onerati fuimus, Thr. 5, 5. Ex Aphel אַטְעֲנַת רחמין וטיבו reportavit misericordiam et gratiam, Esth. 2, 17. et 5, 2. Ti. צידא כוורי תחלי וחלבא לטעון גופא ולא ליטעון פוריא, qui venatus est (et comedit) pisces, item nasturtium et lac, debet onerare (i. e. deambulando exercere et q. fatigare) corpus: non autem onorare lectum (h. e. non statim cubitum se conferre) Mk. 11a.

טְעִין *onustus, oneratus.* Vide supra in verbo.

טְעוֹן *onus, sarcina, fasciculus:* טעון חמרא onus asini cum pane, i. e. tantum onus panis, quantum asinus ferre poterat, IS. 16, 20. טעון זוג כודנון onus paris mulorum, IIR. 5, 17. Pl. בִּטְעוֹנֵי כתנא in fasciculis, sarcinis lini, Jos. 2, 16.

טוֹעֲנָא et elisa gutturali טוֹנָא, טוֹן, qua forma Jon. utitur, *idem:* item *saccus*, ab *onere* sic dictus: רביע תחות טוענה cubantem sub onere suo, Jon. טוֹנֵיה, hebr. תחת משאו, Exo. 23, 5. בפום טוֹעֲנָא in ore sarcinae vel sacci, manticae, Jon. טוֹנָא hebr. אמתחת Gen. 44, 2. et sic deinceps in tota illa historia: Cum aff. וְטוֹנִי עליך לא ייקר et onus meum non sit tibi grave, Jobi 33, 20. בפום טוֹנֵיה in ore sacci ipsius, Gen. 44, 1. Pl. מלי ית טוֹעֲנֵי גובריא imple saccos virorum istorum. Ibid. בפום טוֹעֲנָנָא in ore saccorum nostrorum, v. 8. Jon. טוֹנָנָא. Ti. דדרי טונא דשבתא qui portant onus Sabbathi, Ber. 61. Bm. 78.

טְעוּן Ri. *oneratus:* metaphorice, *obligatus, obstrictus, qui tenetur ad aliquid, qui necesse habet:* דמן טעון הזיה sanguis illarum tenetur aspersione, debet spargi: כל הכלים טעונין טבילה omnia vasa tenentur ablutione, i. e. ut laventur: טעונין רחיצת ידים ורגלים tenentur lavare manus et pedes.

טַעֲנוּתָא *oneratio, onus:* טענותא דספינתא oneratio navis.

Secundo טָעַן *pungere, figere, transfigere, confodere, perfodere, perforare,* qua significatione Arabice[62] maxime usitatum est, ut Aben Esra et R. Sal. ad sequentem locum Jesaiae tradunt: מטעני חרבא confossorum gladio, Jes. 14, 19. גברין מטענין viri transfixi, vulnerati, heb. מדקרים, Jer. 37, 10. ומטענין בשוקהא et confossi in vicis ejus, Jer. 51, 4. מטעני חרבא בקרבא confossi gladio in praelio, hebr. מכי percussi, Jer. 18, 21. ממת מטעני חרבא morte transfixorum gladio, hebr. ממותי occisorum, Ez. 28, 8. ונפלו מטענין et ceciderunt confossi, IS. 14, 13. Huc revocant etiam autur Aruch et Kimchi illud, וְאִטְעַן et vulneratus, punctus fuit dolore, IIS. 12, 15. quod et ante in Ithpahel positum.

Tertio טְעַן *objicere, arguere, argumentari, ratiocinari, rationibus* et *argumentis contra aliquem disceptare, accusare.* Hoc qui facit, alterum *gravat*[63] et *onerat,* et nisi rationes repellat et refutet, earum onus ferre tenetur: et qui refutat rejicit onus in alterum: אולי יטעון טוען fortasse objecerit objiciens aliquis, Aben Esra Ps. 90, 10. Niphal נִטְעַן *accusari:* הַנִּטְעַן qui accusatur, suspectus est de culpa aliqua, Jeb. 24b. Gl. חשוד suspectus.

טוֹעֵן *argumentator, disputator, disceptans, arguens, objiciens, accusans, accusator:* ואין הפרש בין טענת הטוען non est discrimen inter argumentationem arguentis, More l. 1. c. 75. טועני האמת defensores veritatis, disputando veritatem defendentes, Kimchi Am. 2, 6.

טַעֲנָה *argumentatio, argumentum, ratio, objectio:* אין טענה מדברי שלמה non est objectio (quod quis objiciat) ex verbis Salomonis, Aben Esra Ps. 19, 3. Pl. טענות צודקות rationes justae, legitimae: אמתיות verae: כחבות falsae: טענות בריאות וחוקות argumenta pinguia et valida: טענות עצומות rationes firmae: הוא בנוי על טענות חלושות extructum est super rationes infirmas: טענות חוכחיות rationes disputabiles.

Deinde טַעֲנָה *lis.* Apud Tos.: qui cibum sumit cum socero suo in Judaea sine testibus, אינו יכול לטעון טענת בתולים ipse non potest movere litem virginitatis, quia solus cum ea versatur, Ketub. 12. in Misna. Sponsus cum sponsa apud soccrum suum saepe conversans non potest litem postea movere, quasi eam virginem non invenerit. Maim. in הלכות אישות c. 11. ומה היא טענת בתולים quaenäm est lis virginitatis? Si quis ducat aliquam, quae pro virgine se venditat et ipse postea dicat: non inveni eam virginem. Vide eum ulterius.

טְפָא טְפָה, טְפֵי *exstingui, exstinguere.* Respondet hebr. כבה. Affine est gr. τύψω, τύψομαι, *fumo, fumigo,* τύψος *fumus* λῖνον τυψόμενον *lignum fumigans,* Matth. 12, 20. Praet. עד לא טְפָא nondum erat ext:ncta, IS. 3, 3. טְפֵי מנרתא extinguetur candelabrum, Am. 9, 1. כבוצין טְפוֹ sicut linum extincti sunt, Jes. 43, 17. Part. טב לי יקד באשא טְפְיָא melius est mihi ardere in igne extinguibili, Gen. 38, 26. in TgH. Infin. לא יכלין לְמִטְפֵי non possunt extinguere amorem ejus, Cant. 8, 7. Fut. לא תְטְפֵי ית מלכותא דישראל non extingues regnum Israelis, IIS. 21, 17. לא תטפי non extinguetur, Lev. 6, 5. Et active לא יְטַפֵּי non extinguet, Jes. 42, 3, נהור רשיעי יטפי lumen impiorum extinguetur, Jobi 18, 5. vide et v. 6. et 21, 17. Ithpehal וְאִטְּפֵי לותך חכמתא et extincta est apud te sapientia, Jobi 15, 8. Partic. דְמִטַּפְיָא בגלותא quae extincta est in captivitate, Ps. 18, 29.

Secundo טְפֵי *natare*[64]*:* והוה טפי על אכפי מיא et fuit natans in superficie aquarum, Exo. 26, 28. in Jon.

Tertio טְפָא Talm. *auxit, adauxit*[65]*:* לא צריכא דטפא להו אאגריידהו non est necesse ut augeat, adjiciat ipsis ad mercedem eorum: Item האי דטפאי לכו אאגרייכו nam ecce auxi vobis mercedem vestram, ut a mane ad vesperam laboraretis mihi: Item האי דטפת לן ecce auxisti nobis etc. Bm. c. 7. in principio. Infin. לטפויי חדא ad augendum unum, Seb. 37, 2. כל חנא בתרא לטפויי מלתא קא אתי omnis doctor posterior ad augendam rem venit; ut sc. priori sententiae aliquid aliud adjiciat, Bb. 93b.

טְפֵי *gutturnium, aut quodvis vasculum oris angusti, ex quo nonnisi* טיף טיף *guttatim aliquid defluit,* Neg. c. 12. Kel. c. 2. et 3. Para c. 6. Huc revocari posset illud in Tg. תנורין וְטַפְיָן יתרעון clibani et lecythi confringentur, Lev. 11, 13. In Tg. Jon. est תַּפְיָן per ת, quod vide in אפה.

טְפֵי *multum, plurimum, valde, vehementer, magis:* Ti. אידין מנכון חכים טפי quis vestrum sapit magis? Sic citatur in Jalk. in princ. col. 4. sed pro טפי in T. legitur יתיר, quod idem, Tam. c. 4. לא בציר משיתא ולא טפי מתריסר non minus quam sex et non magis vel plus quam duodecim, Sanh. 108b. אתחזי ליה שפיר טפי videtur ipsi pulchrum admodum. Oppositum ejus בציר vel פחות, Bm. 48b.

טִפָּא *gutta,* vide in טפף.

טַפְתָּא *agger, aggesta terra circa agrum,* Rab. vide in טפח.

טִפְטֵף vide supra in טוף.

טְפַז[66] *saltare, exsultare, salire, exsilire, subsilire.* Respondet hebr. דלג, רצד, רקד, quae idem significant. Praet. וְטָפַז עשרתי אמין et prosiliit decem cubitos, Num. 21, 36. in Jon. וּטְפַז על קצא et exsiliit ad finem, h. e. antevertit, anteoccupavit finem, citius liberavit eos, Cant. 2, 8. Variant libri in hoc loco. Adi Castigationes nostras. טוריא טְפַזוּ montes

---

62) Ar. طعن.

63) Ego ad nomen טעם, *sensus, ratio* vocem vertere malim, quasi *rationem, sensum quaerere* diceres.

64) Affine est verbo צוף *fluere.*

65) Cf. verba יסף et ספא.

66) Arab. طفز *gestivit, salivit.*

subsilierunt, hebr. רקדו, Ps. 114, 4. Part. למה אתון תְּפַזִּין quare vos exsilitis, o montes? Ps. 68, 17. ובמיא רתיחין טפזין et in aquis ferventibus exsiliunt, Jobi 24, 24. in Regiis, ubi latinus interpres reddit, *praefocantur*. Vide iterum Castigationes nostras. Fut. וְיִטַפֵּז מן אתריה et exsiliit de loco suo, Jobi 37, 1. Pahel Part. הוה מְטַפֵּז erat exsiliens, Deut. 32, 19. in Jon. Pl. מְטַפְּזִין exsultates, Ps. 114, 5. in Regiis. Infin. לְטַפָּזָא בהלולא ad saltandum in nuptiis, Eccl. 3, 4. Fut. ורביהון יְטַפְּזוּן et pueri eorum saliunt hebr. ירקדון, Jobi 21, 11. Citat et Elias ex Ps. 107, 42. sed ibi hodie in nostris editionibus non habetur. Aliter טַפִּזַת פומה occludit os suum, Jobi 5, 16. Forte melius legeretur קַפְצַת.

טַפְזָא *cuniculus*, a *subsiliendo* sic dictus, hebr. שָׁפָן, Lev. 11, 5. ubi in Jon. scribitur טַוְוזָא. Pl. כיפי רוחצן לְטַפְזַיָּא petrae refugium sunt cuniculis, Ps. 104, 18.

טְפַח *plaudere*[67], *complodere*, *percutere*, *ferire*. Respondet hebr. הכה et ספק. Praet. וּטְפַח בכף ידוי et plausit vola manuum suarum, Num. 24, 10. in Targum Jon. et Hier. וּטְפַחַת שמשא et percussit sol, hebr. וחך Jon. 4, 8. דטפחתא בידך quoniam plausisti manu tua, Ez. 25, 6. וּטְפַחִית בפרסת רגלי עמא דעמי et percutio plantis pedum populi mei, Jes. 37, 25. hebr. ואחריב et exsicco: טפחו ידיהון comploserunt manus suas, Nah. 3, 19. וטפחו יד et comploserunt manibus, IIR. 11, 12. טפחנא על ירכנא percussimus super femur nostrum, Jer. 31, 19. Imp. וּטְפַח יד על יד et percute manum ad manum, complode manibus, Ez. 12, 14. Ex Pahel Partic. דִמְטַפַּח בקורנסא qui percutit malleo, Jes. 41, 17. Futur. יְטַפְּחִנַּנִי צדיקא percutiat me justus, Ps. 141, 5. hebr. יהלמני. Apud Tos. וטפחה על פניו et percusserit ipsum in faciem ejus; טפח ליה בסנדליה percussit eum calceo suo, Bk. 32b. דלא טפח באפיה quia non percussit ipsum (sc. canem) super nares, Bk. 23. וטפחו לו על פניו et percutiebant ipsum in faciem ejus, Sanh. 92b. i. e. obvenerunt ei in conspectum.

Secundo טְפַח Talm. *humidum, udum esse*: טופח *humidum*: משקה טופח liquor humidus, Kel. cap. 8. טופח ומטפיח humidum et humectans. Pihel טַפַּח, et in Hiphil, הִטְפִּיחַ *humectare*: טינא המטפחת argilla humectans: אסור לישב בטופח על מנת להטפיח vetitum est sedere (die festo propitiationis) super humido, eo fine, ut se humectet, Joma 78a. מי רגלים כל זמן שמטפיחין אסורין aquae pedum (urina) quandocunque adhuc humectant, prohibitae sunt: exsiccatae, licitae, Ber. 25a. i. e. prohibitum est preces dicere in loco ubi urina reddita est, quae adhuc sit conspicua, quae locum et astantem possit humectare: at si exsiccatae et a terra absorptae sint, licitum illic orare.

Tertio טְפַח, טַפַּח *palmo aliquid colligere*, vel *abstergere*, a seq. nomine טְפַח. Hinc: vasculum olei si fractum aut effusum sit, non tenetur לדוות יושב ומטפח considere et palmis illud accurate colligere et abstergere, vel ex praeced. significato, *et humectare se*, h. e. illud colligendo, palmum seu digitos humectare, Terum. c. ultimo: Aliter אף בצק שבידי אשה טפח etiam massa farinae, quae erat in manibus mulieris, corrupta fuit. Gl. נתקלקל, Bm. 59b. In Aruch scribitur חפח intumuit,

טְפִיחַ *humidum*: cui opponitur נגיר siccum.

טְפַח, טֶפַח *palmus, mensura quatuor digitorum conjunctorum*: טפח שוחק palmus ridens, i. e. major et extensus, qualis fit digitis non conjunctis, palmus justus cum exiguo additamento, Rab. Plural. טְפָחוֹת, טְפָחִים.

טִפּוּחַ *idem*: item *complosio manuum voluntaria*. Ap. Tos. טיפוח ביד קילוס ברגל h. e. טיפוח est complosio manus: קילוס percussio pedis in terram, Mk. 27b. Pl. כתרתין טִפּוּחִין quasi duos palmos, Gen. 27, 30. in Jon.

טפוחאי *percussores*. Sic vocantur, qui *palmo* sive digitis parietem percutiendo cognoscunt, num ibi argentum sit absconditum, Bm. 42a.

טוֹפַח[68] *leguminis albi, duri et rotundi genus, quod medici vocant* קרטומן, scribit Main. Bartenora et B. Ar. vocant Arabice גילבאן, Kil. in princ., Pea. c. 6. גרים של פול ושל טופח contusum fabarum et pisorum aut lentium, Machsch. c. ultim. in Tosephos. Convenit cum טלופחא.

טְפִיחַ[69] *lenticula, olla, urceus, vasculum, quo aqua ex fonte petitur, et ex quo fundunt aquas super manus, ad lavandum eas*, ein Wasserkrug, Sab. 125b. Glossator exponit פך, quod IS. 10. significat *lenticulam olei*, ein Oelkrug: alibi, מחזיר הטפיח על האורחים restituit hydriam hospitibus, sc. a quibus eam acceperat ad lavandas manus, Joma 30a. Hinc et transfertur ad *ollas, in quibus nidificant aves ad parietes et muros aedium*, T. Schevi. c. 9. צפרים שקננו בטפיחין aves quae nidificant in ollis, Beza 24a. Metonymice *nigror ollae, niger ut olla ex igne*. Hinc שחור לא ישא שחורה שמא יצא מהן טפיח vir-niger non ducat nigram, ne proveniat ex illis nigerrimus, Bech. 45b.

מִטְפַּחַת *linteum, peplum, ventrale, sudarium*.

---

67) *Palma* videlicet, *expansa manu*. De radice טפח tam varia usu haec notare licet: Origo vocis, ut mihi videtur, in *expandendo, extendendo* et *explicando*, cui primae significationi in Proph. Jes. (48, 13.) occurrimus; item Thr. (2, 22.), ubi verbum טפח quasi synonymum verbo רבה *auxit*, *amplificavit* de educatione liberorum (טִפֻּחִים quasi *expansos, auctos*, parvulos eductos i. e. *liberos* diceres) hac signif. legimus. Hinc notione ducta טֶפַח *expansa* manus i. e. *palma* formatum. Item de aquis in superficie rei *expansis* (opp. רטב de liquore coarctato in ipsa re) v. טְפַח *humidum, udum esse* significat, convenienter arabico طفح *plenum ad abundantiam* fuit, i. e. liquor summam vasis superficiem attingens *expanditur*. Denique ad omne *expansum*, qui sunt *vela* vel vestes *expansae*. מטפחת translatum est.

68) Gr. τίφη.

69) Extrito ל idem est atque טלפיח d. q. supra.

linteum quodvis, quo ad abstergendum humorem utimur: ut מטפחה הידים linteum manuum, mantile: מטפחת הספג linteum abstersionis, balneare ein Bademantel: מטפחת הספרים linteum tonsorum, quo caput abstergunt et defricant: Plur. הוו קא מתקני מטפחות ordinabant lintea, sc. ad involvendos libros Legis, Sanh. 100a. מטפחות ספרים lintea librorum, librum Legis solent pretioso linteo involvere et tegere, Kil. c. 9. In libro Ruth c. 3 *ventrale* exponunt, Chaldaeus סודרא *sudarium.*

טפטא טְפִיטָא *clitellae ligneae, ephippia, quibus onera fuerunt asini,* Saumsattel: Item tapetum: טפיטן של סוס טמא clitellae equorum pollutae sunt ad concessum, Kel. c. 23. מיכסיין בטפיטין tecta tapetis: הציע טפיטיות stravit tapetas, Ri. עמודי של שיש מכוסים בטופיטיא׃ה columnas marmoreas tectas tapetibus, Vr. s. 27.

טְפֵי vide supra in טפה.

טפך טוּפְכָא *rapina,* גזל. Aquinas ex Zohar.

טָפַל hebr. *concinnare, consuere, assuere, connectere, compingere, consociare.* Ap. Ros. *adjunctum, conjunctum esse, adjungere, adhaerere:* et *adhaerere facere, allinere, illinere, oblinere, adjungere, oblini, circumlini;* ut חבית שנתרועעה וטפלה בגללים vas quod fractum est et oblitum luto, Kel. c. 3. הטופל כלי חרס הבריא qui oblinit vas fictile integrum, Ibidem: מיחם שטפלו חומר vas-calefactorium quod obleverint argilla, Ibidem: טופל טיט סביביו allinit lutum circumcirca: בנות מלכים טופלות אותן בשמן המור filias regum illinunt eas oleo myrrhino, Sab. 80b. שטופלין בה את הפטסין, gl. מושחות inungunt: טופלות qua oblinunt dolia majora, Kil. c. 3. s. 6. Item טופלין בהמה לבהמה adjungunt, consociant bestiam unam alteri, Chag. 8a. ישראל שנטפל לו גוי בדרך טופלו לימינו בסייף טופלו לימינו במקל טופלו לשמאלו היו עולים במעלה או יורדים בירידה לא יהי ישראל למטה וגוי למעלה אלא ישראל למעלה וגוי למטה ואל ישוח לפניו שמא ירוץ את גלגלתו id est Israelitae vel Judaeo, si associatus fuerit Christianus in via, junget eum ad dexteram suam; cum gladio. junget eum dexterae suae; cum baculo, junget eum sinistrae suae; si ascendant per gradus, aut descendant per locum declivem, non erit Judaeus infra, neque incurvabit se coram eo, ne forte contundat Christianus cranium ejus. Si quaesierit Christianus, quo vadis? longius ipsi iter indicabit etc. As. 25b. Vide et Chol. 91a. ubi in Talm. Bas. pro גוי legitur נכרי. En quantum Judaei Christianis credant, tantum sc. quantum latroni credendum: שבט בנימין טפל לשבט יהודה tribus Binjamin adjuncta fuit tribui Judae etc. In Targum וּמְפַלְּתוּן עלוי מלי שקרא et assuistis ei res falsas, Deut, 1, 1. Jon. Ithp. דְמִיטַּפְּלָא במשכא quae adhaeret cuti, Lev. 13, 6. in Jon. מִיטַּפְּלָא הוא adhaeret tenaciter ipsa, v. 7. heb. מספחת abscessus, vide et v. 8.

טָפֵל, טְפֵילָה *adhaerens, adjunctum, assutum, accessorium:* oppositum ejus est עיקר fundamentum, *praecipuum, principale:* unde dicunt עשו העיקר טפל והטפל עיקר fecerunt id quod principale est, accessorium et ex accessorio principale: החותם טפילה לתכשיט annulus signatorius adjunctum est ornatus, TH. Sab. c. 6. Eatenus licet gestare in Sabbatho: sed obsignandi causa, non. הסוס טפילה לרוכב ואין הרוכב טפל לסוס equus adjunctum est equitantis, non autem equitans est adjunctum equi, More lib. 1. c. 70. R. Sal. Ps. 6, 10. scribit: dicit ipsis (scil. impiis gentilibus) Deus: si initio me invocassetis, exaudissem vos, nunc vero fecistis deos alienos עיקר principale; me autem טפילה accidentale, idcirco non exaudio vos, sicut dicitur; ישועו ואין מושיע clamabunt, sed non erit exaudiens; זו עבודה זרה hic est deus alienus: postea, אל יי ולא ענם „ad Dominum, sed non exaudit eos", Ps. 18, 42. Videtur hic malitiose Christianos traducere et Jesum intelligere per עבודה זרה deum alienum, quasi scilicet ad nomen ejus alluderetur verbis istis ישועו ואין מושיע. Jes. 23. 4. ad vocem צידון notat idem; שטפילה לצור quae adhaerebat urbi Tyro et Tyrus sita in visceribus maris, erat עיקר ראש המלכות principale caput regni. Deinde טְפֵילָה, טְפֵיל est *illinementum. tectorium, crusta parietis,* sic dicta, quasi ejus *accessorium, caementum, intritum, argilla ad obducendos muros:* Chald. חטמרנון בִטְפֵיל בנינא et abscondes eos in tectorio structurae, Jer. 43, 9. Ri. תנור נסדק עושין לו טפילה fornax si fuerit fissa, faciunt ei crustam, Kel. c. 5. גורר את הטפילה abradit crustam parietis, Ibid.

טִפּוּל *idem:* Ti. הנוגע בטפולו של תנור טמא quod attingit tectorium fornacis, id immundum est, Kel. c. 3. In Pes. 42b. sumitur pro *certo quodam illinimento, quo mulieres olim se inungebat, ut pilos evellerent et carnem delicatam redderent.* Id quia ditiores ex simila solebant conficere, in Paschate reservare erat prohibitum.

Secundo טָפַל *laborare, fatigare se, operam dare et impendere, curam sustinere alicujus rei,* sicut is facit, qui certae rei, certo operi aut labori *adhaeret:* השם בהמה לחבירו עד מתי חייב לטפל בה qui ponit socio suo jumentum (sc. educandum, ut certo elapso tempore fructum cum ipso dividat) quamdiu debet laborare pro ea, ejus curam sustinere, illud educare? Bm. 69a.

טִיפּוּל, טִפּוּלָא *cura, labor, opera, molestia:* אינו דומה טיפולה של שנה זו לטיפולה של שנה אחרת non videtur similis esse molestia anni hujus molestiae anni sequentis, Bm. 69a. מפני שטיפולה מרובה eo quod molestia ejus magna est: כל דבר שטיפולו מרובה משכרו omnis res cujus cura major est, quam merces ejus, מטפל בו ejus labore fruitur per triduum, deinceps imponit ei mercedem, Bava kama f. 28b.

Guido etiam ponit, significare *subjici, in potestate esse,* ex More l. 1. c. 70. At ibi non verbum, sed nomen טפילה et טפל usurpantur, eo sensu, ut ante positum. *Allidendi* significatio, quam etiam ponunt, similiter aliena est.

Tertio טַפְלָא[70] *parvulus, infans,* idem quod heb. טַף, cui in Tg. respondet: ובתולתא וטפלא et virginem et infantem, hebr. וטף, Ez. 9, 6. ונשיא וטפלא et mulieres et parvulos, Jer. 41, 16. לפום טפלא pro ore parvulorum, Gen. 47, 12. כל דכורא בטפלא omnem masculum inter infantes, Num. 31, 17. וכל טפלא בנשיא et omnem parvulum inter mulieres v. 18. בר מטפלא praeter parvulos, Exo. 12, 37. Cum aff. אף טַפְלָנָא etiam parvuli nostri, Gen. 43, 8. וית טַפְלְכון et parvulos nostros, Gen. 50, 21. וית כל טַפְלְהון et omnes parvulos ipsorum, Gen. 34, 29. Pl. טַפְלַיָא ונשיא parvulos et mulieres, Esth. 3, 13. Ri. et Ti. טפלים in plur.: משום טפליב דהוו נפישי להו propter parvulos qui multi erant ipsis, Bb. 118a.

טְפַס[71] *abquiescere, consentire, convenire,* cum aliquo, *conformare* se ad aliquem. Respondet heb. יאת et אבה. Fut. לא תִטְפַס ne acquiescas, hebr. אל תבא, Pr. 1, 10. in Ven. בדא נִטְפַס לכון in hoc acquiescemus vobis, hebr. נאות, Gen. 34, 15. בדא יטפסון לנא in hoc acquiescent nobis, v. 22. Ithp. Praeter. וְאִטְפַסוּ כהניא et acquieverunt sacerdotes, IIR. 12, 8. Part. די בכספא לא מִטְפַסִין qui pecunia non contentantur, placantur, Jes. 13, 17. in Regiis. Pahel טַפֵּס *quietum, securum reddere,* quittieren, Ri.

טַפְסָא[72] *lacerum, scissum, detritum.* Plur. בלאי טַפְסִין veteramenta lacera, Veneta, טַפְסַן Jer. 38, 11. Adducit Elias et Ar. בְּטַפְסָא pro hebr. בחרט stylo ex Tg. Jon., sive Jeruschalmi, Exo. 32, 4. et explicatur in Ar., *forma, modulus, typus.* Sed in Tg. Veneto nunc legitur בְּטוּפְרָא, quod melius. Vide mox infra illud significatum.

טִפְסָא *quies, securitas.*

Secundo טַפַס *capere, prehendere,* App. Compr. idem quod hebr. תָפַשׂ Prov. 30, 24.

אִתְטַפּוּסִין *fascinati, detenti oculis*, idem quod תפושין *capti.* unde haec per commutationem literarum derivata.

טפסי *detentiones, fascinationes oculorum.*

טפסא Ti. *arca, scrinium:* מוהרקיידו דהני בטפסא דמלכא מונח obsignatio, sigillum istorum est in arca regis depositum, Jeb. 46a. Bm. 73b. Vide ספט.

טיפסא דשקלא *lingula librae,* Zohar in Beresch.

Tertio טַפַס *salire, subsilire,* h. e. קפץ vel נתר, ut in Ar. explicatur, quomodo idem erit quod supra טפז: vel *repere, reptare,* Erub. 21a. ubi in gl. explicatur אוחז בידיו ורגליו בכתלים ונכנס ויוצא קר"פיר בל"עז tenet manibus et pedibus suis parietes et sic ingreditur, *croupir* in lingua vernacula. Vide et f. 100a. ubi vernacule exponit ר"נפייר hoc est *ramper:* et in Bb. 11b. In Aruch parvo exponitur germ. fläbern.

Quarto טְפַס idem quod דְפַס *exprimere, imprimere, figurare, formare, typis excudere, typum alicujus referre vel edere,* gr. τυπόω.

טַפִּים tapes. Pl. טְפִיסִין tapetes: חמא תמן עמודים מכוסין בטפיסין vidit illic columnas opertas tapetibus, Br. s. 33. In Vr. s. 27. legitur expressius בטופיטיות.

טופס, טוּפְסָא, טִפּוּס, טִיפּוּס τύπος *typus, figura, exemplum, exemplar, descriptum, copia,* (ut vocant) *forma, formula, modulus:* אפילו מטפוסין הרבה etiam ex formis multis, Dem. c. 5, מכל טפוס וטפוס ex unaquaque forma, ibidem. נחתום עושה טפס אחד pistor facit formam quandam: Item *apocha, literae quietantiae,* Quittung, Quittanz, ap. Tos. et Ros.: דלא כאסמכתא ודלא כטופסא דשטרי quod non est sicut probatio-principalis, neque sicut exemplar literarum contractus, Bb. 44b. דאפילו טופס נמי לא לכתוב quod etiam ne exemplar quidem sit scribendum. Item in Misna: הכותב טופסי גטין scribens exemplaria libellorum-repudii, necesse est ut relinquat locum pro viro et locum pro uxore et locum temporis, Git. 26a. In Tg. Jon. ולמפער גרמיהון לְטוּפְסָא דפעור et denudare seipsos figurae Pehoris et scortari cum filialibus Moabitarum, quae proferebant טִיפְסֵיה דפעור figuram Pehoris de sub cinctoriis suis, Num. 25, 1. Sic כל מי שהיה רוצה ומבקש טיפוסים של פעור היה הולך ומוצאה בירושלים quicunque cupiebat habere typos Pehoris, ibat Hierosolymam et inveniebat eos, Mc. c. 6, 3.

טוּפְסַק *inclinatio, pronitas,* Guido ex Zohar. Ego legi טופסקא דמלכא *mulcta* vel *dammum regis,* h. e. היזק או עונש.

טַפְסְרָא[73], טַפְסַר, טְפְסָר *princeps, dux, praefectus* hebr. Jer. 51, 27. Nah. 3, 17. ubi et in Targ. servatur. Dicitur sic quasi טופס של שר *typus* vel טופס *tenens, locum-tenens principis, vice-princeps, praefectus, gubernator, loco principis in aliquo loco constitutus:* Item *angelus, genius, instinctus,* Guido ex Zohar. Huc referendum videtur quod in Tg. Jon. legitur. Quatuor claves sunt in manibus domini hujus mundi, quas non dedit בידא דִטַפְסְרָא in manum ullius angeli. Deut. 28, 12. Nam pro eo Gen. 30, 22. ponitur לא למלאך ולא לשרף neque angelo, neque Seraphino ulli.

טְפַף[74] T. *aequare, complanare.* Unde טָפוּף *aequale, aequum, rectum:* מדה טפופה mensura aequa, plana, quae non est גדושה accumulata altius, neque מחוקה rasa radio, sed recta et plena juxta aequitatis

---

[70]) Proprie *tener, mollis* puer, puella, ar. طفل.

[71]) Quasi Niphal verbi chald. חפס, hebr. חפש.

[72]) Ex sign. ar. طفس *sordibus maculata et immunda fuit* vestis.

[73]) Vox pers. esse videtur, quae transpositis litteris gr. σατράπης sonat.

[74]) Origo in *comprimendo* et *conglomerando* (opp. τῷ טפח q. v.) arab. طَفَّ IV. *conglomerare optavit.* Hinc chald. טפיפיה *rugae* comprimendo ortae (ut lat. ruga, quod de gr. ῥύω derivatum) et contraria significatio verbi טפף (in I. conj.) apud Arabes *ad oram implevit* et *non prorsus implevit;* nam si res, quae implentur, parvae sunt, mensura proba est si comprimuntur, at vero si magnae sunt, propter multas rugas spatium magnum oritur et inde mensura prava est.

regulam. Veluti in liquidis, cum effluere incipit et in aridis, cum sufficienter plena et referta est mensura, sine abrasione. Inde in Gemara: plenitudo pugillorum (de qua Lev. 16, 12.) intelligiturne de mensuris rasis an accumulatis? Respondit Rabh Asse לא מחוקות ולא גדושות אלא טפופות non de mensuris rasis, neque de accumulatis, sed de aequis, i. e. sufficienter plenis, Joma 48a. עתיד הק"בה להוסיף על ירושלם אלף טפף גינאות adjiciet dominus Hierosolymae mille hortos aequales, Bb. 75. Hinc et quidam explicant illud ibidem apud Jesaiam c. 3. הלוך וטפוף תלכנה eundo et aequalibus passibus utendo incedunt. In Ar. manuscripto hoc germ. redditur ſchleichen.

טִפִּיּוֹת *rugae, orbiculi.* In Gem. משיראו טפיפיות donec videantur orbiculi, sc. matricis, Bechor. 22a, Gem.: quid sunt טפיפיות? dixit Raf Jehudah, כך היו מפרשין בירושלים כפרדה שהיתה כורעת להטיל מימיה ותראית פיקה מתוך פיקה sic explicabant illud in Hierusalem; est sicut mula inclinans in genua ad emittendum urinam et videtur orbiculus ex medio orbiculi, scil. ex nimia apertura vulvae. Orbiculus i. e. rugae orbiculares. Mula autem magis inclinat se ad urinandum, quam ulla alia bestia, unde amplior fit matricis apertio.

טִיפָּה, טִפָּא *gutta, stilla:* הא עממיא כטפא מדול ecce gentes sunt sicut gutta e situla, Jes. 40, 15. Ap. Ros. et Tos. טפה סרוחה gutta foetida. Sic vocare solent semen humanum, quando de generatione hominis loquuntur: ut „tria haec diligenter considera et nunquam incides in transgressiones; unde sc. veneris? quo tendas? coram quo tibi sit ratio reddenda? מאין באת unde venisti? מטפה סרוחה ex gutta foetida, h. e. foetido spermate. Quo tendis? ad terram, tineas et vermes. Cui reddes rationem? regi regum" etc. Avoth. c. 3. Plur. המטיל טפין עבות מתוך האמה טמא qui emittit guttas crassas e membro suo, immundus est, Mikv. cap. 8. Maim. explicat נקודות עבות: B. Ar. המשתין טפות גדולות qui mingit guttas crassas, qui stranguria laborat, urinae stillicidio: Item *oculi muscarum:* ושתי עיניו כשתי טיפין של זבוב et cujus oculi sunt sicut duae guttae muscae, Nid. 25a. i. e. oculi muscae. Vide supra in טוף.

טפטף vide supra in טפא.

טפק טַפְקָא[75] *later, tegula:* מעשה טפקא opus tegulae, i. e. coctura, cibus in tegulis conjunctis coctus, non in foco ordinario, Sab. 125a. Veluti cum calefactis illis imponitur placenta tenuis, qui per se sine aliorum labore coquitur. Talem comedere Sabbatho licitum.

טפר טוּפְרָא[76] *unguus, ungula:* metaphorice *stylus*, hebr. חרט. quod sit acutus, ut ungues avium. Factum ab hebr. צפרן per commutationem usitatam צ et ט: בְּטֻפַּר שמיר stylo adamantino; Jer. 17, 1. ורמא יתיה בטופרא et figuravit ea stylo, Exo. 32, 4. Jon. Pl. טוּפְרֵי סוסותהון ungues equorum ipsorum, Jud. 5, 22. Cum aff. וחרבי ית טופרהא et augebit, i. e. crescere permittet ungues suos, Deuter. 21, 12. וטפרוהי כצפרין et ungues ejus erant instar avium, Dan. 4, 30. Ti. מביני דראשי ועד טופרא דכרעים a pilis capitis usque ad ungulam pedis, Sab. 140a.

Secundo *onyx, aromatis species in suffitu:* נטופא וטופרא stacte et onyx, hebr. שחלת Ex. 30, 34. In apothecis vulgo *blatta bizantia* dicitur.

טפש *impinguari, incrassari:* metaphorice, *stupidum, bardum, fatuum, stultum esse, stulte agere:* nam pingues et obesi tales fere sunt, et taliter agunt, vel, ut Hebraei, שמנונית הלב גורם הטפשות pinguedo cordis causa est stultitiae, juxta illud, impingua cor populi hujus, Jes. 6, 10. Praet. טְפַשְׁתָּא stulte egisti, IS. 13, 13. Pahel טַפֵּישׁ לביה impingua cor ejus, hebr. השמן obesa, pingue fac, Jes. 6, 10. Ithpa. Praet. אִטַּפַּשׁ היך חרב obesata est quasi adipe concupiscentia cordis ipsorum, hebr. טפש, quod Kimchi exponit שמן *pingue, obesatum,* Ps. 119, 70. ואִטַּפְּשִׁית סגי et stulte egi valde, IS. 6, 21. אִטַּפַּשׁוּ כל עממיא insipientes facti sunt omnes populi, hebr. נבערו obbrutuerunt, bruti et bardi facti sunt, Jer. 10, 21. על דאטפשו eo quod insipientes facti sunt, Jer 10, 8. vide et 51, 17. Partic. גבר דמשתלי וּמִטַּפַּשׁ vir aberrans et insipiens, Jer. 29, 26. vide et Ez. 45, 20.

טַפְּשָׁא, טַפְּשָׁא, טַפֵּשׁ *obturatus, obesatus, incrassatus, obductus:* metaphorice *insipiens, fatuus, stultus, crassus.* Oppositum ejus פקח *apertus:* לבהון טפשא cor eorum crassum, stultum, hebr. הערל incircumcisum, Lev. 26, 41. בעמא טפשא populo stulto hebr. נבל Deut. 32, 21. החכים יהא או טפש an sapiens erit an stultus, hebr. סכל, Eccl. 2, 19. Plur. בנין טַפְּשִׁין filii insipientes, Jerem. 4, 22. ולא תהא בְטַפְּשַׁיָּא ne esto sicut stulti, hebr. כסילים Eccl. 4, 17. Fem. מלכותא טַפְּשְׁתָּא regnum insipiens, Jer. 49, 4. Ti. etiam dicunt טפשאי.

טַפְּשׁוּתָא, טַפְּשׁוּתָא, טַפְּשׁוּת *stultitia, fatuitas insipientia:* בְטפשותא וסמיותא amentia et caecitate, Deut. 28, 28. ית טפשות לבך stultitiam cordis tui, Deut. 30, 6. Cum aff. מן קדם טַפְּשׁוּתִי propter stultitiam meam, Ps. 38, 6. טַפְּשׁוּתִיך ושטותיך insipientia tua et stultitia tua, Jer. 13, 27. דטפשותיה זעיר וקליל cujus stoliditas est parva et exigua, Eccl. 10, 1. In sententia quadam talmudica vide in rad. חכם.

טפת טַפְּתָא[77] *antiquitus in circuitu agrorum faciebant fossam et terra primum ejecta sive agger elevatus vocabatur* בוכרא, quasi *agger primogenitus.* Is quando depressus fiebat, secundo aggerabant et dicebatur טַפְּתָא quasi *auctus,* a טפי juxta

75) *In calce viva ferventive re coctum,* a pers. تفتة *fervens, calx viva.* (Vide Cast. lex. pers. p. 182.) הה finale in ק mutatum est, ut in voce בהתרקי multisque aliis vocabulis pers. in linguam talm. translatis.

76) Arab. ظفر

77) Probabilior sententia glossatoris videtur, qui טפסא cum ס legens vocem per חריץ i. e. *fossa,* reddit. Spectare enim videtur ad chald. טפז vel טפס *salire,* ut *fossam, quae transsaliri potest,* denotet.

R. Salomonem: et hoc depresso, tertio elevabant et tunc dicebatur ארכבתא, quasi agger compositus, qui super alio vehitur, qui alii insidet, a רכב. Legitur in Bm. 103b. Hinc alii *circuitum, clausuram* vertunt. Potest referri ad טפי.

טצר טַצְדְקָא[78] ***astutia, calliditas, solertia:*** חבקש טצדקי למיפטר נפשך quaeres rationes callidas, quibus liberes teipsum a filamentis Tzitzis, Men. f. 41a. כל טצדקא דאית לה למעבד עבדא quascunque callidas rationes habebat faciendi, faciebat, Bk. 56a. gl. תחבולות ערמה.

טצה טַצְהַר ***biennium.*** Lingua Persica idem valet quod שתי שנים *duo anni*, scribit R. Sal. in Git. 86a. In Ar. notatur, significare *triennium.* צהר pers. significat *quatuor.*[79]

טקל טַקְלָא[80] ***urna, aquarium, clepsydra,*** Guido ex Zohar.

טַקֵּס[81] ***ordinare, disponere, instruere, parare.*** Derivatum est ex gr. τάξις. Praeter. וְטַקֵּס יח רתיכיה et paravit, instruxit currum suum, hebr. ויאסר et ligavit, junxit, Exod. 14, 6. Partic. pass. וספוהי מְטַקְּסִין et postes ejus ordinati erant, 1 Reg. 6, 31. Imp. טקס טַקֵּס סמכותא instrue auxilia, Ez. 24, 10. טקס יח משריתך ordina exercitum tuum, Jud. 9, 29. Pl. טַקִּיסוּ סוסותא instruite equos, hebr. אסרו ligate, jungite, Jer. 46, 4. Fut. מן יְטַקֵּס קרבא quis instruet, ordinabit praelium? IR. 20, 14. ויטקים יח כספא et ordinet pecuniam, 2 Reg. 22, 4. Ithpe. Partic. כספא דְמִטַּקַּס argentum quod ordinatum erat in manus operariorum, IIR. 12, 12. דמטקס בדהבא טבא quae instructa, ornata erat auro bono, Esth. 5, 1. in Tg. sec. Pl. Part. יח מדי די בכספא לא מִטַּקְּסִין Medos qui pecunia non ordinantur, non patiuntur se in ordinem cogi per oblatas pecunias, Jes. 13, 17. Regia לא מִטַּפְּסִין non placantur.

Secundo טַקֵּס ***erigere vexillum:*** ובשום אלהנא נְטַקֵּס et in nomine Dei nostri vexillum erigemus, hebr. נדגל eodem sensu, Ps. 20, 6.

טַקְסָא ,טֶקֶס τάξις. ***ordo, dispositio,*** proprie: metonymice ***vexillum, quod ordinatae aciei signum est.*** Sic hebr. דגל respondet: ut טֶקֶס משרית יהודה vexillum castrorum Jehudae, Num. 2, 3. Cum. aff. גבר עַל טקסיה quisque sub vexillo suo, Ibid. v. 2. וְטַקְסֵיהּ על רבוא רבון מלאכין et vexillum ejus est supra myriadem myriadum angelorum, Cant. 5, 10. Pl. נַטְלִין לְטַקְסֵיהוֹן proficiscebantur juxta vexilla sua, Num. 2, 31. ארבע טקסיך quatuor vexilla tua, Cant. 6, 3.

טִקּוּס ***ordinatio, ordo, dispositio, ratio, fabrica, structura ordinata et disposita:*** item *vexillum:* ויח טקוס שבתא et dispositionem, structuram Sabbathi, pro die Sabbatho, IIR. 16, 18. i. e. Cathedrae Sabbathorum, ut habent LXX. Graeci Interpp. טִקּוּס דין טקוס חד יהי לכון ratio una erit vobis, Ez. 45, 11. טִקּוּס מדבחא et haec est fabrica altaris, Ez. 43, 13. וְטִקּוּס משריתיה et vexillum exercitus ejus, Jer. 1, 3. וימשחון יח טקוסיה et metiantur dispositionem, fabricam ejus, Ez. 43, 10.

מִטְקָס *idem:* אבנין שלמן מטקס lapidibus perfectis ordinationis, IR. 6, 7.

טרא ***agitare, concutere, movere, commovere:*** חזייה ההוא גברא דטרייה לרישיה vidit quendam hominem, qui motitabat caput suum, uti minando sc. facere solemus, Chol. 45b. Hinc R. Sal. exponit gallice מינצייר h. e, *menacer*, dreuen. B. Ar. aliter exponit, „cecidit in balneum et allisit caput suum ad parietem ad terram, ut cerebrum ejus concuteretur." Prior expositio videtur melior. Convenit gr. τρέω.

טִרְיָא ***motio, commotio, concussio,*** נדנוד: ut טירייא קשה לכותל commotio, concussio gravis est parieti, Bb. 18a. R. Sal. gall. איטוניר *estonner.* Sic ibid. 20b. משום טיריא propter commotionem, agitationem, concussionem.

טְרִיְתָא ***movens, mobile, animal quod se movet.*** Pl. ויח כל טְרְיָיְתָא דהוון עִמְהוֹן et omnia moventia se, quae cum illis erant, h. e. omnia animalia, quae hic a *motu* appellantur, sicuti hebr. יקום a potentia et facultate standi, Deut. 11, 6. in Tg. Jon. Affine est etiam gr. ...., ...ον..

טְרִיְתָא vide infra in טרח.

Secundo טְרָא Talm. **dare**: שקל מהנהו מיא טרא באפיה accepit ex istis aquis, dedit eas in faciem suam, ut sc. se iis lavaret, Tam. 32b. שקיל וטרי accipere et dare, i. e. ***negotiari, commercium exercere,*** quod Rabbini dicunt נשא ונתן: ut שקיל וטרי דלא בהדיה qui non accipiat et det cum eo, Bm. 64a. לא הוי ידע למשקל ומיטרי בהדי רבנן non noverat accipere et dare cum Rabbinis, M[illegible] 11b. Sota 72. i. e. negotiari, commercium exercere: Sic חד שקיל וטרי בהדיה רביה unus commercium habet cum magistro suo: והנך תרי שקלי וטרו בהדי הדדי at isti duo inter se tractabant, Chag. 11b. עיין מה דשקלינן וטרינן על לשון בעל המסורה vide quae accipimus et damus, i. e. agimus, tractamus super verba autoris Masorae, R. Jacob in Mas. mag. in ordin. טח. Ex his lucem habent illa duo: בזמן דשקלן וטרן in tempore quo accipiunt et dant, quo redimunt et permutant quisque a socio suo i. e. quando mutua vigent commercia, Ruth. 4, 3. שקלן וטארן בהון accipiunt et dant, i. e. negotiantur cum eis, sc. verbis legis, i. e. acriter legi dant operam, in ea se exercent, Cant. 3, 8. In priori loco male in Regiis legitur וְטַלָן: neque interpres latinus hanc locutionem intellexit.

---

78) Rectius vocem ad rad. צדק verteres est enim ar. تَصَادُق *certitudo, veritas.*

79) چهار, tsjehar. Talmudice *triennium quartum annum attingens* denotat.

80) Vocab. turcicum corruptnm tukerluc, *rota.* In Zohar nec corruptis nec vocabulis ex omnibus linguis conflatis carere satis notum.

81) Vide supra in טכס. *) טקסיטי (TH. Erub. c. 3.) τοξευτής *sagittarius.*

*) טר lat. **turris** (Macc. 10a.); item legitur in Tg. (Gen. 37, 11.) per aphaeresin pro hebr. נטר.

טָרוֹן[82] *negotiator, mercator:* Echā rab. in praef. gl. נושא ונותן.

וְטַרְיָא שַׁקְלָא[83] *negotiatio, commercium,* rabbinice משא ומתן. Hinc in libro מאור עינים f. 101a. legitur, אבל דרך שקלא וטריא sed exercitii, vel exercitationis gratia.

טַרְיָא *species fructus, cum cujus aquis scribebant:* כותבין במי טריא scribunt aquis taria, Sab. 104b. gl. י"א מין פרי וי"א מי גשמים quidam dicunt esse speciem fructus; alii, esse aquas pluviales, Git. 19a.

טיריות vide in טיר.

טְרִים vel טָרִים *balnea, lavacra:* thermae, unde vox videtur derivata, si modo genuina est interpretatio Ar.: ר' אחא בר יצחק עאל מסחי עם אבא בר מטל בטרים R. Acha F. Isaac ibat balneatum cum R. Abba bar Mammal in Thermis, TH. Sab. c. 3. in Gemara.

טרב טְרִיב, טְרִיבָא *adustio, inflammatio,* Exo. 2, 5. in Jon. Alii legunt שריבא, a שרב uri, comburi.

טַרְבָּל, טוּרְבִּיל tribula, *tribulum.* Ap. Tos. מאי מורינים? מורינים quid sunt אמר עולה מיטה של טורביל dixit Ula; est lectus sive tabula tribuli, Men. 22a. Sebachim 116b. As. 24b. Vide in Para c. ultimo. Videtur esse ipsamet vox latina, vel illa hinc deducta. B. Ar. legit טרבן per Nun in fine et sic scribitur in Jalkut Proph. 17b.

טרג טַרְגִים *frumentum contritum uno grano in tres partes,* secundum Hebraeos, Ber. 37a. Ned. c. 6. in TH. Videtur potius esse *frumenti certa species,* et ortum ex gr. τράγος, quod etiam inter fruges numeratur et a quibusdam idem esse putatur cum eo, quod *frumentum turcicum* hodie appellant.

טַרְגִּימָא *mensae secundae, fructus, bellaria.* Gr. est τραγήματα. Scribitur saepius cum ח ab initio. Vide חרג.

טְרִיגוֹן τρίγωνος *triangulus, trigonus.* Pl. ארבע טְרִיגוֹנִין quatuor trigonos, Exo. 28, 17. in Jon. et 39, 10. et Deut. 20, 20.

טרגינוס *Tarquinius.* Talm. Hieros. Succa cap. 5. Alias scribitur טרכינוס.

טְרַד[84] primo *expellere, ejicere, extrudere, depellere.* Jon. hoc verbo pro hebr. גרש frequenter utitur, rarius Onkelos. Praet. הא טְרַדְתְּ יתי en expulisti me, Gen. 4, 14. וְטַרְדוּנוּן et depulerunt eos, hebr. ויכתום et contriverunt eos, Num. 14, 45. Sic Exo. 2, 17. Part. ולך טָרְדִין te autem expulsuri sunt, Dan. 4, 22. Infin. מִטְרַד יטרוד יתכון מכא ejiciendo expellet vos hodie, Ex. 11, 1. Imper. טְרוֹד ית אמתא הדא ejice ancillam hanc, Gen. 21, 10. Praet. Pehil טְרִיד *expulsus, ejectus,* Dan. 4, 30. כימא דטריד sicut mare, quod expulsum est, h. e. vehementer commotum, Jes. 57, 20. מטרא טְרִידָא pluvia expulsa, impetuosa, Cant. 2, 11. כברקין דטרידין sicut fulgura expulsa, i. e. discurrentia, commota, Nah. 2, 4. Nithpehal נִתְטְרִיד רשיעא ejiciatur improbus, Pr. 25, 5. אִטְּרַדוּן ejecti sunt, Gen. 28, 12. in Jon.

Apud Tos. *evacuare:* טורד אדם חבית של יין evacuans homo vas vini, Sab. 139b. gl. מערה.

Secundo *claudere:* מטרוד טרד claudedo clausit, hebr. עצור עצר Gen. 20, 18. in TgH. Citat et Elias ex Gen. 19, 6. Sed ibi nunc in nostris exemplaribus non legitur: טרד עליהון conclusit eos, Exod. 14, 3. hebr. סגר.

Tertio Rab. *assiduum, detentum, occupatum esse, jugitur in re vel labore aliquo, occupari, defatigari, affligi labore, molestia affici, molestari: molestare, affligere, urgere, premere, angustare, cogere aliquem;* הוו טָרְדֵי ליה fuerunt urgentes, prementes, molestantes eum, gl. מפצירים Bb. 168b. Item דומעות lachrymantes, i. e. parum humoris emittentes oculi, דולפות stillantes, largiorem humorem emittentes, טורדות perfluentes, copiose fluentes, Bechor. f. 44a. כברקים הללו הטורדים את הבריות sicut fulgura haec, quae affligunt, argunt creaturas, R. Sal. Nah. 2, 4. Ex Hiphil Part. היא מטרדת אותו ומכאבת לבו ipsa (mulier litigiosa) affligit, molestia continua afficit eum (virum suum) et dolore implet cor ejus, R. Levi Pr. 27, 15. שהצרה היתה מטרידה אותו מלהתעסק בתורה et anxietas averteret eum quominus operam daret studio Legis, R. David Ps. 119. in initio. Item אתי לאטרודי venit ad erandum, לטעות: et mox בתחלת צלותא לא מטריד in principio precum non errat, non confundit aut miscet verba precum, Ber. 29a. דילמא מטרידנא ne forte ego errem, i. e. אטעה, Ber. 29b. In Erach. 16b. לאיטרודי exponitur in gl. להתקוטט ut molestia afficiatur.

טָרוּד, טְרִיד *occupatus, qui labore assiduo detinetur et defatigatur:* הכא טריד והכא לא טריד hic curiosus est, illic non est. שהוא טרוד בעסקיו qui est occupatus in negotiis suis.

טִרְדָה, טְרָדָה *occupatio, molestia, defatigatio, labor, afflictio ob laborem, cura studium:* התם טרדא דרשות הכא טרדא דמצוה illic cura libra est, hic cura praecepti.

מַטְרֵדָה *idem:* ברת מטרד הוא גברא דהוה לעי במטרדא filia Matredi, qui fuit vir laborans cum assidua defatigatione, Gen. 36, 39. in Tg. Jon. et Hierosol. i. e. Matred dictus fuit ab assiduo labore.

טִירוּד *expulsio, exsilium:* ועל אחת גזר טירודין et super unam decrevit expulsiones, ut expelleretur ex palatio, Br. s. 2.

מוטרדי *festum quodam Persarum,* ע"ז f. 11b.

טרז טְרוּזָא *cucurbita,* quae ad semen ferendum relinquitur. Sab. 109a.

טירוז[85] citatur in Ar., sed in Gem. legitur nunc טוּרִין montes, Sab. 98b. et in Jalk. 101d.

---

[82]) Quasi *dans* a. v. טרא dare, hebr. נותן.

*) טריבוס (Pesikta s. 10.) tributio.

[83]) Proprie *accipere et dare* i. e. *negotiare.*

*) טרגיא (Midr. Tanch.) trajicio.

[84]) Syr. ܛܪܕ, arab. طرد.

[85]) Vocem persicam esse טירוז scribit B. Ar. *genus vestimenti* indicantem. Spectare igitur videtur ad pers

טוּרְזִינָא **thesaurarius**, *armamentarius:* אתיוה לריש טורזינא adduxerunt ipsum ad caput thesaurariorum, ad praefectum thesauris, Ber. 56a. gl. שומר אוצר המלך *custos thesaurorum regis*. Alibi ההיא טורזינא ille thesaurarius, Erub. 80a. ubi in gl. explicatur, *praefectus armis, armamentarius*, quasi נטר זינא *custodiens arma*. Sic in Bb. 8a.

טְרַח[86] *laborare, fatigare se labore defatigari:* Praet. ובטרחא די טְרַחַת et in labore quo laboravi, Eccl. 2, 10. טוֹרְחוּתָא די אנת טרחת recordare laboris, quem laborasti, Eccl. 9, 9. Part. טָרְחָן עלי laborabant contra me cogitationes ipsorum in malum, hebr. יעצבו Ps. 56, 6. In Hiphil hebr. *fatigare, onerare, molestiam exhibere, facessere:* Futur. hebr. יַטְרִיחַ עב fatigat nubem, Jobi 37, 11. agitando sc. eam, donec sereniore luce dispergatur. Et sic chald. ibidem מַטְרַח per part. ejusdem conjugationis. Est autem apud Ros. frequentissimum: בחנם טרחתי בוא frustra laboravi venire: טריחא לי מילתא onerosa, molesta est mihi res: הטריחו זה לבוא molestarunt fatigarunt hunc ut veniret: הייתי מטריח עצמי fui fatigans meipsum, anxie laboravi, operam dedi: הטריחה עליו molestiam exhibuit ei.

טָרְחָן *laboriosus, molestus:* שסרבנים וטרחנים הם quod rebelles et molesti sunt: כל גופי טרחנין נינהו omnia corpora laboriosa sunt.

טֻרְחָא, טוֹרְחָא *labor, fatigatio, onus:* מן טוֹרַח אורח ex molestia viae, Ps. 102, 24. Cum aff. טוֹרְחֲכוֹן molestiam vestram, Deut. 1, 12. די טוֹרְחֵיה בחוכמתא cujus labor est sapientia, Eccl. 2, 21.

טֻרְחוּת, טוֹרְחוּת, טוֹרְחוּתָא *idem:* טרחות שטיא labor stulti, Eccl. 10, 15. Cum aff. וּבְטוֹרְחוּתָךְ et in labore tuo, Eccl. 9, 9.

טִרְחָא, טֵרְחָא Rabb. et Talm. *idem:* מילתא דלא טירחא נקט res quae nullum laborem capit, rem nullius laboris aut molestiae capit, Ned. 25a.

טרט טְרוּט[86a] **teres**, *longum et rotundum, tenerum:* מפני מה עיניהן טרוטות quare oculi ipsorum sunt teretes, gl. רכות *teneri*, Sab. 31a. שמא עיניה נאות טרוטות fortassis sunt oculi ejus pulchri, teretes sunt, Ned. 66b. Autor Ar. *conniventes*, exponit. Scribitur hic cum ח ab initio in Gem. sed in gl. per ט. Vide et in litera ח: מעלות לא טרוטות gradus non erant teretes, Mid. c. 2. gl. ארוכות longi et rotundi, sed semicirculares.

טַרְטִיוּמִין *saxa, jacula*, Guido ex Sr. s. 36. Sed legitur illic טרטיוטין, hoc sensu: gentes mundi veniunt et conjiciunt Israëlitas ex uno loco in alium, ומקיפין אותן collaribus eos ligant et constringunt, בטרטיוטין et circumdant eos jaculis vel saxis, ac tum demum faciunt poenitentiam. Ego puto טרטיוטין hic esse pro סטרטיוטין *stratiotis, militibus*.

טַרְטְסִיאוֹת, טַרְטִיּוֹת, טַרְטְרָאוֹת **theatra:** Ap. R. Sal. Zach. 9, 7. אלו טרטיאות וקרקסיאות שלהם ista sunt theatra et tribunalia ipsorum. Gl. ista R. Salomonis petita ex T. Meg. 6a. ubi scribitur טראטריות. Vide T.: בתי טרטיאות domus theatricae, in quibus ludi habentur, Br. s. 80. נכנסו לבתי טרטיאות ולבתי קרקס ingrediuntur domos theatrorum et domus tribunalium: In Br. f. 75b. legitur טרטסיאות. Sic et in Midr. Ps. 16b. Voces sunt corruptae.

טַרְטִימַר[87] *semilibra* חצי מנה, uti in Gem. explicatur, Sanh. 70a. In T. scribitur ab initio per ת, sed in Mischnajoth novis per duplex ט.

טַרְטִין[88] *tegumenti capitis genus*, Kel. c. 29.

טַרְטֵן **trutinare**; metaphorice *participium*, הא דמטרטין והא דלא מטרטין sive pansis pedibus equitet (ut sc. vir equo insidet) sive non pansis pedibus (ut mulier, quae equo, ut scamno, insidet conjunctis pedibus) Nid. 14a. Ut bilances utrinque dependent, sic viri pedes in equo.

טורטני *libra, bilanx, statera*, gr. τρυτάνη **trutina**, Sab. 81a. טורטני לפניהם si trutina fuerit ante ipsos, qua sc. fructus certo pondere metiantur et vendant, Bk. 119a. טורטני הצורף trutina aurifabrorum.

טַרְטְקַל *pruna, carbo*, Pr. 26, 20. hebr. פחם.

טַרְטִישָׁא *petra:* ושראו לון בטרטישא et quiescebant in petra, vel rupe, Zohar in Gen. 116d. Idem quod infra טרשא.

טרי טִירְיָינָא *corbis, canistrum:* קריבו ליה טריינא דתמרי obtulerunt ipsi canistrum dactylorum, gl. סל, Pes. 88a. Pro hac voce in Tan. 9a. scribitur צנא דתמרי, ubi צַנָּא ein Zeinen, *corbis, canistrum vimineum*. B. Ar. explicat etiam per צנא et כלכלה[89], tamquam duo synonyma: vocabulum autem צנא corrupte in Ar. scribitur cum He צנה: unde Guido

---

*) طراز *acu pictum ornamentum, quale ad humeros et orificia* s. *fimbrias manicarum vestibus appingi solet et intexi in Persia.* (Lectio טורין verisimile menda est ex vocabulo pers. non satis intellecto orta). Praeterea pers. טירז *omne ornamentum* (hebr. תרצה *elegantior) vestemque regiam* innuit, unde nomen:

*) טרזיא *custos vestium, regalium* videlicet, שומר המעילים, ut habet autor Aruch, diverse a טר זין i. e. נטר זין custos armorum.

86) Arab. طرح *tetendit, protendit.* Cf. gr. τρύχω, τρυχόω. *) טריטא (Beza 29a) τρίτη, τρίτος *tertia pars.*

86a) Ar. طرط **terita**, *paucis levibusque oculi pilis in ciliis superciliisque praeditus fuit.*

87) Gr. τριτημόριον, *triens, tertia pars assis*, hoc est *unciae tres.*

88) Lat. videtur **tertus** ut *vestem ad tergendum aptam* denotet. Item in Sifri (Num. 11, 4.) pro *facie populi, triviali* sumitur. Lat. est *tritus.*

89) „Lingua persica non sinit nos dubitare de interpretationis hujus veritate: nam تریان **tirjan** est persice *corbis e viminibus contextus.*" Relandus in Diss. p. 303. Alii ad gr. τρία vocem vertunt ut *corbem tres modos continentem* denotet. Prave.

et alii scripserunt, טירייגא esse etiam idem quod צנה *scutum*.

טוריינא *Trajana*, scil. *moneta*. Sic חדריינא Hadriana moneta, ביקשו ליגנה דינרא חדרייאנא וטוריינא cupiverunt occultare numos Hadrianos et Trajanos, As. 52b.

טְרַף[90] *insectari, persequi.* Part. דְטָרֵף במלוי qui insectatur verbis, hebr. מרדף persequens, Pr. 19, 17.

טַרְכוֹנָא *basilica, palatium regium:* R. Sal. scribit IIR. 15, 25. כל טרכונין בלשון ארמי פלטין החשובין למלכות omnia Tarchonim sunt in lingua aramaea *palatia regia*[91]. Hinc אעיל יתה בגו טרכונא introduxit eam in palatium, Esth. 1, 3. in Tg. sec. Deinde est *nom. propr. loci, Trachonitis, regio Syriae Palaestinae inter montem Libani et lacum Tiberiadis.* Sic respondet hebr. ארגוב Deut. 3. 4. 14. 1 Reg. 4, 13. Num. 34, 15. in TgH.

טירכי[92] in Medr. Esth. 1, 2. dicitur de solio Salomonis, היה עשוי כטירכי מרכבתו של מי שאמר והיה העולם. In gl. scribitur, videri significare idem quod כְּדמותו *ad similitudinem.*

טריכונוס[93] *princeps:* עשה אותו טריכונוס fecit, constituit eum principem, Medr. Esth. 3, 1.

טַרְכוֹנָא *apparatus.* Guido ex Zohar.

טַרְכוֹנְתָא vide in תרך. Scribitur enim in nostris exemplaribus per ת ab initio.

טַרְכִינִים *Tarquinius, nom. propr.* Midr. Esth. 1, 1. et alibi. Ibidem scribitur טרקווינוס, quod convenientius.

טַרְכְּסִיד[94] *calx optima et tenacissima, quae pura plus consolidat, quam si mixta sit,* Sab. 80b. Bb. 60b.

טְרַקְסְמוֹן, טְרַכְּסְמוֹן in Gem. legitur: Seculis prioribus importabant fructus דרך טרכסמון via publica (per portam) ut reos facerent decimarum: posteriora secula דרך גגות per tecta, hortos et alios anfractus, i. e. per vias privatas et clandestinas, ne cogerentur decimas dare, Git. 81a. Ber. 35b. Glossa דרך שערי החצר והבית per portas atrii et domus. Putant Hebraei esse vocabulum graecum. Aliter explicat Aruch.

טַרְכְּסִימָא *oleris species:* אגודה של טרכסימה fasciculus oleris. Vide infra in טרק.

טרכסין vide infra in טרק, in טרקסין.

טרם טריטא *decoctum ex rebus crasse contusis,* secundum R. Salomonem, Ber. 38a. B. Ar. explicat *crocum decoctum in aqua.* Affine est gr. τρίμμα, quod significat *potionem ex aromatis tritis,* seu *cui aromata sunt intrita.*

טַרְמְיוֹת turmae: טורמיות של מלאכי השרת turmae angelorum ministerialium, Jalk. 68. שעשו כולן טורמיות טורמיות quod diviserunt eas turmatim, f. 67.

טרמיטא, טורמיטא *ovum elixum, molle, sorbile:* ומותר בביצה טורמיטא et licitum est ipsi edere ovum sorbile, Ned. c. 6. in Misna. In hunc sensum explicant Bartenora et Rambam, ביצה מבושלת במים חמים ovum coctum in aquis calidis, circa quod accuratissime observant, ne condensetur et durum fiat. Quae in Gemara Babylonica hic adferuntur, nihil faciunt ad explicationem vocis. In TH. diserte טרומיטא explicatur per graecum רופיטון i. e. ῥοφητὸν *sorbile.* Frustra proinde Guido et alii exponunt *coctum ad solem.*

טַרְמִילָא *pera pastoralis,* IS. 17, 40. in Regiis. Veneta habet cum ת ab initio.

טוּרְמְנְטִין tormenta, *machinae bellicae,* TH. Sota c. 8. ab initio.

טורמסין, טרמס. Legitur haec vox in Sanh. 14a. Glossator dicit, se explicationem ejus ignorare. Ar. explicat locum illum in חמס secundo, ubi scribit; *placentam ex massa farinae, instar orbis conglobatam, neque aequatam et recte formatam vocari* טורמוס. Unde טרמיסין explicat *homines impolitos, inciviles, qui in verbis suis nullum decorem et honestatem observant, crassos et rudes instar massae informis.* Occurrit etiam in Ketub. 17a. Quidam putant idem esse quod טולמוסין, vel דטולמוסין, de quo supra. Vide glossam in Br. s. 52. ad vocem דטולמיסין.

טרמוסיא *vis, potentia, potestas.* In Midr. Tehil., Ps. 13.: dixit Deus benedictus ad Davidem: David באי זה טרמוסיא אתה אומר דברים הללו quanam potestate profers tu verba ista? In Br. s. 88. זו מלכות הד׳ שהיא מכחבת טרימוסיאה מכל אומות העולם hoc est regnum quartum, quod praescribit potestatem, tyrannidem prae omnibus populis mundi. In Jalk. 45c. pro hac voce legitur טירני tyrannis.

טְרִימִיסָא *species monetae,* tremissis. In Echa rab. c. 1. סב לך טרימיסא הדין cape tibi hunc tre-

[90]) Verbum a nomine gr. τάραχος *tumultus, turbatio,* formatum ut volunt Mussafia et de Lara.

[91]) Confirmat haec R. Salomonis verba Cl. Relandus scribens: טרכא ترگاه pers. *aula regia,* טרכון ترکون, *locus eminentior* ad *sedendum.*" Alii ad gr. τραχών vocem vertunt, ut regionem *lapidosam*, convenienter hebraeo רגב, denotet.

[92]) Gr. τροχός *rota.* Menachem di Lonsano כטיכני i. e. κατὰ τέχνην, legit.

[93]) Quasi *locum tenens, castra metens* ἐν τῷ טרכון, Cohen de Lara per ב, טריבונוס legit vocemque latinam habet *tribunus.*

[94]) *Mortarium, calx arenata* vel, ut vox talmudica sonat, *mixtura* (ex טרק tertio q. v.) *calcis* (סיד) et alius rei.

[95]) „Nota quod sit ipsamet vox graeca τρομητὸς, τρομητὸν *tremulum.* Sic enim appellant Graeci ova ad medicorem usque consistentiam cocta τρομητὰ *tremula,* quae alii confundunt cum ῥοφητοῖς. Hinc non male in TH. טורמיטא explicatur per רופיטון ῥοφητόν." Buxtorfius in spicilegio. Item vox טורמיטא in TH. (Rh. c. 7.) legitur significatione *tremor, tremulus* gr. τρομητός.

missem, gl. הוא טין מטבע est *species monetae.* Apparet, esse ipsam vocem latinam.

טרן טורן, טורנא, טוּרָנָא *tyrannus, princeps.* Plur. טוּרָנִין tyranni, τυράννοι, *satrapae, principes, potentes:* שלטונין וְטוּרָנִין duces et principes, Ez. 23, 12. עמין גיותנין וְטירוּנִין populos superbos et tyrannicos, Deut. 20, 1. in Jon. Emph. לחמשא טוּרָנַיָא ad quinque satrapas, IS. 6, 18. Constr. טרני פלשתאי satrapae Philistaeorum Jud. 3, 3. C. aff. בתי טִירוּנֵיהוֹן domos potentum ipsorum, Numer. 31, 10. in Jon. Vide R. Sal. ולטורניכן et satrapis vestris, IS. 6, 4. Ap. Tos. אליהו טירונין לנביאים היה Elias princeps Prophetarum fuit, TH. Erub. c. 5. gl. גדול הנביאים.

טרוניא, טירוניא *tyrannis, dominium tyrannicum,* Br. s. 41. et 70. Pro eo legitur s. 88. טריטוסיא. Aruch explicat מס *tributum.* Male. In Jalk. in Legem f. 264a.: „Redemisti בזרוע cum brachio populum tuum“, Ps. 77, 16. בטרוניא, gl. בעלילה. Alibi אין הק"בה בא בטרוניא עם בריותיו Deus non venit cum tyrannide ad creaturas suas, As. 3a. אולי הן באין בטרוניא לפני הק"בה fortassis ipsi veniunt per vim ante Deum.

Deinde טירון Tyro vel Tiro. In Sr. s. 3. ab initio: בשעה שנגלה הק"בה למשה טירון היה משה לנבואה quando Deus apparuit Mosi, tum tiro fuit Moses ad prophetiam, vel in prophetia. Est ipsa vox latina. Sic explicavit Schem tobh per חינוך.

טרון vide in טרא. טירינא vide supra in טרי.

טורנוס רופוס *Turnus, Turannius, Turannus,* sive *Tyrannus Rufus, aut Rophus.* Miles Romanus et tyrannus insignis fuit ac in Hebraeorum scriptis valde celebris, unde communiter vocatur ipsis טורנוס רופוס הרשע turnus rufus improbus. Opponebat se Legi Mosis et ei obloquebatur indesinenter. Saepe cum R. Akibha (qui vixit tempore desolationis Templi secundi et diutius adhuc) disputabat, qui ipsum semper convicit et cum rubore dimisit. Id uxori suae conquerens ait illa, se vicissim ipsum ignominia affecturam et in crimen adducturam. Ea, ut erat praestanti forma, eleganti habitu se ornans, R. Akivam adit, blande salutat, amica verba miscet, pedes ad crura usque paulatim denudat et ad amorem incastum allicit. Ille hoc animadvertens primum in terram spuit, deinde flet; demum ridet. Quid ita egerit, ipsa rogat. Duo, inquit ipse, tibi indicabo, tertium non licet. Spui, quia scio te ex gutta seminis polluta procreatam: flevi, quod tanta tua pulchritudo in terra perire debeat. Ipsa tertium scire avide urgebat. Tandem, inquit, Judaea fies, meae religionis et mei thori conjux. Illa subridens abiit. Rophus maritus ejus paulo post mortuus est. Et ipsa ad Judaismum conversa R. Akivae uxor facta est et ingentibus opibus ipsum ditavit. Legitur in Ned. 50b. et in As. 20a. Meminit et Tzemach David par. 1. Extat etiam colloquium ejus cum eodem Rabbi Akiva de observatione Sabbathi, in Tanchuma 41. ex Sanh. 65b. Br. 11. Aratrum induxit urbi Hierosolymae, in Jotzeroth cum Com. f. 35a. Vastavit templum, Tan. 29a. Vide et Maim. in Hilch. Tanios c. 5. Bucholzerus anno Christi 133. in gestis Adriani scribit; Tynium Rufum praesidem Judaeae eo tempore fuisse, eique ab imperatore ingentem exercitum missum ad opprimendos Judaeos rebelles. Scaliger putat hunc esse ipsum Vespasianum imperatorem. Sed non est probabile. Nam cum de Vespasiano scribunt, aperte nominis ejus faciunt mentionem.

טְרַם *quaerere, inquirere*[96]: טרסו בשוקא ולא אשכחו quaesiverunt in foro, neque invenerunt. Sic citat Ar. ex Vr. s. 37. Sed in nostris exemp. pro eo legitur משפשין. Item *laevigare:* דמחייה בקרנסא וטרסיה qui percutit illam (monetam) malleo et laevigat illam, Bk. 98a. gl. facit illam כאבן חלוקה sicut lapidem laevem. Ar. scribit per ש exponit, *delet*[97] *scripturam extremae partis.*

טרסין *lapides acuti et duri,* Jalkut Lev. 199b. Sic usurpatur etiam in Sab. 54b. in gl. marginali. Alias scribitur טרשין.

טוּרְסִיִּים, טַרְסִיִּים *fabri, aerarii*[98]: *metallici, fossores metalli, qui aes aliaque metalla e venis suis educunt, effodiunt et conflant.* Hi solebant ex una urbe in alteram proficisci opificii exercendi causa et lectum suum, in partes resolutum, secum ferre. Inde המחזר מטה של טרסיים בשבת חייב חטאת restituens lectum fabrorum die Sabbathi reus est peccati, Sab. 47a. בית הכנסת טורסיים ecclesia fabrorum, Meg. 26a. gl. צרפי נחושת conflantes aes. Habebant hi ecclesiam suam separatim, quia sordidi utplurimum solent esse, ut coriarii quoque et alii quidam, ut scribit B. Aruch: מטלית של טרסיים velum, cinctorium fabrorum aerariorum, quod praecingunt ad tuenda vestimenta sua, Chol. 57b. טרסיים בפני עצמן fabri aerarii seorsim, Suc. 51b. Item *textores:* רבן של טרסיים אני princeps textorum ego sum, gl. גרדיים, As 17b. Scribitur hic per ח, ut et in glossis promiscue per ט et ח.

טַרְסִים Tarsis, Tarsus, hebr. תרשיש: ut אלפיא דטרסים naves Tarsis, Ps. 48, 8. מלכיא דטרסים reges Tarsis, Ps. 72, 10. בימא דטורסים in mare Tarsis, Jobi 3, 5.

טַרְסָאי *Tarsus, ex Tarso oriundus:* בגתן ותרש טרסאי Bigthan et Theres Tarsi, Esth. 2, 21. Sic Talmudici בגתן ותרש שני טרשיים הוו Bigthan et Theres duo Tharsi fuerunt, Meg. 7a.

טְרֵימִית *monetae parvae species,* tremissis Bm. 46a. et Schebu. 40a.

---

[96]) Convenit graeco θηρεύσω. [97]) Ita est. Convenit enim arabico طرس delevit.

[98]) Vertendum est hoc vocabulum ad ar. طُرْس scutum, clypeus, inde טרסי faber clypeorum. At ... significatio secunda textor ad arab. طرز, cui notio inest acu pingendi, vertenda.

טוריטקי[99] *festum quoddam Persarum,* ע"ז f. 11b.

טוּרְסְקָא *tabulatum:* טרסקין tabulata, Bb. 3, 1. 7.

טְרַסְקַל *canistrum vimineum,* sive *tabula lata ex salicibus decorticatis, super qua comedebant,* Kel. c. 22. Item *canistrum ori equi aut asini appensum, unde comedit,* Sab. 53a. ותולה לה בטרסקלין שבפיה et appendit ipsi ad os in çanistro, Bm. 90a. In Vr. s. 19. legitur טרקסל, sed in Glossa טרסקל. Alibi eodem sensu legitur קרסטל. Omnia puto corrupta esse pro קרטל.

Deinde טרסקל *mensa tribus pedibus innixa.* Hoc videtur esse ex gr. τρισκελής *tria crura habens,* τρισκελής τράπεζα. In Bem. rab. s. 12.: Cui rei fuit mundus similis (ante extructum tabernaculum?) לטרסקל על שתי רגלים τρισκελῆ sc. mensae super duobus pedibus, quae firma stare nequit, sed necessario tremit et vacillat: posteaquam autem tertius ei pes additur, tunc firma stat et immota. Alibi מטה וכסא טרסקל lectus et sedile trium crurum, τρισκελής, Sab. 138a. Maim. in Hilchos Sab. c. 22. Non suspendunt thalamum (in Sabbatho) quia sub eo hac ratione fieret tentorium accidentale. Sed permissum est ponere, i. e. extendere מטה וכסא וטרסקל lectum et solium vel sedile et mensam trium crurum. Videtur fuisse *genus mensae, quae complicari,* vel *parieti adjungi potuit.*

טְרַף heb. *rapere, deripere, praedari, discerpere, dilacerare:* et amplius chald. *percutere, quatere, tundere, contundere, conquassare, collidere, allidere cum contusione, frangere, confringere: raptari, percuti.* Pahel Part. מְטָרְפָן על לבבהון tundentes super pectus suum, hebr. מתופפות pulsantes, Nah. 2, 7. Fut. ירטש ינקיהון תְּטָרֵף infantes illorum allides, hebr. quassabis allidendo, IIR. 8, 12. Ithpa. אִטְּרֵף *discerpi, rapi, abripi: allidi, percuti: misceri, turbari, conturbari, consternari, percelli:* Praet. אִטְּרְפֵת ולא אמלל conturbatus sum ut non possim loqui, Ps. 77, 5. כמא דְאִטְּרְפוּ גבריא בגלי ימא sicut abrepti sunt potentes per fluctus maris, Zach. 10, 11. Partic. מִטְּרֵף בדמא raptabatur in sanguine, IIS. 20, 12. Pl. וּמִטָּרְפִין ולא יכלין conturbantur (aquae fluctus maris) sed nihil possunt, Jer. 5, 22. דְּמִטָּרְפִין מוהי cujus aquae turbatae sunt, Jer. 46, 7. 8. Femin. וּמִטָּרְפָא רוחיה at conturbatus est spiritus ejus, Gen. 41, 8. Fut. ועלמיהון יִטָּרְפוּן et infantes ipsorum allidentur, Jes. 13, 7. Hos. 14, 1. וְיִטָּרְפוּן et abripientur, mente scil. In furorem agentur, Jer. 25, 16. hebr. והתהוללו.

Ap. Ros. et Tos. late et varie usurpatur: שטרפן זה בזה quae collidunt se invicem, Kil. c. 9. טרפה בכותל allidit ad parietem, Chol. c. 3. in Misna. וטרף ליה בטבלא et percutiebat ipsi tintinabulum, i. e. personabat, sonum edebat tintinabulo, Sanh. 67b. וטרפן זה בזה כמו שטורפים ביצים בקערה et percutiebat illa invicem, sicut percutiunt ova in patina, i. e. percutiendo miscent, Chag. 12a. טרף יין ושמן percussit, i. e. miscuit vinum et oleum, Sab. c. 19. in Misna. טרפא אדשא pulsabat ostium, Sanh. 97a. קמח טרוף במים farina mixta aquis: ביצה טרופה ונתנה באלפס ovum fractum sive percussum et inditum scutellae, Kil. c. 5. כדטריפא מיטרף sicut qui percutit percutiendo, qui malleo ferrum diducit, Ber. 59a. בשר טרוף caro discerpta: כל מי שנטרפה דעתו omnis, cujus mens rapta aut turbata est, verfallen, verwirrt: שדעתו של אבא נטרפה quod mens patris disturbata est, sc. ob vicinam mortem, Sanh. 68a. דלא מיטרפא לנא שעתא ne eripiatur ipsis tempus, Ber. 29b. ספינה המיטרפת בים navis quae fracta est in mari, Tan. 19a. הטורף את גגו percutiens tectum suum, i. e. calce vel caemento obducit et aequat, Machschir. cap. 2. Sic et in quibusdam locis Germaniae dicunt, einen Mann beschlagen, bestechen. מתחזיא כד טריפא מיטרף apparet sicut id quod percutiendo percussum est, i. e. percussione dilatatum et aequatum, Ber. 59. Est et *pro discerpto declarare, pronunciare:* לא מיטרפא non pronunciabitur pro discerpto et vetito: טריפנא vetitum pronuncio: הוא טריף והוא מכשר ipse vetitum pronunciat et ipse rectum ac licitum declarat, ap. Tos. frequens: Sumitur etiam pro, *retrahere bona illigitime vendita:* Ut cum Rubon mutuo dat Simeoni certam summam pecuniae, obligat ei Simeon sua bona, sive mobilia sive immobilia ad praecavendum damnum. Quod si ex illis ipsi obligatis bonis quaedam vendat aut distrahat et Ruben tempore solutionis ex reliquis non possit solvi, tum jus habet retrahendi bona illa vendita, aut alienata; et talis vocatur טורף *retrahens,* bona sc. illegitime vendita, scribit Maim. in Hilchos Malve veloveh c. 18. Vide et Chosen hammischpat num. 112. et sqq.

טְרִיף *percussus, contusus:* והא סיסרא טריף et ecce Sisera percussus fuit, clavo sc. per tempora ejus transfixo, Jud. 4, 22. Sic Jud. 3, 25.

טוֹרֵף vide paulo ante.

טָרְפָן *raptor, praedo.*

טֵירוּף *direptio, discerptio: raptus turbatio mentis, error:* טירוף הדעת *idem:* כשהייתם בטירוף quando fuistis in pertubatione, R. Sal. Deut. 23, 5. העובר לפני התיבה לא יענה אחר הכהנים אמן מפני הטירוף praecentor ante arcam sacram constitutus, non respondet ad benedictionem sacerdotum amen, propter confusionem, h. e. erroris et confusionis vitandae causa, gl. מפני הבלבול, Ber. c. 5. in Misna.

טוֹרְפָא, טִירְפָא *literae sententiae judicialis retractus, quibus datur jus creditori, ut bona ex obligatione a debitore alienata possit retrahere usque ad totalem exsolutionem.* Vide אדרכתא in radice דרך.

---

[99]) Ego existimo, ait Relandus, quandoquidem celeberrimmum et antiquissimum Persarum festum est نوروز neuruz i. e. *primus anni dies,* legisse Judaeos uno puncto addito توروز touruz, unde טורים et טוריטקי factum est. Si cui tamen, pergit, hoc durius videatur, liberariis hanc corruptelam imputet. Cf. dicenda ad vocem מוהרקני.

מְטוֹרָף, טָרוּף *discerptum, raptum:* Item *percussum, percussione diductum et dilatatum, ut lamina.* Item *punctatum, respersum maculis,* vel *latum, quasi malleo deductum: maculae sunt quasi plagae incussae, aut ex percussione inductae,* Ned. 25a. Item *mortuus, morte abreptus,* ex illo טרוף טורף יוסף abripiendo abreptus est Joseph, Gen. 37. יודע אני שהוא מטורף novi ego hunc esse ereptum, h. e. moriturum, sublatum iri, Ber. c. 5. in Misna.

טְרֵיפָה hebr. *raptum, discerptum, laceratum,* Gen. 31, 39. *caro sc. a feris bestiis discerpta,* vel *plane occisa bestia* (ut טרפה in TgH. explicatur קטילא Gen. 31, 39.) quae proinde in Lege vetita fuit. Inde generaliter a Talmudicis et Rabbinis de *quovis cibo ob morbum vel corruptionem aliquam illicito et vetito* dici consuevit et non nisi de cibis dici debet. Hodie tamen faex Judaica etiam ad alia accommodat. Audivi mulieres Judaeas ad pueros suos dicentes, siehe was sind das für Terepha Schuhe: inepte plane. Septuaginta vitia sunt propter quae animal mactatum fit terepha, ideoque vetitum et prohibitum. Haec recensentur a Majemone in Statutis de mactatione c. 10. et mactatorem ea omnia accurate scire oportet. Tradunt etiam Talmudici, octodecim species terephoth a deo esse traditas, Chol. c. 3. in principio Gemarae. Hinc est quod in Tg. Jon. legitur דיזהרון מסואבות חמניסרי טְרֵיפָן ut caveant sibi a pollutione octodecim terephot, Lev. 11, 1. in Jon. Sic Num. 19, 3. De his quae carnem faciunt terepha, vide Maim. in Statut. de cibis illicitis c. 4.

טְרוֹפָאֵי *doctores ciborum vetitorum, qui docent, quid sit terepha, quid non:* Chol. 55b.

טַרְפִיתָא *vultur,* a *rapacitate* dictus, hebr. איה. quidam *milvum* explicant, alii *picam,* Lev. 11, 14. Jobi 28, 7.

טְרַף, טַרְפָא *folium arboris:* טרף זיתא folium olivae, Gen. 8, 11. כמתר טרף מגפן sicut decidit folium ex vite, Jes. 34, 4. vide et Jes. 64, 6. Pl. טַרְפֵי תינין folia ficuum, Gen. 3, 7. Cum affix. טַרְפוֹהִי folia ejus, Jer. 17, 8. לא יתרון טרפוהי non decident folia ejus, Ez. 47, 12. Ap. Tos. טרפא דאסא folium myrti, Sab. 146.

אַטְרְפָא *idem:* ואטרפוי לא נתרין et folia ejus non decidunt, Ps. 1, 3. Aleph ab initio formativum est, ut יד et איד manus, דמא et אדמא sanguis et similia.

טְרַפִּין, טְרַפִּיזָא τράπεζα, *mensa.* Plural. הושיבו טְרַפִּיזִין collocarunt mensas, Br. s. 64. קוסי טרפיזין manducatores mensarum, i. e. *commensales,* Medr. Echa c. 2, 22. ut citat Ar. in קס. Sed aliter nunc legitur. Vide קוס.

טְרַפִּיזִיטִים τραπεζίτης, *mensarius, numularius, argentarius, quomodo olim dicti fuerunt triumviri mensarii, qui numulariis et monetae cusoribus prae, erant:* טרפיזיטים של מדינה mensarius urbis, Num. rabba s. 4.

טַרְפַּחַת *matrix:* vel זפק *vesica gutturis in avibus,* Chol. 55b. et 56b.

טְרִיפוֹלָאֵי *Tripolitani,* Gen. 10, 17. in TgH. a regione quae vocatur טריפולא τρίπολις Tripolis.

טריפולין *Tripolis.* Legitur in Medr. Echa c. 1, 5. Sed corrupte pro מטרופולין.

מיטרפסא. Vide in litera Mem.

טַרְפְעִיק. Vocabulum barbarum, idem quod אסתירא *stater moneta,* Jom. 35b. Pl. מאי טרפעיקין אסתירא quid est tarpeikin? stater, Git. 45b. et Ket. 64a. Stater erat פלגא דוזא dimidia didrachma, i. e. octava sicli sacri, qui habebat quatuor drachmas.

טַרְפַשׁ *reticulum, membrana tenuissima:* טרפשא דליבא reticulum cordis, gl. שומן הלב *pinguedo cordis, membrana pinguis, quae est instar galeri, in quo cor repositum est,* Chol. 49b, טרפשיה דכבדא reticulum hepatis, Ibid. 46a. מעורה בטרפשין conjuncta reticulo jecoris, Pagnin. in radice ערה. Gr. est τράπεζα *mensa,* quomodo *pars ea hepatis* vocatur, *quae latior est, instar mensulae.* Vide Nicol. Full. in Misc. sac. lib. 5. c. 14. Sic in Concord. hebr. יתרת explicatur per טרפשא. Et R. Sal. scribit ad ואת היותרת Exo. 29. 13. היא טרפשא דכבדא est reticulum jecoris, quod vocant טיב"ריש.

טַרְפִירָא *vespertilio,* siquidem idem significat, quod עטלף pro quo ponitur Lev. 11, 19. in Jon. Deut. 14, 18. in Jon. legitur וַעֲרְפְרָא Tg.H. הַרְפַּתָא.

טְרַק[100] *mordere, pungere, rodere, arrodere: serpentum,* vel *scorpionum mordentium* sive *pungentium proprium verbum:* דמתיל לחויא טָרִיק qui assimilatur serpenti mordenti, Job. 26, 13. אורעיתא טָרְקַיָא crabrones mordentes, Deut. 7, 20. in Jon. Inf. Pahel לְטָרָקָה ולנזקא ad mordendum et nocendum, Eccl. 10, 11. T. מאן דטרקיה חויא ליתי עוברא דחמרא חיורתי וליקרעיה ולותביה עליה quem momordit vel pupugit serpens, is sumat factum asinae albae, eumque dilaceret et morsui imponat, Sab. 109b. ubi vide plura: דלמא חויא דרבנן טרקיה forte serpens Rabbinorum momordit eum, Ibid. 110a. i. e. *excommunicatio,* quae sic vocatur, quia litterae initiales trium specierum excommunicationis, נדוי, חרם et שמתא conficiunt vocem נחש serpens. טרקיה חויא ומית momordit eum serpens et mortuus est: sic דטרק ליה עקרבא quem momordit scorpio, זיבוריתא apis Ketub. 50.

II. טְרַק *claudere, includere:* Imperat. וּטְרוֹק לאורעות רדפי et claude in occursum persecutorum meorum, Ps. 35, 3. וביתא טְרָקָא et domus clausa, in domo clausa, Pr. 21, 9. et 25, 4. Ap. Tos.: טרק גלא באפיה clausit januam ante faciem ejus Bk. 112a. טרוקו גלי claudite januam: דטרקיה לגליה qui clausit januam suam, Sanh. 113a.

III. טְרַק *miscere, commiscere,* לטרוקנהו בהדי הדדי misceat ea inter se, Sab. 10a. לא שנו אלא בשלא טרקו אבל טרקו אסור non tradiderunt hoc, nisi de eo (scil. veneno) quod non commiscuit (sc. homo): at

100) Cf. gr. τρωγώ.

si commiscuerit prohibitum est, Bk. 115b. Gl. hoc explicat, שלא עירבו אדם. Id per errorem in Ar. scribitur עברו literis transpositis, pro ערבו. Hinc Santes, Munstr, et Guido scripserunt, hoc verbum etiam idem esse quod עבר *pertransiit.*

IV. adducitur et in Ar. pro *percutere.* Sed locus talm., qui citatur, aliter nunc habet. Nam pro טרק, ut Ar. habet, legitur מחיין percutiunt, Tan. 25a.

טְרִיקָה *morsus, punctura serpentis.*

טְרִיקָא *clausura, claustrum:* דלא אפוק מן טריקא ne exeam ex clausura, Thren. 3, 7.

מַטְרְקָא[101] *lorum, scutica, flagellum:* מטרקא דטייעי flagella, scuticae Ismaëlitarum, quibus ad equos utuntur, Jom. 23a.

טַרְקִי *nom. propr. gentis,* Gen. 10, 2. in TgH. Nostra exemplaria nunc habent תרקי.

טַרְקְיָא[102] κύανος, turcicus, *lapis pretiosus,* Exo. 28, 19. hebr. שבו quem *achatem* transferunt multi. Pl. טַרְקִין Exo. 39, 12. in Jon. Num. 2, 18.

טורקטי vide in דרק.

טרקטא[103] *spica tosta,* TH. Pes. c. 3. Gl. שיבולת שחורכין על האש.

טַרְקְלִין, טַרְקְלוֹנָא, טַרְקְלִינָא τρικλίνιον, *triclinium, discubitorium, conclave, aula:* למכבש ית מלכתא עמי בְטַרְקְלוֹנָא אתבעיתא concumbere cum regina mecum in conclavi cupis, Esth. 7, 9. in sec. Targ. Melius esset בְּטַרְקְלִינָא, ex qua forma alibi legitur, והוינן עילין לְטַרְקְלִינֵיהוֹן et fuimus ingressi in triclinia sive conclavia ipsorum, Num. 31, 50. Jon. Ap. Tos. שישבו בטרקלין qui sedebant in triclinio. In Pirke c. 4. התקן עצמך לפרוזדור כדי שתיכנס לטרקלין praepara te in vestibulo, ut ingredi possis in triclinium. In vestibulo, i. e. in mundo hoc, in triclinium, sc. vitae aeternae in saeculo altero.

טַרְקְלִילִין *tibialia, ocreae aereae:* טרקלילין דנחש tibialia ferrea, IS. 27, 6. hebr. מצחה frontale ferreum, laminae aereae pedi adhibitae.

טרקלרין[104] B. Ar. citat ex Jelamm. טרקלרין אם יהיה ביד אדם et scribit esse כלי *vas* vel *instrumentum quoddam.*

טְרוֹקְנִין *panes cinericei, massa non in furno, sed in fossula terrea cocta,* Bes. 37b.

טרקסין[105] *paries mediastinus inter templum et sanctum sanctorum,* Midd. c. 4. Joma 52a. ubi glossa, טרקסין לשון פנים וחוץ הוא בלשון יון tarkesin significat *intus et exterius, mediastinum* sc. In Jalkut f. 100a. scribitur טרכסין. Sic in TH. כלאים 31c.

טורקסא *thronus, locus excelsus:* דאיהו יתיב בטורקסא עילאה qui consid[illegible] in gradu supremo. Zohar Vajikra f. 1d.

טרקסמון vide supra in טרך, in [illegible]

טְרוֹקְסִימוֹן, טְרוֹקְסִימָא, et [illegible] *herbae species.* Est gr. τρώξιμος, τρώξιμον, [illegible] *mum,* quod in genere primo significat esculentum, deinde in specie est *intybum* sive *seriss hortensis, quam endiviam vulgo nominant.* Hinc in TH. [illegible] עולשין explicatur per טרוקסימון. In Midr. [illegible] 1, 4 „Quid comedemus hodie? א"ל בטרוקסימון [illegible] τρώξιμον." Gl. הוא פרי או עשב דרמסקין est fructus aut herba Damascena. Sic in Pes. TH. c. 4. in fine; מה נוכול לך יומא דין ואמרת ליה טרוכסימון quid comedemus tibi hodie? respondit ei, τρώξιμον. Gl. est herba, quae vocatur עולשין. In Vr. s. 3.: trahebant aliquando bovem ad sacrificium et nolebat sequi. Venit forte pauper quidam in manu sua habens אגודה של טרוקסימא fasciculum troximi, quem porrexit ei. Bos comodens incepit sternutare et concuti et ejiciebat acum; sicque sequebatur ad sacrificium etc.

טרקאירין[106]. In Sr. s. 25. בשר ודם עושה לו טרקאירין caro et sanguis faciens sibi tarkairin, unumquemque liquorem seorsim indit, sed non potest omnes ex uno eodemque loco desumere etc. Gl. טריאקה *theriacam,* Guido ponit; טרקאירין *instrumentum in quo ponuntur diversa vasa, ut cyathi et id genus.* Sed haec expositio non quadrat loco citato.

טְרַשׁ *roborare, indurare:* דמטרשין quae indurant, Chol. 46b. Gl. מקשין indurant instar lapidis.

טְרָשִׁין *lapides duri et acuti,* ex usu linguae arabicae, juxta B. Ar.: אין לך טרשין בכל ארץ ישראל יותר מחברון non sunt in tota terra Israëlis lapides duriores, quam in Chebron, Ket. 112a. unde elegerunt eam pro sepulturis mortuorum. R. Sal. Num. 13, 22. et Deut, 6, 11. ad illud וברת חצובים et cisternas excisas, scribit idem: לפי שהיו מקום טרשים וסלעים quia fuerunt locus lapidum durorum et petrarum. Vide et Erch. 14b. In Vr. s. 36. אין נוטעין הגפן במקום טרשים גדולים non plantant vineam in loco magnorum lapidum vel saxorum. Scribitur et cum ס in fine, unde videtur. ש cum puncto sinistro esse proferendum.

טרשא[107]. In Bm. 65a. טרשא שרי: et mox טרשא דידי שרי. B. Ar. explicat: *qui dat alicui fructus in Octobri, ea conditione ut solvat illos ipsi eo pretio, quo vaeneunt in Aprili, quando sc. sunt cariores.* Ergo טרשא *est species venditionis usurariae, quando sc. vendimus alicui fructus eo tempore, quo vili*

---

[101]) Quasi *mordens* ex signif. I.

[102]) Gr. θρακίας, gemma, quae observantibus doctis ex *dentibus* in lapidem conversis orta est, unde et nomen trahere videtur; nam טרקי chald. *dentem* denotat.

[103]) Gr. τρωκτά, *bellaria, quae cruda comedi solent et secundis mensis apponi.*

[104]) Τρίχειλον. *trichilum,* vasis genus tria habens labra, e quibus liquor effluere possit. [105]) Gr. θριγκός.

[106]) Vocabulum compositum ex τρία et κοῖλος, ut eo vas denotetur *tres* habens *cellas,* quarum unaquaeque peculiarem liquorem continet.

[107]) Origo in *amputando* et *secundo,* pers. تراشيدن (synon. chald. קצב), ut pretium *confectum* quasi *amputatum* et *definitum* denotet, quadere haec species usurariae, quae magis venditio appellanda, licita est.

pretio venduntur, sed ut illos nobis solvat alio tempore, quo scil. speramus pretium illorum carius futurum esse. Et hoc scribunt esse licitum.

Deinde ponit etiam Ar. טרש pro *obsurdescere*, ex Jelam. et scribit, sic etiam in lingua arabica significare[108]. In Br. s. 81. מהולחך חרשה si cribrum tuum sit silens: in gl. scribitur, omnes alios libros habere טרשא.

טרת טְרִית[109] *piscis magni et mundi nomen, qui per partes vendebatur: thynnus,* vel *thunnus;* ut quidam volunt: טרית טרופה piscis taris discissus, Ned. 51b. As. c. 2. in Misna; Rambam scribit hic, solitos fuisse eum contundere donec fieret instar massae farinaceae et tum prohibitum fuisse, eo quod non sciri potuerit, annon piscis aliquis immundus cum eo fuerit contusus. In Br. 44a. urbs quaedam fuit, ex qua singulis septimanis afferebant ששים רבוא ספלי טרית sexaginta myriades simpulorum piscis taris pro operariis. R. Sal. hic explicat טונינא thunnum. Legitur et Deut. 33, 19. in Tg. Jon. ויתפרנקון מן טריתא et oblectabunt se de pisce taris. Ergo in deliciis fuit.

טְרִיתָא *pastae* vel *placentae genus*, Ber. 39. Describitur ibi latius. Vide et in TH. Beza 60d. Affine est lat. torta.

טְשָׁה *abscondi; lateri, delitescere, abscondere, recondere, asservare.* Usurpatur in Jobo et Prov. pro hebr. צפן et confundit quandoque formam cum טוש ex formam quiescentium secunda et in Regiis cum Defectivis secunda, quasi a טשש. Fut. אלהא יַטְשֵׁי Deus abscondit, reponit, asservat, Jobi 21, 19. אן תַּטְשֵׁי si reconderis, Pr. 2, 1. עינוי יַטְשׁוּן oculi ejus delitescunt Ps. 10, 8. Ex Aphel דְאַטְשִׁיתָא לדחלין מנך quod abscondisti timentibus a te, Ps. 31, 20. אטישתא בלבך abscondisti in corde tuo, Jobi 13, 10. אַטְשֵׁית מימרי פומוי abscondi verba oris ejus, Jobi 23, 12. אַטְשֵׁית מימרך in corde meo abscondi verbum tuum, Ps. 119, 11. ex quiesc. sec. Part. דמטשי מלתא qui celat verbum, Pr. 25, 2. עטלא מַטְשֵׁי ידיה piger abscondit manum suam, Pr. 19, 24. Ithpe. Praeter. אִתְטְשׁוּ reconditi sunt, Jobi 15, 20. et 24, 1. Part. מִתְטְשֵׁי בר נשא absconditur homo, Pr. 28, 28. ולישנא מְטַשְׁיָא sic lingua abscondita, i. e. simulans, Pr. 25, 23. Pl. דְמִתְטַשְׁיָן באוצריך qui reconditi sunt in thesauris tuis, Ps. 83, 4. ומְטַשְׁיָן לנפשהון et abscondunt se animis ipsorum, Pr. 1, 18. ad insidiandum sc. vitae ipsorum. Fem. רחמותא דְמִטַּשְׁיָא amor qui absconditus est, Pr. 27, 5.

טִישָׁא *absconditum, absconsio, occultum:* מוהבא בטישא donum in abdito, Pr. 21, 14.

טְשִׁיוּתָא *reconditum, asservatum:* וטְשִׁיוּתָךְ טיבא et reconditis bonis tuis, Ps. 17, 14. טמיע לְטְשִׁיוּתֵיה absconditum est in reconditis ejus Jobi 20, 26.

טשט[110] טְשְׁטָק *sedile, sella, scamnum*, Nid. f. 68a. Perperam alii, *lebes, chaldarium*, i. e. קדירה. Nam id non est hujus vocis, sed alterius דודי interpretamentum.

טשש. Hinc possit esse טשטש, quod vide in טוש.

Abbreviaturae litterae ט.

ט"א; טעם אחר *ratio alia.*

טעות אחת *error unus, mendum aliquod.* עוד מצאתי ט"א amplius inveni errorem aliquem, vel אחרת alium.

טא"ח: טור אורח חיים *liber celebris est, cui nomen* ארבעה טורים quatuor ordines sive partes: istarum una vocatur טור אורח חיים pars Orach Chajim, quae abbreviate scribitur א"ח et cum servili litera בטא"ח in etc. Autor ejus R. Joseph Karro, Reliquae partes etiam abbreviate citantur טא"ע, ט"יד, טח"מ, quae plene nominatae supra in א"ח. Vide illic.

ט"מ: טעמי מצות *libri, nomen est,* cujus autor R. Menachem Rakanati, qui sic aliquando abbreviate citatur.

ט"ס: טעות ספר *error libri.* Cum servili, נ"ל שט"ס הוא videtur mihi, quod error libri est, vel סופר scribae.*

---


108) طوش verbum, quod observante Willmetio a Persis ad Arabes migravit.


109) Gr. τρίσσα.

110) Lat. *testaceus*,

*) His adde: **ט"א**: טובה אחת *bonitas una*, ט' אדומים *novem ducati.* **ט"ב**: תשעה באב *dies nonus mensis Abh.* **ט"ג**: טלית גדול *tallith magnum*, טובה גדולה *bonitas magna.* **ט"ה**: טעם המקרא *nomen libri.* **ט"ות**: טענה ותביעות *incusatio et causae cognitio* i. e. *lis.* **ט"ט** טוב טעם *nomen libri*, cujus auctor Elias Levita. **ט"מ**: טומאת מת *immundatio mortis*, טפחא מונח *Tipcha Munach.* Usus ejus in libris grammaticis de accentu agentibus, טעמי מקרא *sensus texuales.* **ט"נ**: טמאת נפש *impuritas animi* טומאה נדה *impuritas menstruatae.* **טנ"תא**: טעמים, נקודות תגין, אותיות *accentus, puncta, apices, litterae.* Usus ejus apud Massorethas. **ט"ע**: טביעות עין *infixio oculi,* **ט"צ**: טומאת צרעת *impuritas leprae.* **ט"ק**: טלית קטן *tallith parvus.* טבעת קדושין *annulus pronubus.* **ט"ר**: טפחא רביעי *Tipcha Rabii*, accentus hebraei.







DATE DUE		

